NOVA LITERARIA
MARIS BALTHICI
&
SEPTENTRIONIS,
COLLECTA
LUBECÆ,
M DCC V.

LUBECÆ & HAMBURGI,
Literis & Sumptibus REUMANNIANIS.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis JANUARII M DCC V.

ROSTOCHII.

D*ie VIII. Nov.* Dissertationem Theologicam Circularem, de *Saltatione Christiano licita*, Præside *Joh. Petro Grunenbergio*, S. Th. Doct. & PP. Consist. Consiliar. & Diœceseos Meckl. Superint. publico examini submisit Autor Respondens, *Justus Statius*, Dobber. Meckl. SS. Th. Stud. (plag. 5.)

Dissertatio hæc in II. dispescitur Sectiones, quarum I. *Theorematica*, Onomatologiam & Pragmatologiam; II. *Erotematica*, varias Quæstiones exhibet, quarum I. est: *An liceat saltare?* cujus affirmativam ex Eccles. III. 4. Rom. XIII. 14. consensu orthodoxorum nostræ Ecclesiæ Doctorum, exemplis mulierum Israëlitarum 1. Sam. XVIII. 6. ex natura adiaphororum, ex grege alieno s. adversariorum quorundam consensu, & denique Magistratuum Christianorum approbatione, deducit, & ad 6. objectiones adversariorum respondet. II. *An liceat alamodicè* i.e. *ad extraneum, vel etiam cultiorem ritum saltare?* illam his rationibus affirmat: 1. quia hæ saltationes multum faciunt ad optimos corporis gestus assuefaciendos. 2. quia docent juvenes externam erga alios reverentiam. 3. quia faciunt ad honestam cum extraneis conversationem. III. *An liceat Pastori Ecclesiæ saltare?* ad hanc respondet distinguendo inter licentiam expedientiæ & congruentiæ, IV. *An liceat die Dominico saltare?* Resp. si fiat sine neglectu cultus Dei; addita tamen cautela quadam. V. *An liceat cum larvis saltare?* Resp. non licere, si saltatio cum fraude alterius est conjuncta &c. VI. denique: *An consuetæ saltationes hodiernæ, multis haud rarò, nec negandis, excessibus obnoxiæ,*

noxiæ, sint abrogandæ, an tolerandæ, an emendandæ? Resp. Eas non abrogandas sed emendandas esse.

D. XII. Ejusd. Die sc. Academiæ Natali *David. Henr. Kœpkenius*, Phil. & SS. Th. D. illiusque Professor, Programmate de *Initiis Academiæ Rostochiensis*, initia Lectionum publicarum in *M. Jacobi à Melle*, Presbyteri Lubecensis, libellum Historicum, qui *Archontologia Pugillaris* insignitur, Historiarum Cultoribus indixit. (pl. $1\frac{1}{2}$. 4to.)

D. XIV. Ejusd. Academiæ Rector, *Matthias Steinius*, J. U. D. & Cod. PP. ad exequias *Annæ Reginæ Sahmiæ, Joachimi Henr. Sibrandii* J. U. D. & Moral. Prof. Publ. uxoris, Progr. publ. (pl. $1\frac{1}{2}$. in 4to) invitavit.

D. XVIII. Ejusd. Henr. Ascanius Engelke, S. Th. D. & PP. Dissertatione Theologica, in ordine VII. ex Collegio *B. Schomeri* Anti-Sociniano, caput de *Persona & officio Christi*, ex parte, Ventilationi publicæ exposuit, Respondente *Helmuth Christiano* Schütze, Palæo-Garza Mecklenb. (pl. $3\frac{1}{2}$.)

D. XXIX. Ejusd. De *Arte Notoria*, *Lulliana atque Memorativa*, ceu minus ac parum commendandis tractandorum studiorum subsidiis Præs. *M. Joh. Christiano Senstio*, S. Th. Cand. publicè disputavit *Casparus Muchæus*, Rupinas Marchicus, Autor. (pl. $3\frac{1}{2}$.)

Præfamen initio conqueritur de Ignorantiâ nostri Intellectus, addit vero, cum naturale adhuc in homine sciendi desiderium detur, conveniens omnino esse, naturæ suæ ductum & inclinationem sequi, sed cum secus hodie fiat, hinc esse, quod studia non semper felicem exitum habeant, sed de fine suo obtinendo non pauci desperantes, vel planè studiis valedicant, vel de subsidiis quibusdam solliciti sint. Inter quæ cum & Ars Notoria, Lulliana & Memorativa habeantur, hinc in disputatione ostensum iri, vel minus vel parum prædictas artes commendandas esse. Ipsa disputatio tribus absolvitur Sectionibus, ita ut quælibet Ars in peculiari Sectione tractetur.

Sectionis adeo Primæ, quæ de Arte Notoria agit, §. 1. ea continet, quæ de nomine hujus Artis adducuntur § 2. descriptionem ejusdem sistit, quæ in §. 3. & 4. exponitur § 5. duo in anteceſſum, antequam judicium de hâc arte fertur, supponit, quorum primum

est:

est: quod concedatur, tale cum dæmone commercium homini intercedere posse, & alterum: quod itidem non negetur, communicare diabolum aliquam homini scientiam posse, quod utrumque argumentis demonstratur, ubi simul ad ea, quæ præcipue obstare videntur, respondetur, & adducuntur, qui vel pro affirmativâ vel negativâ sententia scripserunt. §. 6. hanc artem planè illicitam & minus adeo commendandam esse docet.

Sectionis *Secundæ*, quæ Artem Lull. pertractat 1. §. iterum, quæ ad Nomenclaturam notanda erant, exhibet, & imprimis originem vocis persequitur §. 2. proponit ejus delineationem, eamque ex parte illustrat, id quod §. 3. prolixius facit, ipsum Artificium Lullianum exponendo. §. 4. Varia de hâc arte in utramque partem judicia adfert & Autoris proprium subnectit.

Sectionis *Tertiæ*, quæ Artem memorativam considerat, §. 1. itidem Onomotologiam tractat, ac omissa Etymologia, homonymiam & synonymiam monstrat. §. 2. definitionem exhibet, quam §. 3. magis explicat. §. 4. Judicia recenset primo aliorum & deinde Auctoris. Tandem §. 5. totam dissertationem claudit.

PARCHIMI.

D. XXXI. Augusti I. Dominica XV. p. Trinitat. *Julius Ernestus Hahn*, Pastor antea Grevesmühlensis, nunc Pastor Ecclesiæ S. Georgii, introductus est per *Ulricum Ernestum Leumannum*, Suerinensis, & Parchimensis Circuli Superintendentem, quam Spartam morte suâ vacuam fecerat *M. Isaacus Loescherus*, Diœceseos Parchimens. Superintendens, cujus Vitæ Curriculum, quoniam tum, cum fato concederet, hisce Novis non fuit insertum, nunc demum exhibere volumus.

Natus autem est Anno 1652. d. 12. Martii, Patre *M. Martino Læschero*, Con-Rect. primum Scholæ Schlackenwald. in Bohemia per 3. annos, Pontificiorum persecutione in exilium ejecto, deinde Diacono Eccles. Neukirchens. in finibus Bohemiæ per 9. annos, postea Pastore tempore trecennalis belli castrensi per 5. menses, tandem Pastore Rabenstein. in Diœcesi Chemnicensi, per 42. annos, 81. æt. anno demortuo. Matre *Kosina Pöhlia*, Civis ac Pannificis Chemnicensis filia. Avum habuit *M. Isaacum*, Cantorem

primum Werdenſis in Miſnia, Olsnicenſis poſtea Scholæ in Vogtlandia Rectorem, Diaconum denique Eccleſiæ March. Neukirchenſ. Aviam *Magdalenam*, *Joh. Mylii*, Eccleſ. Lobsdorff. prope Glauchaviam Paſtoris filiam. Proavum *M. Jodocum*, Auditorem quondam Magni illius Papatus Reformatoris, & purioris Evangelii Reſtauratoris, Lutheri, Scholæ primum Schneeberg. poſtea Olsnicenſ. dehinc Vinarienſ. Collegam, denique Eccleſ. Werdenſis Archidiaconum. Proaviam *Margaretham*, *Matthiæ Ungeri*, Civis ac Sutoris apud Cygneos. Privatâ imbutus inſtitutione paternâ, in vicinam Chemnicenſem miſſus fuit ſcholam, ubi *M. Tobiæ Engels* / tt. Rectoris, poſtea Paſtoris ap. Freybergenſes, ſedula informatione uſus eſt. Humaniori itaque literatura excultus, Anno 1669. æt. XVII. Wittebergenſ. Academiam ſalutavit, ubi Calovium, Meiſnerum, Quenſtedium, Deutſchmannum, Theologos, Stolbergium, Schurzfleiſchium & Donatum, Philolog. & Philoſophos audivit. Ex Wittebergenſi in Jenenſem emigravit, ibidemque ab ore Muſæi pependit, & à Philoſophorum Ordine dignus fuit habitus, qui laurea Magiſteriali ornaretur. Anno 1674. in Holſatiam profectus eſt, ut fratrem ſuum *Samuelem Læſcherum*, Eccleſ. Herren Hüten. in Holſatia Paſt. ſalutaret, qui per biennium liberum ei conceſſit hoſpitium, & A. 1676. per literas *D. Elerſen*, Eccleſ. Saxo-Lauenburg. Ephoro commendavit, quem filiis ſuis ſtudiorum & morum Magiſtrum præficeret. Quâ provincia per unius anni cum dimidio ſpatium functus, in amicitiam *Caſp. Hermanni Sandhagii*, Antiſtitis Eccleſ. Lunæb. pervenit, cujus in ſtudio Biblico eruditione permotus, Lunæburgum abiit, Viri hujus dexteritate & facilitate in ſtudio exegetico uſurus. Vix ſex menſes in Ejus ædibus exegerat, cum A. 1678. à Conſiſt. Aul. Ducat. Saxo-Lauenb. Paſtor Eccleſ. Hohenhorn. legitimè vocaretur. Annum ibi moratus erat, cum Raceburgum evocaretur, ut in monte D. Georg. concionem haberet, cum & illuſtriſſ. Viduæ Raceburgi tt. degenti eſſet à Concionibus ſacris, Aſſeſſoris quoque Conſiſt. Ducalis titulo gauderet. Videns Lœſcherus, ſe ſine vitæ ſocia rem domeſticam non poſſe curare, eam invenit in *Elſabe Blanckia*, Paſtoris quondam Schönkirchenſis in Holſatia relicta filia. Hâc cum filiolo ex ea ſuſcepto demortua A. 1681. ſecundis

nuptiis

nuptiis *Johannam, Henr. Konovii*, Consulis Raceburg. filiam matrimonio sibi junxit, quæ ipsum quatuor filiorum & trium filiarum fecit parentem, ex quibus 6. adhuc superstites. A. 1690. d. 1. April. Pastor primarius oppidanus ad S. Petr. creatus, eod. Ao. d. 13. Oct. Diaconus Eccles. Cathedr. Sverinens. & A. 1691. d. 1. Oct. in locum *B. D. Bartholdi Kempii*, Diœceseos Parch. Superintendens electus & à *B. D. Schomero* ad hanc functionem introductus, Serenissi. Principi FRIDERICO WILHELMO à Confessionibus sacris fuit. A. 1698. denique calculo Renum tentatus & Colica correptus placidè exspiravit.

Reliqui Ecclesiæ S. Georg. V. D. Ministri sunt:

David. Petrus Zilius, Marchicus, Archi-Diaconus,
Ulricus Dürrius, Rostochiensis, Concionator matutinus & Pastor Dammensis.
Joh. Sebastianus Geuderus, Pastor Neustadiensis.

Scholæ trivialis Collegæ sunt sequentes:

Johannes Witzius, Marchicus, Rector.
Zacharias Cordesius Rostochiensis, Con-Rector.
Johannes Schönfeldt / Parchimensis, Cantor.
Johannes Hinzpeter / Lipsiensis, Quartus.
N. Settgast, Marchicus, Quintus & Arithmeticus.

Cæterùm cum Parchimi etiam *Judicium Provinciale & Aulicum* (Landt- und Hof-Gericht) habeatur, lubet hac occasione ejus quoque exhibere faciem.

Locus vero Judicii hujus Ducalis Mecklenburgici sorte quondam *Sternbergæ* in Ducatu Suerinensi constitutus, ab utrisque aulis, tam Suerinensi & Güstroviensi stabilitus fuit. Orto autem ibidem Ao. 1659. d. 23. April. incendio & conflagrato templo ac Cancellaria, Acta salva adhuc Suerinum deportata fuére, ibidemque tamdiu asservata, usque dum A. 1667. d. 12. Sept. à regnantibus tt. Ducibus *Christiano Ludovico*, & *Gustavo Adolpho*, judicium illud ad tempus aliquod Parchimum fuerit translatum, ubi adhuc hodie exercetur, & post susceptas imperii fasces à Sereniss. Duce Mecklenb. *Frid. Wilhelmo* de novo confirmatum, à sequentibus administratur:

Præses

Præſes *Erneſtus Chriſtophorus von Coppellau*, Sereniſſ. Duc. Mecklenb. Conſiliarius intimus, Hæredit. in Backendorff, Gammelin, Radelop, Siggelkow.

Vice-Præſes *Victor von Grabow*, Hæredit. in Lüſeviz & Garviz.

Aſſeſſores.

Bertram Chriſt. Hoinghuſen, JCtus, ex parte Duc-Sverin.

Joachimus Schröder / JCtus ex parte Güſtrov.

Joh. Nicolaus von der Meden, JCtus ex parte Ducis Adolphi Friderici propter Circulum Stargardienſ.

Vitus Andreas Schäfer / JCtus ex parte Ord. Equeſtr.

Henricus Conow, JCtus ex parte Provinciæ.

Ad Judicia, quæ ſingulis tribus menſibus habentur, nimirum 1) die Martis p. Trium Regum 2) Dom. Quaſimodogeniti. 3) p. Viſitationis Mariæ, 4) p. Feſtum Michaëlis nomine Sereniſſ. Duc. 4. Conſiliarior. Provincialium & 3. Conſulum urbanorum, Roſtoch. Parchim. & Guſtrov. ab Ord. Equeſtr. & Provincia aſciſcuntur, utpote ſummi hujus Judicii cognati.

Fiſcalis.

D. Joachimus Reppenhagen,

Ordinarii Procuratores

D. Joach. Hagemeiſter, Guſtrov. *D. Joh. Joach. Buſſe*, Parchim.
D. Joach. Landreuter, Roſtoch. *D. Joh. Conrad.* Wolff, Suerin.
D. Henr. Laurent. Staer, Flensb. *D. Chriſtoph. Knovenagel*, Guſtrov.

GUSTROVII.

D. XXIV. Nov. Joachimus Otto, Rect. Gymnaſii Guſtrov. *Theſes Doctrinæ Morales* juxta Præſcriptionem *B. Schomeri* ad diſputandum propoſuit, Reſpondente *Jac. Chriſtiano Helwigio*, Berlin. March. (pl. ſ. in 8vo.)

Capita IV. abſolvit Auctor in prima, *T. VII. Nov. Lit. M. B. p.* 161. nobis memorata, pergit nunc ulterius, & Cap. V. de juſtitia univerſali; C. VI. de naturali erga Deum obligatione; C. VII. de fide, ſpe & amore Dei; C. VIII. de precibus, juramentis & votis, C. IX. de officio noſtro erga ſanctos Angelos & beatos cœlites; C. X. de officiis hominum ſuperſtitum erga ſe invicem; C. XI. de officio inter ſuperiores & inferiores agit.

NEO-

NEO-BRANDENBURGI.

D. XVI. Nov. 1704. ſ. Dom. XXVI. p. Trinit. *Godofredus Cohlreiff*, SS. Theol. Lic. & per triennium Eccleſiæ Paſt. Primar. munus ſacrum piè ſolenniterque depoſuit, ad capeſſendum *Præpoſiti* officium, apud Raceburgenſes ſubeundum. Ejus rei ergò *M. Joh. Wilh. Strickerus*, Rect. Schol. Neo-Brand. *Epiſtolicam Diſſertationem* (1 plag. in fol.) de *Meditatione*, *Oratione*, *Tentatione*, Tribus Lutheri & Lutheranorum Theologorum adminiculis, ſcripſit, in quâ ipſi de nova hac ſparta cordicitus eſt gratulatus.

GRYPHISWALDIÆ.

Menſe Decembr. 1704. Præſide *D. Henning. Chriſtoph. Gerdeſio*, Prof. Jur. Ord. *Joachimus* Volſchow/ Gryphisw. Pomer. Theſes juridicas, de *Impenſis à Creditore antichretico factis*, publico examini ſubmiſit. (plag. 2.)

Sufficiat ex integra hac diſſertatione Antichreſeos deſcriptionem ſaltem afferre, quæ §. 1. ita legitur: *Antichreſis*, quæ ex vocis etymo nihil aliud ſignificat, quam contrarium uſum contra fruitionem, non contrarium mutuum, *eſt contrarius rei uſus, ſeu mutui uſus præſtatio, pro credito in vicem uſurarum.*

D. VI. Ejusd. Sub Præſidio *D. Joh. Schackii*, J. U. D. & PP. Ord. *Georgius* Volſchow / Gryph. Pom. *Theſes XIV. Juridicas*, ex Compendio Lauterbachiano ad *Tit.* 1. *Lib.* 50. *Pandect.* deſumptas, defendit. (½. plag.)

D. XI. Ejusd. De *Judicio extremo* diſſeruit *Joh. Frid. Mayer*, *D.* PP. & *Joh. Godofr. Bleccius*, Sedinenſis. (plag. ½.)

D. XX. Ejusd. Moderante eodem *D. Jo. Fr. Mayero*, Præſ. *M. Juſto Weſſelo Rumpæo*, S. Th. Baccal. & Eccleſiaſt. ad S. Jac. Sabbathico, de *Peccatore* & *Peccato in Spir. S.* Quæſtionum Theologicarum Trigam expoſuit *Dan. Henr. Matthias*, Anclam. (pl. 5.)

Qu. 1. eſt: *Utrum Peccator in Spiritum S. ſit in ſtatu gehennali?* Data prius deſcriptione Peccatoris in Sp. S. quod ſit homo adultus, ſatis illuminatus & regenitus, qui veritatem cœleſtem agnitam, & in conſcientia approbatam voluntariè & malitioſè, conſtanterque abnegat, abnegatam oppugnat, ſive hoſtiliter perſequitur, oppugnatam blaſphemat, & omnia media ſalutis præfractè & perſeveran-

veranter rejicit, ac pedibus conculcat, indeque nullam remiſſionem conſequi poteſt. Reſp. Ejusmodi Peccator in Sp. S. quamdiu hic in terris vivit, non eſt in ſtatu gehennali, ſed Deus vult illum voluntate ſua antecedente convertere, propterea gratiam ſuam ipſi offert conſtanter usque ad finem vitæ, quippe qui eſt objectum voluntatis divinæ antecedentis, & de cujus ſalute ex parte Dei non eſt deſperandum. Ezech. XIIX. 23. 33. XXXIII. 11. 1. Tim. II. 4. Tit. II. 11. 12. 2. Pet. III. 9. Qu. II. *Utrum Chriſtus non ſolùm pro peccatore, ſed etiam pro peccato in Sp. S. ſatisfecerit?* Reſp. Affirmando 1. Joh. I. 7. II. 2. 2. Cor. II. 4. ſqq. Joh. I. 29. & Ebr. VI. & X. Qu. III. *Utrum ſententia de ſtatu peccatoris in Sp. S. gehennali ſit problema, de quo in utramque partem in Eccleſia liberè poſſit diſputari?* Reſp. Negando. 1. Cor. I. 10. 2. Tim. II. 15. 16. 17. Refutantur ubique adverſariorum argumenta.

Eod. die Præſ. *Joh. Schackio* J. U. D. & PP. *Thomas* **Mazdorff** / Carlshaveno-Suecus Theſes Juridicas ex Comp. Lauterbach. deſumptas ad *Tit.* 1. *Lib.* 50. *Pand.* continuavit. ($\frac{1}{2}$. pl.)

D. XXII. Ejusd. Præſ. *Petro Maſcovio*, JCto, & Anteceſſ. Ordin. Jurid. FCt. Seniore, p. t. Decano, Regiiſque Conſiſt. Direct. Diſſert. Ordinar. exhibentem *Synopticam Precarii Tractationem*, publ. ventilationi ſubmiſit *Joach. Henr.* **Volſchow** / Berg. Rug. (pl. $2\frac{1}{2}$.)

Diſſert. conſtat 26. §§. §. 1. oſtendit Precarii etymologiam §. 2. ambiguitatem, §. 3. definitionem, quod ſit actus liberalitatis, quo res aliqua petenti gratis ad indeterminatum uſum conceditur, ea conditione, ut concedens eam, quandocunque velit, repetere poſſit. §. 4. demonſtrat, non eſſe donationem, nec contractum nominatum, nec §. 5. innominatum, §. 6. ſq. nec quaſi contractum, ſed §. 8. actum liberalitatis. §. 9. dividit precarium in ſimplex & non ſimplex, §. 10. oſtendit ejus cauſam efficientem remotam jus gentium & civile; atque propinquam, liberum conſenſum & concedentis & rogantis. §. 11. ſubjectum precarii ſc. omnes perſonas, §. 12. objectum ſc. res omnes, quæ in patrimonio vel commercio privatorum ſunt, §. 13. formam ſc. preces, traditionem rei precario petitæ factam, gratuitam, ad uſum aliquem incertum planè & indefinitum, ut precarium, qui conceſſit, revocare poſſit, ubi inſimul diſquiritur; *An precarium illicò atque res conceſſa*

conceſſa eſt, revocari poſſit? §. 14. finem, ſc. uſum rei, §. 15. effectum *tùm* perſonalem, qui eſt l. primus, ſc. obligatio rogantis, l. ex primo ortus, ſc. actio præſcriptis verbis ſ. incerti condictio non ex precarii negotio, ſed ex æquo & bono, *tùm* realem, qui eſt vel primus, ſc. poſſeſſio, vel ortus, qui reſpicit l. concedentem l. rogantem; *huc* ſpectat, quod precario poſſidens habeat adverſus omnes, ſolo concedente excepto, interdictum: *illuc* interdictum de precario, de quo §. 16. dicit, quod ſit interdictum reſtitutorium, recuperandæ poſſeſſionis, competens ei, qui precario dedit, adverſus accipientem ad rem reſtituendam damnumque dolo vel culpa lata admiſſum reſarciendum. §. 17. indicat ejus cauſam efficientem remotam, ſc. Prætorem, & propinquam, ſc. denegationem reſtitutionis rei precario conceſſæ, §. 18. ſubjectum activum, cui datur, §. 20. formam interdicti, ſc. quod ſit reſtitutorium & perpetuum, §. 21. effectum, ſc. ut ipſa res, cum fructibus poſt interdictum editum perceptis reddatur, & Actor in priſtinam cauſam reſtituatur. §. 22. affine huic interdicto remedium, quod eſt actio præſcriptis verbis, §. 23. precarii contraria, §. 24. affinia precaria ſc. donationem & commodatum, cum quo §. 25. in eo convenire dicit precarium, quod uſus in utroque concedatur gratuitus &c. & denique §. 26. inter affinia referri precarias Juris Canonici.

D. XXXI. Ejusd. Sub Præſ. *Brandani Henrici Gebhardi*, D. & PP. *Vindicias quorundam Locorum Hebræi Textus*, nimirum *Pſ. II.* 6. 7. *VIII.* 3. *XVI.* 10. *& XIX.* 4. oppoſitas *Paulo Pezrono*, Abbati de Charmoys, Ord. Ciſtertienſ. & Doctori Theologiæ Sorbonico, publico examini exhibuit *Bartholomæus Schwabe*, Stralſund. (pl 2½)

Cl. Præſes in Epiſtola ad Reſpondentem adjecta ulteriorem promittit Vindiciarum iſtarum continuationem, quam authentici Textus Hebr. juſtiſſimos Vindices eò lætiores excepturos ſcimus, quo crebriores ejus oppugnatores inveniuntur.

Prodiit etiam *Series Lectionum* in Illuſtr. Pomeranor Univerſitate A. MDCCV. bono cum Deo habendarum. (pl. 1. in form. pat.)

REGIOMONTI.

D. 1. Nov. 1704. Pro Receptione in FCtem Philoſoph. diſputavit

de Qu. *Uter in Scrutinio Veritatis rectius dubitet, Ariſtoteles, an Carteſius? M. Samuel Maſecovius*, Schol. Lœbn. Pro-Rect. Reſp. *Chriſtiano Kybr*, Reg. Pruſſ. (2½. pl.)

D. IV. Ejusd. Carolus Jacobus Röſer / Med. D. Diſputationem Phyſico Medicam, pro Receptione in Facultatem, habuit, de *Fulminatis*, Reſpondente *Heinrico Bernhardo Huonero*, cujus tenor hic fuit. §. 1. Recenſet Fulminati & fulminis ſignificationes. §. 2. Peripateticorum de Fulmine & Tonitru ſententiam enarrat. In §. 3. Carteſianorum opinio affertur. §. 4. Epicureorum neotericorum mentem explicat. §. 5. Dubia quædam, circa Peripateticorum & Carteſianorum ſententiam, proponit. §. 6. Propriam mentem aperit, quæ in §. 7. Exemplis quibusdam illuſtratur. In §. 8. 9. Lapidis fulminaris exiſtentia probatur. §. 10. Differentiæ fulminis ſecundum Senecam enodantur. § 11. Effectus fulminis maximos. §. 12. mirabiles recenſet. §. 13. Quot modis hominem lædat, indigitat (1) ſcil. perimendô eundem, (2) oſſa abſumendô, (3) l. planè ſuffocandô, vel (4) in §. 14. Actiones quasdam lædendô. §. 15. Cauſas effectuum fulminis, illatorumque Symptomatum inveſtigare annititur. §. 16. Signa fulmine necatorum evolvit. §. 17. Prognoſin ſuppeditat. §. 17. Methodum medendi circa Hygieinen, & §. 19. circa Therapeiam largitur. Tandem §. 20. Diætam recenſendô colophonem *operi* imponit.

D. V. Nov. Pro Recept. in FCtem Philoſ. diſputavit *M. David Wilcke*, Memela-Pruſſus, de *Gynæcocratia*, Reſp. *Joh. Jac. Quandt*, Reg. Pruſſ. (pl. 4.)

D. XI. Ejusd. Chriſtoph. Conradus Görizius, Reg. Pruſſ. S. Th. D. ejusque Prof. Publ. Extraord. deſignatus, pro Recept. in FCtem, propoſuit *Theologiam Thetico-Biblicam*, ſ. Theſes XXX. ex omnibus ferè articulis fidei, Reſp. *Salom. Theophilo Pomian Peſarovio*, Gedan. Pruſſ (pl. 1.)

Joh. Stein, U.J.D. & Pr. Ord. Tert. è Lectionibus ſuis ad Lauterb. Comp. ff. publ. habitis, Theſes quasdam exceptas publice ad diſputandum eſt propoſiturus, jamque tria edidit ſpecimina, nimirum.

D. X. Nov. Diſp. I. ad Lib. I. ff. Reſp. *Chriſt. Henr.* Mahraun / Reg. Pruſſ.

D. XXV.

D. XXV. Ejusd. Disp. II. ad Lib. II. ff. Tit. I. usque ad 13 Resp. *Joh. Frid.* Sommer / Reg. Pruss.

D. II Decemb. Disp. III. ad Lib. II. ff. Tit. 3. & 14. Resp. *Ernest. Getkant.* Ragn. Pruss.

D. XIX. Nov. Pro Recept. in FCtem *Quaternionem illustrium Positionum Philosophicarum*, quæ sic se habent: (1) Non semper & omni modo vitiosum est, ad Conclusionem respondere, sed aliquando, & aliquo modo, etiam ad eandem recte respondetur. (2) Deus propriè causa efficiens hujus universi dici non potest. (3) Quando Deus ab Aristotele ζῶον appellatur, ab aliis quidem vox illa redditur per vivens; ab aliis verò per Animal; at si rectè posterior intelligitur interpretatio, priori non est contraria, sed amicè cum eadem conspirat. (4) In Deum vita Practica, s. Praxis boni, aut Virtus Moralis propriè non cadit: ad disputandum proposuit *M. Henricus Oelmannus*, Pomer. Resp. *Albert. Lölhöfelio*, Jast. Pruss. (pl. 1½.)

D. XXVII. Ejusd. sub paulò ante nominati *D. Joh. Steinii* Præsidio *Joh. Frid.* Sommer / Auctor & Resp. Disp. de *Conscius Criminum* habuit, ubi præmissa vocum explicatione §. 1. 2. 3. rem ipsam aggreditur, & reum, sibi sui criminis conscium, se ipsum prodere, non teneri, statuit, nisi crimen sit manifestum. §. 4. quo facto, an pœna criminis sponte manifestati remittenda sit, disquiritur. §. 5. Circa conscios aliorum criminum distingu. inter commissa & committenda: illa ut quis judici denunciet, quempiam non esse obligatum, nisi ex reticentia Reipubl. damnum contingat, vel innocens de salute periclitetur. §. 6. Vel à Magistratu interrogatus sit: vel ratione officii teneatur, quale in nonnullis locis gerunt die Rügen-Meister statuitur in §. 7. Circa revelationem criminum, quæ alius commissurus est, distingu. varia jura; de Jure conscientiæ & Canon quemlibet obligatum esse putat, ut crimen illud, quod alius meditatur, manifestando occasionem illud perpetrandi subtrahat. §. 8. Non tamen de Jure civili nisi 1) illud crimen sit atrox, §. 9. 10. 2) tales sint personæ, quæ delictis aliorum ex peculiari ratione obviam ire tenentur, ut pater, magistratus, &c. §. 11. & hinc etiam Confessionarius nisi confessio

facta ad remissionem peccatorum impetrandam, §. 12. quo casu Confessionarius credentiam manifestans extraordinariam pœnam meretur. §. 13. pœna eorum recensetur, qui conscii criminis alterius se quoque reddunt participes istius criminis vel Consilio, §. 14. vel ope, §. 15. vel facinorosos receptando, vel occultando §. 16. l. crimen laudando aut ratihabendo. §. 17. (Constat 3. pl. in 4to.)

D. III. Dec. M. Georgius Keber. S. Minist. Candid. Holl. Pruss. Pro Receptione in Facultatem disputavit de *Prærogativa Philosophiæ Peripateticæ præ reliquis*. Resp. *Wilhelmo Wilcke* SS. Theol. & Phil. Stud. Memelâ Pr. 2. plag.

D. VI. Dec. M. David *Wilcke* disputationem habuit *de Juramento Vario ejusque Ritu*, Resp. eodem *Wilhelmo Wilcke*, fratre. 3½. pl.

D. XVII Dec. M. Joh. *Dietericus Walther* Regiom. Pruss. Pro Receptione in Facult. Quæstionem Politicam proposuit. *Utrum Sors in Electione Magistratuum hodienum juste sit intermissa?* Resp. *Gottofredo Biemanno* Phil. & L. L. Studios. 4. pl.

REVALIÆ.

D. XXI. Oct. 1704. M. *Henrici Derlingii* Pastor. Rappel. & Consist. Regii Assessoris, exuviæ tumulo illatæ fuerunt, cujus peractæ vitæ Sciagraphiam paucis lineis exhibemus. Natus est *Revaliæ* A. 1665. d. 16. Julii, Patre *Magno Derlingio*, Senatore & Matre *Agneta Gerdruta Buhs*. Indole bona & ad studia proclivi instructus primum Præceptoribus privatis, postea verò Gymnasii Reg. Professoribus fuit traditus, sub quorum Manuductione ita se gessit, ut eorum suasu *Acad. Philyream* A. 1685. d. 23. Junii salutandi dignus fuerit habitus, in qua integrum etiam quadriennium Professores docentes audivit. A. 1689. parentibus monentibus, Lipsia relicta, visisque prius Wittenb. Francofurt. & Regiomonto, patriam repetiit. Ao. 1691. d. 13 Julii Ecclesiæ Carol. Reval. & Ao. 1696. d. 17. April. Ecclesiæ Rappel. vocatus fuit Pastor. A. 1692. d. 8. Decemb. in matrimonium duxit *Dorotheam Fonniam*, ex qua novenariam prolem suscepit. Obiit denique 1704. d. 14. Oct. hora 4. matutina, æt. XXXIX. Concionem funebrem ex 1. *Joh. I.* 7. habuit *M. Gebhardus Salemannus*, Eccles. S. Olai.

KILO-

KILONII

D. XXIX. Sept. 1704. ſ. Ipſo die Michaëlis Pro-Rector & Senatus Acad. Kil. ad Sacra Michaëlis, Legati federis per Malach. (Cap. II. 17.) dudum promiſi, Programmate Latino (pl. 2. in 4to) Et *D. XXV. Dec.* ſ. ipſis feriis Natalitiis ad Natalitia Jeſu Chriſti, quem ſcala Jacobæa (Gen. XXIIX. v. 12. ſq) adumbravit, celebranda cives Academicos Progr. Lat. (pl. 1. in 4to.) invitarunt.

Sebaſtianus Kortholt, Poëſeos Profeſſor Ordinar. & Facultatis Philoſoph. h. t. Decanus nomine publico elaboravit & prælo commiſit poëma alemannicum ſuper obitu Regiæ Principis, FRIEDERICÆ AMALIÆ, quod conſtat plagulis duabus & hoc titulo gaudet:

Die Hochfürſtl. Leiche der weyland Durchlauchtigſten Fürſtin und Frauen / Frauen Friederica Amalia / Gebohrnen Königl. Erb-Prinzeſſin zu Dennemarck Norwegen / der Wenden und Gothen / Verwittweten Hertzogin zu Schleswig Holſtein / Stormarn und der Dithmarſchen / Gräfin zu Oldenburg und Delmenhorſt / ꝛc. ꝛc. Als ſolche nach Deroſelben höchſtſeeligem Hintritt am 17. Chriſtmonat dieſes 1704ten Heiljahrs unter hohenſtandesmäſſiger hochanſehnlicher Begleitung in Dero Hoch-Fürſtl. Erb-Begräbniß nach Schleßwig abgeführet ward / in höchſtſchmertzlichſtem Leid-Weſen mit nachfolgenden unterthänigſten Trauer-Zeilen begleitet von denen geſammten Profeſſoren der Hoch-Fürſtlichen Univerſität zum Kiel.

Ex ipſo vero Carmine, venuſtè admodum ſcripto, ſequentes, ut lectori ſalivam moveamus, addimus Verſus.

So iſts: die Königin der Königlichen Frauen /
Die allerbeſte Zier der allerärgſten Zeit /
An der die GOttes-Furcht ließ ihren Abdruck ſchauen /
Betrübt uns itzt ſo ſehr als Sie uns vor erfreut.
Faſt rauchet noch das Blut von Hertzog Friedrichs Leiche /
Da führt dis bange Land ein neues Angſtgeſchrey /
Und klagt daß wiederum aus ſeinen Ufern weiche
Der Eyder trübe Strohm und die geſchwollne Schley.
Drey Jahre hatten zwar gelindert unſre Schmertzen /
Es war der Thränen-Fluth und GOttes Zorn geſtillt:

Es

Es brannte Cimbrien von frohen Hochzeit-Kertzen /
Und zeigte seinen Schlaf mit Myrtenlaub umhüllt.
Nun leget um sein Haupt die falbe Leid-Cypressen
Des Landes Sonn' und Schutz / Fürst Christian August /
Der gantze Hoff bezeugt / daß weder zu ermessen
Noch auszusprechen sey / was ihm für Angst bewust.
Es kan selbst keinen Trost vor ihrem Schmertzen finden
Die grosse Königin / so Dennemarck verließ /
Und daß zwey Hertzen sich biß in den Tod verbinden /
Durch Ihre Gegenwart vor kurtzer Zeit bewieß.
Das gantze Braunschweig weint / und Mecklenburg ingleichen /
So zeiget Pohlen auch und Baden seine Treu /
Wie jammert Schweden nicht für allen Königreichen
Daß dieser frische Schmertz ihm seine Wund' erneu?
Ja selbst die Königin der unverzagten Britten /
Die alles itzt bezwingt und niemahls unterliegt /
Hat nicht viel weniger / als ihr Gemahl / erlitten /
Dem seiner Schwester Tod so Hertz' als Muth gebiegt.
Es ist / Höchstseligste / vor andern Dir verpflichtet
Das Kleinod Cimbriens / der Kielsche Musensitz /
Als welcher / sint der Zeit ihn Dein Gemahl errichtet
Von vierzig Jahren her / dich nannte seine Stütz'.
Hiernechst hast Du ihn selbst zu Deinem Sitz erwehlet /
Und seinen wehrt vermehrt / und seine Noth versüßt /
Biß neulich du in Ihm / wie er mit Dir / entseelet
Ja gleichsam Mutterloß und Wayse worden ist.
Ob einem Lorbeerbaum gleich aller Safft vergangen /
Daß er entblättert steht / und dürre Zweige zeigt:
So bleibt der Epheu doch in seinen Armen hangen /
Die er wie eine Stütz' ihm hat zuvor gereicht.
Wir wollen Dich / als Gold / auch in der Aschen ehren;
Ob gleich die beste Krafft mit deinem Geist' entsinckt /
Wir wollen öffentlich die Danckbarkeit erklären /
So uns die tieffste Pflicht und Schuldigkeit abzwingt.

Epita-

Epitaphium.

FRIEDERICA AMALIA

per anagramma:

ERAM FILIA DEI CARA.

✻

Hîc ſita ſum Cimbrûm FRIEDERICA AMALIA
Princeps:
Non modo Regis, ERAM FILIA CARA DEI.

Joh. Ludov. Hannemanni D. Obſervatio de Singulari Vulpis cum Falcone amicitia.

Paucis ante annorum luſtris in cujusdam Generoſiſſimi Equitis aulam vocabar, illius Conjugem Puerperam, febre ardente laborantem, curarem, quæ & cura Dei auxilio felicisſime ſucceſſit. Cum itaque hic nobilis me per aulam ſuam ſplendidisſimam circumduceret, tandem ducebat me ad locum, quo *Vulpes*, catena alligatus, cum *Falcone* libere obambulante detinebatur. Hic Nobilis narrabat, duos *Falcones* ad *Vulpem* fuiſſe adductos: aſt unum illico dilaniaverat, ac devoraverat. Huic autem ſuperſtiti pepercerat, ac cum illa ave concors vivebat *Vulpes*, una ex eodem vaſe comedebant, ac in eadem cavea cubabant. *Falco* in corpore *Vulpis* pulices & id genus inſecta venabatur. *Falconem* hinc inde curſitantem ac abſentem per aliquod temporis ſpatium anxie quaſi deſiderabat, & quaſi maxime inquietus, & licet catenæ nexu vinctus, quærebat ſui cubilis & vaſis ſocium circumcurſitando, nec prius tranquillitati ſe dabat, antequam *Falco* rurſum ipſi adeſſet, ſuoque ſocio frueretur, quocum amicisſime vivebat; ſicque concordia viguit, raro exemplo, inter diverſisſima animalia toto cœlo à ſe invicem differentia, ambo rapacia, illud *terreſtre*, hoc *volatile*. Quod *Vulpes* familiaritatem colat cum

corvo, asserit Excellentiss. *Cyprianus* in sua continuatione eruditissima *Franzii p. 1. Cap. XVIII. §. 4. pag.* 411. optandum esset, hic celeberrimus Vir, ad alteram partem historiæ animalium cum erudito orbe communicaret, quam hactenus nondum meis usurpavi oculis. Hominum familiarem conversationem cum *serpentibus* & *Draconibus* docet nos *Balthas. Bonifacius Rhodiginus Histor. Ludicr. C. VI. p.* 349. adde ex eodem autore *C. VII. VIII.* &c.

Jo. Jac. Stolterfohti D. Scholion.

Multa esse in Brutis animantibus virtutum simulacra, iis, qui Spiritu ex afflatu summi Numinis originem trahente, creatarumque rerum omnium dominio excellunt, imitanda, *Excellentiss. Dn. D. Frider. Schraderus, oratione solenni, cum Magistratum Academicum d. XXIX. Januar. A.* clɔ lɔc. xcl. *iniret*, summo eloquii nitore, & eruditionis sale docuit. Prudentiæ exemplum præbent *Serpentes*, sinceritatis *Columbæ*, diligentiæ *Apes*, indefessi laboris *formicæ*, generositatis *Leones*, mansuetudinis *Oves*, fidelitatis *Canes* &c. quibus ut virtutibus palmam sæpius præripiunt mente præditis, ita in aliis mira præstant, quæ sanæ rationi analoga primo intuitu videri possent, nisi pars Divinæ mentis æthereique haustus, soli competeret ei, qui imaginem Dei gerit; illa vero actionum suarum inconscia non tam agerent quam aguntur. Quæ de singulari pietate *Canis Ulyssiponensis* narrat *Joh. Eusseb. Nieremberg. Histor. Natur. L. IX. C. XCIV. f.* 200. illiusque quem aluit *Abbas Corbeiensis Theodulus* apud *Isibord. ab Amelunxen in Breviar. rer. memorabil.* ad *ann.* 897. ex otiosis Monachorum cerebellis originem duxisse crediderim; quod & de *Ciconiis* Missam adeo devote celebrantibus, *Porcis* itidem ac *Equis* sacrilegii vindicibus, quorum mentionem facit Dn. *D. Joh. Franc. Paullini in Tr. de Corvo excommunicato §. 23. sqq.* habere, nostro quidem arbitrio cuique liberum erit. Interim tamen Bruta animantia rudiori genti in obsequii exemplum sisti ex sacris v. 9. *Jes. I.* 3. edocemur. Quinimo pacis sæpius magis esse amantia quam thori sociam *Sirac. XXV.* v. 23. testatur. Leonum quoque feritas juxta *Plinii* effatum, inter

ter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petit ſerpentes, cum contra homo homini ſit lupus, imo Diabolus, dum ad ferrum & arma, Creatoris imaginem deponentes, eunt, & in diſcordias digladiationibus ulciſcendas exardeſcunt. Crudeliſſima haud raro animalia cicurari diſciplina & conſuetudine, tot probant exempla, diverſiſſimæque indolis beſtias mutuo nonnunquam amicitiæ nexu copulari, *canum* cum *felibus* convictus & harmonia in eadem domo evincunt. Rarum vero contingens eſt *Vulpis* cum *Falcone* contubernium; toto ſunt cœlo differentes commenſales: ante cum flammis aquam, cum morte vitam, cum mari ventus fidem fœdusque jungere, columbam milvio adulari, aut lupum oves timere poſſe jurares, quam *vulpes* aſſueſceret falconi. Singularem *vulpis* cum *Aquila* antipathiam ænigmatice docere ſolent ex *Æſopi Fabul. 59.* inierat enim hæc cum *vulpecula* " neceſſitudinem, cumque incubanti paſtus deeſſet, proximæ " catulos in nidum ſuſtulit. Reverſa *vulpes*, cum ſpectaret indi- " gnam ſuarum dilaniationem, teſtata Deos eſt amicitiæ violatæ " vindices. Pauculis hinc poſt diebus evenit, ut *Aquila* prunam, " carnibus è ſacrificio raptis adhærentem, in nidum divexerit im- " prudens: igitur abſente *Aquila*, igne paulatim ventis excitato, " nidus conflagrare cœpit. Pulli territi præcipites ſe dedere, ni- " mirum adhuc involucres: *Vulpes*, delapſos excipit & in foveam " delatos devorat. Ab hoc tempore nihil omnino convenire " inter *Aquilam* & *Vulpem*, fabulantur. conf. *Eraſm. Adag. f. m. 1843.* *Aquila* vero & *Falco* eadem ſævitia tundunt Chaoniam turbam & fœdorum cadaverum viſcera diſcerpunt, atque ita ejusdem generis ſunt ſpecies. Sed unde hæcce, quam miramur, concordia? forſan juxta *Ciceronis* effatum, *ad conjungendas amicitias, ſtudiorum & naturæ ſimilitudo magnam vim habet.* Utraque beſtia dilaniationi ſtudet, prædaque ſatiari naturali inſtinctu gaudet; unde eodem *Tullio* judice, *jucundiſſima eſt amicitia, quam morum ſimilitudo conjugavit.* Sed ut mendicus invidet mendico, ita genus rapax naturale inter ſe fovere ſolet diſſidium. Ad morum forſan ſimilitudinem repetita per vices fuſtigatione eſt coacta *vulpe-*

cula, poſtquam *Falconis* ſocium devoraverat, ut reiterandæ formidine pœnæ, ſuperſtitem tandem receperit in fidem, quæ rara eſt alias in *vulpe* nec unquan *fida*; unde *vulpinari* de adulatore dicitur, qui ut rectius verſutiusque imponat, diſſimulare ſe fingit ex compoſito; quod *Varro* innuit.

Fronte politus
Aſtutam vapido ſervas ſub pectore VULPEM.

Moloſſum vidi, antea vel centum Feles dentibus dilacerantem, quem fuſtibus tandem eo usque defatigavit Dominus, ut una cum catis quiete ex eodem vaſculo cibum caperet. Fidem ſuperare omnem dixerim, quod ante aliquot annos Studioſus quidam Roſtochii in eâdem cavea cum *fele* aluerit *murem*, niſi juramento rei veritatem confirmaſſet amicus quidam, qui tum temporis ibidem Muſarum caſtra eſt ſecutus, & ſæpius in cubiculo dicti Studioſi ridiculam hanc ſocietatem, amicumque itidem convictum, flagrorum ope ad mortem ſæpius usque à *fele* impetratum, vidit. Quis dubitaret, quin eadem methodo inter *Vulpem* hunc noſtrum & *Falconem* inſtituta ſit reconciliatio? quæ tandem ex quotidiano convictu eo usque eſt progreſſa, ut in ſummam mutata ſit familiaritatem; quam eo facilius â commenſali ſuo impetravit *Falco*, quo felicior fuit in pulicum captura in piloſo paſcuo, non absque delectamento ejus, qui fundi eſt Dominus ac ferarum faſtidioſus poſſeſſor. Ex relatione namque Venatorum ſcribit *Anton. le Grand. Tr. de Carentia ſenſus & cognitio-*
« *nis in Brutis. pag.* 114. Pulicum morſibus admodum inveſtari
« *Vulpem*, quibus ut ſe liberet, tempore æſtivo, pruritu cum ca-
« lore dimicante, flumen ingreditur, ubi aliquam primo in pe-
« dibus refrigerationem experta, aquas altius penetrat, ceteras
« paulatim corporis partes demergendo. Ne vero nimis profun-
« de dimittatur, & natandi moleſtiam, quæ novum ei calorem
« conciliaret, avertat, arborum ramos, aut ſtipulam molliorem,
« quæ ſorte occurrit, dentibus comprehendit, ad quam *pulices* frigore

gore pulſæ accedentes, eique adhærentes, & naufragium evaſuræ, vacuum hoſpitem derelinquunt. *Vulpes* interim artubus jam refrigeratis, in ſylvas regreditur, ab importuno ſuo comitatu libera, & pruritus, quo antea angebatur, prorſus expers. Unde voluptatis ac utilitatis, quam in aquis recepit, poſtea memor, quotiescunque caſus ſimilis occurrit, ſimiles actiones repetit, donec frequenti uſu in familiaritatem abeat, ut ex reiterato opere conſuetudo naſcatur. Hac methodo, quam naturâ ducente elegit ſylvis exul, vinculisque ligata, dum caret, in pulpamentum ipſi cedit Falconis officium, quod in undis quærere ſolet. Et quis neſcit fricatione beſtias caudam attollere, ac in ipſo furore mitigari poſſe? Sæviſſimæ quoque belluæ natura feruntur ad id, quod ipſis amicum eſt ac ſalutare, quod ex iis, qui animalium concinnarunt Hiſtorias, prolixius repetere non placet. Quanta vero cupiditate ac arte *Falco* quem aluit Chirurgiæ quidam Candidatus in Islandia, remedium quæſiverit contra Lumbricos, quibus ipſe vexatus admodum fuit, lectu mirum eſt apud Dn. D. *Joh. Franc. Paullini Tr. de Anguilla ſect.* 1. §. *IV. p.* 28. Ne dicam, quomodo fiant ſæpius bruta hominum Proceptores in ſalutari plantarum notitia, ut patet ex *Rolfinc. de vegetabil. L. c. c.* 1. *p.* 14. *Wedel. de Facult. Medicamentor. L.* 1. *ſect.* 1. *c.* 2. *p.* 10. & aliis, quibus conferri meretur *Excellentiſſ. noſter Neſtor.* 2*d. M. N. C. Dec.* 2. *A.* 8. *obſ.* 161. *p.* 359. *in Schol. ubi* de Cerva herba ſeſeleos ante partum ſe purgante, more ſuo erudite diſſerit. De *Vulpibus* tot modos ſe ſalvandi refert *Anton le Grand. l. c. p. m.* 113. *ſqq.* adeo ut, niſi ipſa natura prudentiæ imaginem ſæpius in brutis mentiretur, quædam quaſi veſtigia humani ingenii oſtendere videantur. De *Urſo* & *Cane* eodem contubernio à Magiſtro quodam educatis, ac ſine ulla injuria aliquandiu pacatiſſime viventibus, quaſi domeſtica, & ejusdem generis animalia fuiſſent. vid. D. *Joh. Georg. Gockel. Ep. de Mirabilibus quorundam animalium in App. Ephem. Not. Curioſ. Dec. II. A. V. p.* 103. de familiari convictu Draconum cum hominibus, legi meretur *idem l. c. p.* 106. de Alcis gratitudine in homines, vid. *D. Chriſtian. Menzel. M. N. C. Dec. II. A. V. Obſ. III.*

p. 6. ſqq. conf. D. *Luc. Schröck. Schol. ad l. c. pag.* 8. nec non quæ de mirando nonnullorum animalium erga homines obſequio refert *Joh. Euſeb. Nieremberg. Hiſtor. Natur. L. IX. c.* 95. *f.* 202. ne dicam, quæ de infantibus nutritis ab animalibus habet *Kornmann de miracul. Vivor. p.* 43. *ſqq.* At manum de tabula.

Menſe Oct. Præſ. *Georg. Paſchio* Artis rationis, Philoſoph. Primæ ac Moral. Prof. Ord. Clementiſ. Auſpiciis Fridericianis de *Fabularum & Parabolarum uſu* publ. diſſeruit *Ad. Henr. Möllenhof*, Lub. (3. plag.)

Hujus Diſſertationis §. 1. exhibet tria Scriptorum poëticorum genera. *Primum utile eſt. Secundum animi oblectandi cauſa tantum excultum. Tertium eorum eſt, qui & voluptatem, & utilitatem ſimul ſectantur.* Hucque pertinere dicitur modus tradendi per Fabulas. Olim Vocabulum *Fabula* pro vera hiſtoria uſurpatum, unde B. Hieronymus hiſtoriam de Samſone fabulam vocavit. Apologis commoveri mentes magis quam rationibus docetur, unde fabulas pueris proponendas auctor ſuadet. §. 2. Traditur differentia inter λήρους ſeu aniles fabulas, & μύθους, quibus ad populum inſtruendum, animosque rudes doctrina imbuendos prudentiſſimi viri uſi ſunt. Tum exhibentur ex A. Gellii Noct. Attic. nonnullæ *fabulæ rerum & locorum*, quo etiam Auguſtini ſine capite mortales referendi ſunt. §. 3. Adducuntur efficacium per imagines perſuaſionum exempla aliquot, moneturque artificium fingendi commendare Oratores & Poëtas, cum ſcilicet manifeſtas fabulas in hiſtoriarum modum exponunt. Batrachomyomachia Homeri laudatur. §. 4. Tradit omnis cultorem ſapientiæ fabularum ſtudioſum eſſe debere, & propter admirari cœpiſſe homines philoſophari. Docetur inſuper, fabulas poëtarum excitare Philoſophum ad inveſtiganda rerum arcana; hinc fabularum varia utilitas recenſetur §. 5. indicat, non debere conſiderari in fabulis nudas voces & ſententias, ſed ſenſus abſtruſiores. Fabula ibidem dividitur in naturalem & moralem, oſtendunturque præter phyſicum & moralem alii adhuc fabularum ſenſus, dum alii ex fabulis poëtarum exſculpunt ſenſum *Theologicum*, ut Joh. Boccatius *in Genealogia Deorum*, & Franc. Pomey *in Pantheo Mythico, ſeu fabuloſa Deorum hiſtoria*. Alii *Magicum*, ut Athanaſius Kircherus. Alii

Hiſtori-

Hiſtoricum, *Aſtrologicum &c.* Alii fabulas etiam *ad Chemiæ arcana* extendunt, ut Jacobus Tollius *in Fortuitis.* Alii interpretantur easdem fabulas de veterum Sueonum moribus, conſtitutionibus, ſapientia, religione & expeditionibus, quod Olaus Rudbeckius *in Atlanticæ* opere aggreſſus eſt. Monet tamen Auctor præſentis Diſſert. varios hos fabularum ſenſus non eſſe niſi luſus ingenii. Mox de Palæphati *Incredibilibus*, quæ exhibent ipſam fabularum hiſtoriam, de Natalis Comitis *Mythologia*, & de Fr. Baconi, Baronis de Verulamio egregio libello, cui titulus, *de Sapientia Veterum*, ſermo inſtituitur. §. 6. Oſtendit nullam fere diſciplinam eſſe, quæ ex poëtarum fabulis non recipiat aliquam contemplationem vel utilitatem. Hinc de Theologia Paganorum fabuloſa & civili diſſeritur, ipſaque ſcientia naturalis a fabularum artificibus non eſſe neglecta oſtenditur. Subjicitur tandem uſus fabularum in Philoſophia morali, itemque civili. Eſt etiam univerſa Philoſophia ſub ſchemate fabulæ amatoriæ tractata. Concludit tandem Auctor, fabulas non eſſe aptas, ut præbeant univerſalia ſcientiæ vel prudentiæ civilis principia. §. 7. monſtratur differentia inter Apologum, Fabulam & Anum, itemque ab Apologo quomodo diſtet Parabola? Parabola ab hominibus ſumitur, Apologus a brutis aut aliis rebus rationis expertibus. Parabola veriſimilium eſt, Apologus non item. §. 8. Docet in Sacris etiam occurrere Apologos ſive Fabulas Morales, cujus rei exempla adducuntur. Ad extremum diſſeritur etiam de Parabolis in Sacris occurrentibus, earundemque uſu. Ἐπίμετρα hujus Diſſertationis hæc ſunt: Qu. I. *Utrum cæcus ducere poſſit claudum?* Reſp. affirm. Qu. II. *An, quemadmodum vulgo dicitur, Occaſio faciat fures?* Reſp. neg. Qu. III. *Num verum ſit illud Germanorum proverbium:* **Dem Gelehrten iſt gut predigen?** Reſp. neg.

Die II. Octobr. Diſſertationem Medicam *de Obſeſſis*, Præſide *Gunth. Chriſtoph. Schelhammero*, Med. D. & P. P. Primario, publicè defendit *Bonifacius Laurentii* Tonningenſis. (conſtat 4. pl. in 4.)

Cum dentur homines, qui, contra Sacræ Scripturæ fidem, &

& multorum seculorum experientiam, Obsessorum existentiam præfractè negant, perversam eorum sententiam ortum suum ducere, Cl Auctor statuit, vel *tam* §. 2. ab ipso *Satana*, qui istis hominibus tam abjectam vilemque sui speciem ingerat, ut, ne quidem existere Dæmonia, aut, si existant, ita vincta esse, existiment, ut non magis quam canis domesticus nocere, imò ne latrare valeant; *quam* §. 3. ab eruditi seculi *nimia fiducia*, dum sc. non credunt, quicquid naturæ vires superare videtur, aut pro fabulis habent, quæ quotidiè non accidunt, & ipsi viderunt. §. 4. In Gallos, præ cæteris hôc vitiô laborantes, & librum novissimè, sub titulo: *Response aux questions d'un Provincial*, editum, invehit. §. 6. Tria obsessorum adducit exempla, quorum *primum* ipsemet Patavii sub D. Antonii sacro altari inclusum subterraneo loco vidit, *alterum* ex relatione fide digni Hispani accepit, *tertium* vero â Christiano Kortholt in speciali tractatu germanico, cui titulus: Historia Obsessi Femerensis, descripsit. §. 8. Obsessorum nomine complectitur illos, *quorum corpora malignô aliquô spiritu agitantur; â quo miris plerumque contorsionibus membra jactantur, ea verò peraguntur, proferunturque, quæ vel exuisse animum humanitatem omnem indicent, vel superent humani ingenii vires.* Causam apponit triplicem, quæ Diabolo tantam in corpora humana concedat potentiam; nimirum §. 11. summam & deplorabilem hominum *impietatem*, quâ, Deo sacrisque omnibus renunciantes, malo Dæmoni se totos devovent. deinde §. 12. *Spirituum* sic dictorum *familiarium* acquisitionem & usum; & denique §. 13. ipsius *Dæmonis in corpora*, permittente ob hominum peccata scelus Divinô numine, â sagis magisque factam *immissionem*. Symptoma vel potius *actiones p. n.* quæ in Obsessis occurrere solent â §. 15. ad 22. fusius enarrat, quarum præcipuæ sunt; 1. corporum in aërem elevatio, eorumque cum impetu quidem, sed sine noxa, in solium dejectio; 2. exoticarum linguarum peritia, quarum antè nullam habuerunt notitiam laborantes; 3. Sacrarum cantionum aversatio, & cum ipsas recitare volunt, subsequens colli constrictio, enormis elongatio, & mox subita obmutescentia; 4 ad Sacramentorum mentionem impatientia, & obloquutio, quæ tn. cohiberi possit, si infans capiti

eorum

eorum manus imponat, precesque fundat; ſ. rerum, quæ in diſſitis locis peraguntur, cognitio, futurorumque prædictio. Quibus ea, quæ ſpeciatim in puero Femerano obſervata fuêre, §. 23. 24. 25. 26. annectit. Non autem ſingulum Dæmonem ſemper ſingulum ſaltem corpus, ſed quandoque plures unum corpus ingredi §. 27. quandoque integros cœtus corripere §. 28. exemplis tàm ê Sacro Codice, quàm Scriptoribus profanis mutuatis confirmat. §. 29. Paroxyſmorum durationem, & §. 31. ea quæ obſeſſionem præcedere, quæ verò eam ſequi ſolebant §. 32. enumerat. Ex his præmiſſis πόρισμαῖα elicit ſequentia, & quidem I. §. 34. quod Dæmoni nulla ſit poteſtas ſubeundi corpora hominum, niſi per ſumma ſcelera, ab ipſis admiſſa, & ſuperiùs cauſarum titulô jam indigitata, illi aditum paraverint. II. §. 35. quod ideò cum ſagis aliisque viliſſimis hominibus pacta conſtituat, ut per conſenſum eorum liceat nocere aliis. III. §. 36. quod obſeſſio non ſuccedat, niſi intercedente re aliquâ vel deglutiendâ l. aliâ ratione cum obſidendo intimiùs coëunte, illâque tanquam ſymbolô utatur, quô certiùs de malignorum voluntate conſtet. IV. §. 37. Quod vel mali quædam intercedere ſoleat præſenſio v. g. terriculamenta, Lipothymia &c. vel, inſtante paroxyſmô, nonnunquam in corpore quædam inſignis fiat mutatio, quia tanti Spiritus præſentiam humana natura impunè ferre nequit. V. §. 38. Quod in obſeſſis convulſivi potiùs, quàm alii affectus appareant, hoc adſcribendum eſſe generi nervoſo & muſculis, quorum promptitudine Dæmones ad movenda & torquenda expeditiſſimè corpora utuntur. Quod denique, VI. quicquid etiam Dæmon agitet obſeſſum corpus, nunquam ipſi tamen permiſſum fuerit, vel viſcera corrumpere, vel integra membra & oſſa diffringere; ſed quod ubi luſum peregerit, ſtatim homo à paroxyſmo rectè valeat, nullasque mali, niſi quandoque ex membrorum jactatione ſummam laſſitudinem, ſentiat reliquias. Relictis quoque iis, quæ naturali rerum virtute ordineque peragit Dæmon §. 39. ad ὑπερφυσικὰ ſe vertit Autor, ex Spirituum natura explicanda. Quorum primum eſt, quod homines altiùs extollat atque ele-

vet, eâ potentiâ, quâ fagas non rarò per aërem velociſſimo impetu ex uno loco in alium defert, eripit, expeditque ê vinculis publicis, & ex altiſſimis turribus abducit incolumes. Quod loquatur Dæmon ex obſeſſorum ore, linguisque peregrinis, id quoque fiere naturali modo, & Diabolum, corpora hominum, perindè ac olim ſtatuas & ſimulacra Deorum, ingreſſum, muſculos linguæ pro lubitu movere, ac ſpiritum ex pulmone, adſtrictâ Laryngis rimulâ, haud ſecus ac ipſa anima facit, ubi ſui juris eſt, propellere; animam verò ipſam interea planè opprimi, ac veluti vinculis teneri, §. 40. autumat. Hancque rationem eſſe: quod plerumque omnes interni ſenſus, ac memoria ipſa, ceſſent §. 41. indicat. §. 42. Triplex actionum genus, quod Dæmon in obſeſſis obit, notat; quando np. vel ut *Spiritus ſimpliciter* corpus agitat, & omnia movet; vel ut *malignus* & humani generis hoſtis, illud cruciat, & doloribus afficit; vel ut Spiritus *damnatus*, ipſiusque divini nominis oſor acerrimus, blasphemat, impedit, contemptu habet, & traducit pios conatus, ſacraque omnia. Verùm cum ſæpius factum ſit, quod Dæmon iſte aſtutus ſub hujus l. illius morbi velo latuerit, medentiumque operam illuſerit; aut homines vafri & petulantes obſeſſionem ſimularint, uti confirmant variæ, ab ipſo §. 43. & ſequ. adductæ hiſtoriæ; *Signa* obſeſſorum *diagnoſtica*, vel quomodo inſultus iſti Satanici â morbis naturalibus diſtinguantur, §. 46. proponit, Si np. 1. corporis conſtitutio ſana non congruat morbo, nullave cauſa naturalis, ex qua hæc ſolent oriri, appareat; 2. ſi à vetula ſuſpecta, aut alio quocunque, comedendum quid aut bibendum ſit oblatum, & mox habuerint inſigniter malè; 3. ſi medicamenta licet optima & prudenter uſurpata, nihil efficiant; 4. ſi oculi terribiles ſint atque ignei, membra diſtorqueantur, ſtupeant, obmuteſcant, protervè, impiè, irreverenter & impudicè loquantur, aut geſtus componant ſuos. 5. ſi hæc per paroxyſmos affligant, convulſiones ſine cauſa oriantur, & lucida, ut ajunt, intervalla ſequantur, ubi rectiſſimè valent. *Maximum* tamen Cl. Autori §. 47. videtur χρῆμα, ſi loqui incipiat dæmonium, & vel vernaculâ occultata efferat, quæ

quæ ſciri non poſſunt, aut peregrino idiomate utatur: huic verò *proximum*, quod obſeſſi cantica ſacra, præces, divinaque oracula pronunciare non poſſint, laborentque dum proferunt, & renitantur, dum verò recitant alii, clamant, ſtrident, convelluntur, blaſphemant. Hincque facilè â verè obſeſſis diſcerni poſſe, qui ſe obſeſſos ſimulant, §. 49. oſtendit, ſi nulla recenſitis conformia: vel alia inſolita & naturam morborum superantia, deprehendantur. Ad *Therapiam* devolutus, quæſtionem illam: An Medicorum opera ad expellendum Dæmonem poſſit eſſe utilis? §. 50. proponit, & argumenta quæ pro & contra allegantur, §. 51. 52. 53. examinat. Remediis autem vel â Judæis vel aliis populis pro fuga Dæmonum adhibitis, & §. 50. & 54. enarratis, exceptô unguento carriohteri, ab Henrico ab Heer probatô, & herba Paridis â Mathiolo laudata, parum fidei, ob defectum fide dignorum autorum, qui ea profuiſſe notaverint, tribuit; quin potuis majorem ſibi à purgantium & vomitoriorum uſu promittit efficaciam: maximum verò auxilium ab ardentibus precibus, & DEI ope, exſpectandum eſſe, concludit.

Joh. Ludovici Hannemanni, D. & P. P. Obſervatio de mira metamorphoſi plumarum in Gallina.

Ecce L. B. oppidò raram, rariſſimique commatis obſervationem, quam tecum ex ore fide digniſſimi, nec in Muſarum caſtris peregrini viri refero. Aluit hic in ſuo prædio *gallinam*, quæ primô annô plumis flavis, annô ſubſequenti, plumis albis veſtita, tertiô autem annô, plumis flavis, intermixtis albis, ornata ſuperbiit. Eſt miria plumarum in gallina metamorphoſis. Quæ cum illa conferenda eſt, quam, *Decur. II. Tomo VIII. Ephemerid.* cum curioſis noſtris communicavi: adde, quæ de gallinarum mirabilibus *Decur. III. Tomo III. Ephemerid. Obſ. LX. p. 69.* ad curioſos noſtros tranſcripſimus. In cauſam iſtius plumarum mutationis non inquiremus. Quod autem imaginatio magnam vim habeat in ſignandis fœtibus in utero, experientiæ fide comprobatum eſt. Non poſſum omittere, quin addam, quod hisce diebus in *Amphitheatro providentiæ æternæ Julii Cæſaris Vannini* (quod nomen hic ſibi aſſumpſit, teſte *Excell.* D D.

Garmanno in ſua *Oologia curioſa* Diſſ. II. §. 64. pag. 100.) legi *Exercitat.* XL. pag. 274. *Et ego*, ait, *cum menſibus elapſis Genuæ illuſtri loco, & urbe celebri Philoſophiam prælegerem, ab illuſtri admodum & ingenioſo adoleſcente Jacobo Aurier, diſcipulo, ac Domino meo unicè colendo interrogatus, an viridis coloris equi naturaliter congenerari poſſint? affirmativè reſpondi: at quomodo*, inquit: *facillimè, ſi ejusdem coloris circumveſtiti ſtragulis coëuntibus repræſentarentur.* H. l. &c. Quod ſi de Scriptore hujus *Amphitheatri meam* ſententiam, ut ſentio, dicam. Tunc videtur mihi cum hoc Autore eſſe comparatum, ac ſi peritiſſimo, & artificioſiſſimo pictori mandaretur, pulcherrimam virginem depingeret. Hic autem penicillo picturæ admoto locò formoſiſſimæ virginis turpiſſimam ac maximè deformem ſimiam depingeret; ſicque aberrante penicillo locò hominis horrendum monſtrum daret. Hic *Lucilius Vanninus* acutiſſimus & ſubtiliſſimus quidem Philoſophus Peripatheticus eſt, aſt ingenii ſui viribus abuſus, loco providentiæ æternæ moriam, & dementiam cœcam Atheismi mundum docuit, & Atheismum perſuadere conatus eſt. Quàm virulentum etiam illud *Vannini* Scriptum, tamen majus virus, plusque Pſeudoxiæ *Benedicti Spinoſæ* Philoſophiæ, quàm *Vannini* Exercitationibus, ineſt. *Vannini* Exercitationes ſunt numero 50. & paginis, in octavo, ut dicitur, 336. abſolvitur. Cæterùm hic Autor *Vanninus*, Atheorum aquila, Apologiam 18. *libris* conſtantem pro Concilio Tridentino, & Apologiam pro Lege Moſaica, & Chriſtiana contra *Pomponatium*, & Dialogos edidit. De hoc Autore plus legi poteſt in ipſius *Antonii Reiſeri* Epiſtolari diſſertatione, de *Origine, progreſſu, & incremento Atheismi* pag. 246. 256. &c. *Pomponatius, Porcius, Cremoninus, Stroſſius, Spinoſa* multò pejores ſunt *Vanninô*, plusque periculi ex horum ſcriptis, quàm *Vannini*, metuendum.

RACEBURGI.

D. XXX. Nov. 1704 ſ. Dom. 1. Adv. ſupra nominatus *L. Godofredus Cohlreif*, Paſtor ac Præpoſitus Circuli Raceburgenſis, (qui *Laurentio Guzmero*, cujus fata in *Nov. Lit. M. B. T. VII. p. 92.* commemoravimus, Succeſſor eſt datus,) munia ſacra, quæ ipſi d. V. Octobr. ſ. Dom. XX. p. Trin. ab ejus Parente *M. Matthæo Erasmo Cohlreiffio*, Superint. Neobrand. (cui Philologicam Diatriben de *Hyſſopo Bibliæ*, Roſtochii 1670. pl. 4. debet eruditior orbis) præmiſſo ſermone Inaugurali fuére demandata, eſt auſpicatus. LUBE-

LUBECÆ.

Meno Nicolaus Hannekenius, Med. Doct. confecto ſtudiorum curriculo, Patriam petiit, oblata inſimul Diſſertatione in *Acad. Jenenſi*, ſub Præſidio *D. Georgii Wolffgangi Wedelii*, ventilata, de *Cancro Mammarum*. Vitæ ejus rationes cum reliquis Scriptis Academicis fuſius enarrantur in *Nov. Liter. Germ. T. II. p. 152. ſq.*

Hermannus Lebermannus, Verb. Div. in Æde Cathedrali per XXV. Annos Miniſter, d. XIII. Nov. in Locum *B. M. Th. Honſtedii*, (cujus obitum in N.L. T.VII. *p.* 94. nunciavimus) Paſtor dictæ Eccleſiæ vocatus, & d. XVI. ejusd. ſ. Dom. XXVI. p. Trinit. fuit introductus.

Typis *Chriſtoph. Godofr. Jägeri*, exſcripta eſt *Homilia* ad *Joh. XII. v.* 24. hoc modo inſignita: Erklärung des Feſt-Textes / am Tage S. Laurentii, durch *Franciscum Wörgerum.* (pl. 3. 4to.)

M. Joh. Gerardus Pagendarm, Lubecenſis, Diſſert. ſecundam de *Minerva Victrice* (2. pl.) in *Acad. Wittenb. Menſ. Octobr.* propoſuit. Primam adduximus in Nov. Lit. T. VII. *p.* 94.

Prodiit haud ita pridem Concio funebris, in exequiis *Sebaſtiani Bacmeiſteri* habita, cujus frontiſpicium ſic ſe habet: Eines ſterbenden Predigers Valet-Seegen an ſeine hinterlaſſene Gemeinde / bey Chriſtlicher Leich-Beſtattung des Wohl-Ehrw. Andächtigen und Wohlgelahrten / Herrn Sebaſtian Bacmeiſters / Wohl-verdient-geweſenen Predigers der ſämptl. Kirchfahrt in Travemünde / Lübeckiſcher Bothmäſſigkeit / welcher den 14. Maji Anno 1704. in ſeinem JEſu ſanfft entſchlaffen / und den 23ſten drauff / mit Chriſtl. Ceremonien / zur Erden beſtätiget wurde / aus dem hierzu erkohrnen Leichen-Texte / Act. 20. v. 32. Lieben Brüder / ich befehle euch GOtt / und dem Worte ſeiner Gnaden / der da mächtig iſt / euch zu erbauen / und zu geben das Erbe / unter allen / die geheiliget werden / kürtzlich betrachtet von George Henrich Götzen / der Heil. Schrifft D. und derer geſambten Lübeckiſchen Kirchen Superintendenten. Hamburg gedruckt mit Reumanniſchen Schrifften Ao. 1704. (pl. 8. in 4to.)

In Præloquio explicatur dictum Gen. XLVIII. v. 21. in Exor-

dio II. Tim. IV. 7. Ad calcem adjecta ſunt Perſonalia, è quibus potiora breviter tranſcribimus: Natus eſt iſte Aterndorpii Ao. 1646. d. 9. Auguſti, ex antiqua & ſatis nota Bacmeiſterorum familia, Patre *M. Luca Bacmeiſtero*, Paſtore primùm Aterndorpii in Hadelia, pòſt Eccleſ. Raceburgenſ. ad S. Petri, & ejusdem diſtrictus Superintendente, Matre *Anna Meyeria*. Biennium nondum egreſſus, cum parentibus, Avum Maternum M. Sebaſtianum Meyerum, Rect. Scholæ Lubecenſis, viſendi gratia, excurrit Lubecam, cumque ſub id tempus ulcus quoddam in collo ſuboriretur, coactus fuit ibidem manere, nec prius dimiſſus, donec poſt tria luſtra Ao. 1664. d. 12. Febr. Avus morte decederet. Nec tum diſceſſit, ſed per temporis aliquod ſpatium apud Aviam commorans, inſtitutione M. Henr. Bangerti, Rect. & Joh. Polzii, Con-Rect. uſus eſt. Illo verò A. 1665. d. 1. Julii demortuo, cognatorum ſuaſu eod. anno Roſtochium profectus eſt, & ultra triennium in patrui Johann. Bacmeiſteri, Medic. D. domo vixit, ibidemque Theologos, D. Joh. Quiſtorpium, D. Auguſt. Varenium, D. Mich. Cobabum, Philoſophos, L. Zach. Grapium & Magiſtr. Hermannum Beckerum, in Chronologicis & Opticis modò nominatum Doct. Johann. Bacmeiſterum audivit, & priusquam Roſtochio diſcederet, Specimen proprio marte edidit, nimirum Diſſertationem *veram Meſſiæ exhibitionem & θεανθρωπίαν* ex *Mich. Cap. V.* 1. oſtendentem, ſub Præſidio *Doct. Auguſti Varenii* 1669. d. 30. Januar. habitam, pl. 4½. Petiit deinde Wittebergam, & Doct. Abr. Calovium, Doct. Joh. Meisnerum, Balthaſ. Stolbergium, & Doct. Auguſt. Pfeifferum auſcultavit, atque ſub hujus Præſidio Anno 1670. publicè ex Philologia ſacra diſputavit. Reditum meditans, Lipſiam prius & Jenam, poſtea Raceburgum ſalutavit & denique Lubecam pervenit, ibidemque & liberos mercatoris cujusdam inſtituendo, & concionando tamdiu vacavit, usque dum d. 6. Apr. 1676. *Eccleſiæ Travemund. Miniſter* eligeretur. Cui muneri cum præeſſe cœpiſſet, vidiſſetque rem familiarem ſine ſocia commodè non poſſe adminiſtrari, Anno 1676. de 20. Auguſt. matrimonio ſibi junxit *Eliſabe*, *M. Hermanni Reuteri*, Paſtoris Travemund. relictam

lictam filiam, ex qua ſuſcepit 3. filios, *Bernhardum*, maturè defunctum, *Johannem* Medicinæ Studioſum, & *Lucam Hermannum*, unamque filiam, *Annam Veronicam*. Vitam egit piam, ſedulam, & morbis non omninò vacuam, ſiquidem ſæpè confeſſus eſt: *Se ne unius quidem diei per omnem vitam recordari, quo non ſenſiſſet corporis dolores.* Nihilominus tamen officium ſuum diligenter obiit, & reſiduum ab eo tempus Hiſtoriæ Literariæ impendit, ſiquidem magno labore & diligentia, à qua nec ægrotus ſibi temperabat, contexuit *Academiæ Roſtochienſis, Conſervatorum, Cancellariorum & Rectorum, cæterorumq; in ea illuſtrium ac præclarorum Virorum, vid. Theologorum, JCtorum, Medicorum, & Philoſophorum Hiſtoriam ab ipſis incunabulis ad Annum* 1700. *productam*, ad quam *T. III. pag.* 347. *ſqq. & IV. pag.* 215. *ſqq.* ſymbolas Eruditorum ei expetivimus: nec non *Mareſchalci Thurii Annales Herulorum ac Vandalorum cum continuatione & Tabulis Genealogicis ad hodiernum Ducem Mecklenburgenſem productа*, quos duos Tractatus, quia ultimam ejus manum non experti ſunt, filius propediem abſolvet, & orbi erudito exponet. Quòd denique vitæ exitum concernit, malum hypochondriacum, & ex vita ſedentaria orta cachexia ſcorbutica mortem ipſi attulerunt, quæ 58. æt. annum agenti obtigit.

D. XXII. Dec. exuviæ *Joh. Fizmanni*, Med. Doctoris & Practici, tumulo fuêre illatæ, cujus vitæ rationes brevi tabella exhibere conſtituimus. Natus eſt *Lubecæ*, d. 30. Julii Anno 1664. Patrem nactus *Johannem Fizmannum*, Medic. Doct. ac deinceps *Proto-Phyſicum* famigeratiſſimum, Matrem *Mariam*, è *Henrichſiorum* familia prognatam. In tenera ætate Viris optimis, *Hermanno Weſthofio*, & *Henrico Eſchero*, quorum ille *Lubecæ* Paſtorem *Johannæum* primùm ac poſtea *Jacobæum* egit, atque beatis nunc aſſociatus eſt animabus, hic verò ap. *Travemündanos* Paſtoris defungitur officio, adhuc ſuperſtes, à Parentibus, pietatis ſtudio valde deditis, traditus, ea imbibit fidei præcepta, quæ ipſi ad maturitatem pervenienti, mirum in modum fuêre proficua, quos excepere Doctores in Schola publica egregii, **David von der Brügge** / *Martinus Lipenius*, *Abrahamus Hinckelmannus* jam inter cœli-

cœlites agentes, & *Marcus Wida* cum *Jac. Pagendarmio*, ſub quorum manuductione in literarum pariter ac pietatis ſtudio laudabiles fecit progreſſus, ut *A.* 1686. *Academiam Helmſtadienſem* petere potuerit. In hac, abſolutis Philoſophiæ partibus, Medicorum, *Schelhammeri*, *Schraderi*, & *Meibomii*, viſitavit ſcholas, animumque varia ſcientia, quæ Medicum ornat, perpolivit. Triennio ibidem exacto, *Lipſiam* profectus eſt, atque ab ore *Joh. Bohnii*, at quanti Viri! *Auguſti Quirini Rivini*, hoſpitis ſui, & qui nuperis annis mortalitatem exuit, *Andreæ Petermanni*, diligenter pependit, non neglectis acroaſibus privatis *Hiſtorico-Politicis Joh. Gottlieb Hardii*, hodiè Log. & Metaph. Prof. Publ. Cùm verò biennium in amœniſſimo iſto loco vixiſſet, *Altdorffinas* ſalutavit Muſas, ut *Brunonem* & *Hoffmannum* audiret, atque deinde *Italiam* excurreret. Quo itinere feliciter confecto, ad nutum Patris indulgentiſſimi *Academiam Ultrajectinam* frequentavit, inque ea Honores in Medicina ſummos, ventilata prius *d.* 5. *Dec. A.* 1692. Diſſertatione Inaugurali, de *Epilepſia* conſcripta, modeſtè expetiit. Quibus ornatus Patriam iterum repetiit, atq; in Parentum amplexibus hæſit, usquedum, Patre è vivis ſublato, animum ad matrimonium appelleret, ac rei familiaris curam in ſe ſuſciperet. Amorem autem *Annæ Judithæ Kohlmetſchiæ*, Virginis oppidò elegantis, prenſavit, eique fidem maritalem addixit, ſervavitque, ſuſceptis ex illa *quinque liberis*, qui ut deſideratiſſimi, & pietate ac virtute clariſſimi Parentis, *d.* 16. *Dec.* præmatura morte erepti, veſtigia preſſo pede legant, inque pietate feliciter ſuccreſcant, omnes boni nobiscum vovent. Hæc enim laus viro optimo detrahi nequit, quod ingenui ac felicis Medici numeros expleverit, atque haud exiguum ſui deſiderium reliquerit.

D. IIX. Jan. M. Balthaſar Gerhardus Hannekenius, M. Balth. Gerhard. Hannekenii, Paſtoris Mariani, adhuc hodiè degentis, Filius, & *D. Menonis Hannekenii*, Superintend. Lubec. Nepos, Eccleſiaſtes Cathedralis eligebatur, quod munus deinde *d.* 24. *Jan.* ſ. *Dom. III. poſt Epiphan.* ſolenniter eſt auſpicatus. Specimina ejus Academica adducta leguntur in *Nov. Lit. T. IV. p.* 208. *& T. V. p.* 176.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis FEBRUARII M DCC V.

WISMARIÆ.

Die XV. *Januarii Henricus* Scheffel / Summi R. M. Suec. Tribunalis Regiſtrator, vitæ hujus luce frui deſiit. Patriam habuit *Wiſmariam*, Patremque *Martinum* Scheffel / laudati Tribunalis Regiſtratorem per 34. annos fidelisſimum, qui eum ex *Sophia Rantzen*, adhuc ſuperſtite, A. 1657. d. 17. Julii ſuſtulit. Literis humanioribus in Lyceo patrio probe tinctus, *Bremenſe* adiit Gymnaſium, in quo tum in Studia Philoſophiæ incubuit, tum fundamenta Juris jecit. Hinc *Altdorfium* delatus, ab ore *D. Hammeri*, *D. Linckii*, *D. Wagenſeilii* aliorumque Ictorum per triennium pependit, &, quæ ad animum prudentia civili ornandum magis magisque ac firmandum pertinuerunt, imbibere omni ſtudio allaboravit. Rediit ſic, perluſtratis ante celebrioribus Germaniæ urbibus, domum, & Parenti, A. 1687. beate defuncto, Succeſſor datus eſt, ſuasque partes ſtrenue ſemper, & ſumma cum approbatione omnium, obiit.

ROSTOCHII.

D. III. Decembr. Henr. Aſcanius Engelcke, S. Th. D. & PP. alteram partem *Capitis XI.* de *Perſona & Officio Chriſti*, ex *Collegio B. Schomeri Anti-Sociniano*, *Diſſert. Octava* ad examen publicum propoſuit Reſp. *Benjamin Koloff*, Stargard. Pomer. (pl. 3½.)

D. XII. Ejusd. Georgius Bethardingius, Med. D. & Anatomiæ Prof.

Prof. Publ. ad Anatomiam, in corpore masculino, frigore exstincto, à se instituendam, Programmate pecul. (pl. 1.) invitavit.

D. XVII. Ejusd. Memoratus paulo ante *D. Engelke* Capita XII. & XIII. de *Prædestinatione & Gratia*, it. de *Justificatione & B. Operibus*, ex *Colleg. B. Schomeri Anti-Sociniano* Disputatione in ordine *Nonâ* publicæ discussioni subjecit, Resp. *Joach. Joh. Hintze*, Wismarienſ. (pl. 3½.)

D. XX. Ejusd. Joh. Petr. Grünenbergius, S. Th. D. & PP. Consil. Consistor. Distr. Meckl. Superint. Disput. Theologic. circularem habuit de *Apostolis* ſ. *Biblicis Apostolorum Actis*, Resp. *M. Joh. Eberh. Udam*, Lealia-Livono. (*T. IV. p. 353. & T. V. p. 59.* Nov. Lit. M. B. memorato, (pl. 2½.)

Laudata §. 1. Apostolorum Historia §. 2. de eorum jure, §. 3. sq. dinumeratione, §. 5. discipulatu, §. 6. ordine, §. 7. ablegatione & §. 8. redintegratione, §. 9. sq. de Apostolis à S. Luca singulatim nominatis, §. 11. de mulieribus ac §. 12. sqq. Viris Apostolicis Spiritu S. donatis, §. 15. de vita apostolica, §. 16. tentatione, §. 17. communione bonorum, & §. 18. afflictione, §. 19. de Diaconis apostolicis inque iis de Stephano, §. 20. sq. de Saulo Persecutore, §. 22. denique de Conversione Eunuchi & §. 23. Pauli agitur.

D. XXV. Ejusd. Rector Academiæ Rost. *Matthias Stein*, J. U. D. & PP. *Festum Nativitatis*, ceu *reliquorum omnium Festorum fundamentum & originem*, & christiana pietate & sanctitate civibus Academicis celebrandum, Programmate Lat. commendavit. (pl. 1. 4to.)

D. V. Januarii Proposita & ventilata est Disputatio à *D. Jo. Fechtio*, P. P. & Superint. Respondente *M. Erhardo Sprengelio*, Stetinensi Pomerano, de *Sanctitate Ministerii Ecclesiastici*, unà cum vindiciis adversus criminationes Godofredi Arnoldi. Proœmii loco præmittitur disquisitio de necessitate Ministerii Ecclesiastici, quam ad promovendum Indifferentismum suum elevat Arnoldus, inque partes suas & consensum rapit D. Gebh. Theod. Meyerum, Sam. Pufendorfium & Jo. Schilterum. Es werde insgemein von Theologis und Politicis angemercket / daß das Predig-Amt eben nicht so hochnöthig sey. Und ob wohl das Wort GOttes nothwendig

dig erfordert werde / ſo könne doch wohl eine Gemeinde ohne den Kirchen-Dienſt ſeyn. §. III. ſ. Probatur itaque neceſsitas Miniſterii, partim ex ejus inſtitutione, partim ex actibus ejusdem. §. V. Tum clariſsime oſtenditur, Theologo pariter & duobus Ictis manifeſtam fieri injuriam. §. VII. ſ. Cum ad rem ipſam acceditur, de Sanctitatis voce, à ſanciendo dicta, diſquiritur, oſtenditurque, eam partim de ſanctitate externa dici, quæ eſt deſtinatio ad officium ſacrum, quod eſt immune ab injuria, partim de interna, quæ eſt immunitas à culpa. Et quamquam utroque modo de Miniſterio Eccleſiaſtico dicatur. Hanc tamen poſteriori modo acceptam ſanctitatem ſuos habere gradus. Partim pro diverſo ſtatu hominis, partim quoad ipſum ſtatum, in quo hodie ſubſiſtit. §. XII. ſ. Ponitur ipſa Theſis prima: Sanctum merito dici Miniſterium Eccleſiaſticum priore illa ſanctitate, quæ eſt deſtinatio ad officium ſacrum, idque verbis Lutheri. §. XVII. ſ. Tum evoluta Miniſterii Eccleſiaſtici voce probatur illa ſanctitatio ſpecies ex aſsignata eidem in V. T. ſanctitate. §. XIX. ſ. Ex ſimili loquendi ratione in N. T. cum ſeparati dicuntur Miniſtri ad opus DEi. §. XXI. Ex cauſa efficiente ſeu auctore Miniſterii, DEo. §. XXII. Ex ipſius objecti, circa quod Miniſterium verſatur, ſanctitate. §. XXIII. Ex fine ſancto, quem Miniſterium intendit. §. XXIV. Ex attributa Miniſterio inviolabilitate, §. XXV. Ex analogia cum reliquis Eccleſiæ ſtatibus & cum Eccleſia ipſa, §. XXVI. ſ. Ex veteris Eccleſiæ auctoritate & conſenſu, §. XXIIX. Tum vero ponitur Theſis altera: Miniſterium ſanctum jure dici etiam propter internam animi & morum ſanctitatem, quod probatur partim expreſſa Scripturæ litera, partim ex officii ratione, eo quod exemplo prælucere gregi ſuo debeat, partim ex damno, ex impietate Miniſtri in Eccleſiam redundante. §. XXIX. ſ. Subjicitur primo paræneſis ad ſanctitatis ſtudium, cum ab ipſo Eccleſiæ miniſtro, tum ab iis, qui ad Miniſterium adſpirant, excolendum. §. XXXII. Deinde oſtenditur, cum varii ſint ſanctitatis gradus, non ſtatim ex ſanctitatis catalogo expungendum eſſe, qui in ſummo gradu ſanctitate non eſt colluſtratus. Nam & imperfectam ſanctitatem ſanctitatis nomine ob imputatam Chriſti ſanctitatem dignam

esse. XXXIII. Multo minus sanctitatis titulum toti Collegio Ministerii Ecclesiastici abrogandum esse, etsi in eo nonnulli sint non sancti. Cavendum etiam esse, ne impietatis nomine traducamus eos, quibus ex aliis causis detrahere volumus, de quibus tamen probare non possumus id, quod ipsis impingimus. §. XXXIV. Porro non inficiandum esse pronunciatur, dari utique in Ministerio Eccl. qui non sint sancti, qui vel movendi officio sint, vel emendandi, ex quo tamen ipsi Ministerio Donatistarum more dica scribenda non sit. §. XXXV. Denique ad Godofredum Arnoldum proceditur, ostenditurque, ut probet, Lutheranam Ecclesiam statim post primam suam reformationem in antiquam corruptionem recidisse, id quoque ex Ministerii Eccl. totali depravatione probare, eamque in rem nullum esse sub sole vitium, quod eidem non objectet. §. XXXVI. Respondetur, nullum unquam fuisse Collegium, cui se non insinuaverint, qui vitiorum flagitiorumque maculis fuerint infames, §. XXXVII. Ex quo tamen ipsa Collegia infamare haud liceat §. XXXIIX. Deinde consuetum esse Arnoldo, quicquid ad denigrandam Ecclesiam nostram faciat, per fasque nefasque conquirere, & quod unus alterque peccavit, toti coetui adscribere: è contra, quicquid à Fanaticis & Hæreticis perperam actum, excusare & in Cœlum tollere. Quod ostenditur exemplo Swencfeldii. §. XXXIX. Inprimis vero culpare sanctissimi titulum, à D. Streitbergero & D. Jacobo Andreæ Ministerio Ecclesiæ Argentoratensis attributum. §. XL. Ostenditur quas indignas homine Christiano technas & dolos, partim in versione vocis: *sanctissimi*, in die Allerheiligste/ partim in ipsius sanctitatis conceptu committat. §. XLI. Et quod suspicionibus ducatur, ab atro dæmone, qui calumniator est, natis. §. XLII. f. Sub finem adjiciuntur vindiciæ famæ quorundam celeberrimorum Theologorum, quibus varias impietatis species objecerat Arnoldus. Nominatim Jeremiæ Hombergero rixandi libidinem, §. XLIV. & XLV. Simoni Sulcero superbiam & fastum Clericalem, §. XLVI. f. Tilemanno Heshusio, Davidi Chytræo, Polycarpo Leisero & Helvico Garthio avaritiam & habendi cupiditatem, §. XLIIX. f. De D. Chemnitio sine omni fronte ex scripto anonymo pronunciare: es stehe in einer Schrifft/ daß er nach seinem

nem Tode mehr Geld als guten Nahmen hinter ſich gelaſſen. §. LII. ſ. In quibus omnibus ſummam Theologis illis fieri injuriam adeo ad oculum & dilucide demonſtratur, ut auctor exiſtimet: *aut petulanter cœcutire neceſſe eſſe, qui technas, fraudes, dolos, præſtigias, quibus totum opus lectori imponat, oculis ſuis cernere & percipere animo noluerint, aut Fanatico Spiritu ita ebrios, ut diſcernere inter bonum malumq;, inter verum falſumque prorſus amplius non poſſint.* (pl. 12.)

Pronuper *Menſe Septembri* Anni præteriti *p.263.* mentionem fecimus, *Georgium Caſpari*, Rigenſem publici juris facturum Tractatum B. Parentis ſui de *Futuri Theologi Studiis Philologicis & Philoſophicis*, qui prælô typographicô liberatus, lucem publicam adſpexit, hoc titulo inſignitus:

M. Davidis Caſpari, Regiomonto-Boruſſi, Rigæ Rigenſisque Diſtrict. Superintendentis Regii, Paſt. Primar. ad D. Petri, S. S. Theol. Profeſſoris in Gymnaſio ejus loci, Conſiſtorii Aſſeſſ. & Scholæ Cathedralis Inſpectoris, B. M. *Prælectiones Publicæ* de *Futuri Theologi Studiis Philologicis & Philoſophicis*, in Gymnaſio Rigenſi olim habitæ, cum *Præfatione Joannis Fechtii*, S. S. Th. D. & Prof. in Acad. Roſtoch. Conſiſt. Ducal. Adſeſſ. & diſtrict. Roſtoch. Superintendentis, & approbatione ſummè Rev. FCtis Theol. in Acad. Roſtoch. ex MSS. editæ â *Georgio Dav. Fil. Caſpari*, Rigâ-Livono, S. S. Theol. & Phil. Cult. Roſtochii, Typis Nic. Schwiegerovii, Ampl. Senat. Typogr. Anno MDCCV. (pl. 10. in 4to.)

Præmiſſa eſt Præfatio *D. Jo. Fechtii*, quæ, deplorato Studii Philoſophici fato, cum hoc imprimis Seculo â Fanaticis maximo contemptui & ludibrio exponatur, â Patribus Philoſophiæ Gentilium infenſis abuſum tantum notari, veriorem tamen rationis cultum intraque orbitam ſuam manentem non reprobari, ſed maximè commendari, aſſerit. Id quod contra Pietiſtas ex Origene Cæſarienſi, Seculi III. Scriptore, (quô ipſis judicibus immaculata adhuc fuerat ab adulterio cum Philoſophia Theologia) probatur. Ut adeo Patres rationem fidei bellum indicentem ſub fide captivârint, fidei vero ſervientem telis ex Philoſophia depromptis oppoſuerint. Proinde, Fanaticos iſtos intendere, exutos ratione in ſtupidum aſinorum conſortium redigere, Roberti Barclaji ipſo-

rum Coryphæi verbis evincitur. Cum vero fatum hoc præsertim Philosophia Aristotelica experiatur, ipseque Aristoteles nullis non convitiorum nimbis opprimatur, (quorum catalogus quidam sistitur) cumque B. Autor Aristotelem commendat, quid de ipso sentiendum sit, exponitur. An vero præstiterit Ecclesiam nostram ei philosophandi mori inhæsisse, quem primis Reformationis annis nimirum ex Aristotele assumpserat? Virum Excellentissimum *Johannem Christophorum Wagenseilium* per epistolare commercium secum contulisse; (cujus vero epistolas incendio absumptas esse, venerandus Præfationis hujus Autor queritur) ac affirmanti sententiæ propius accessisse dicitur, quandoquidem sententiarum diversitate ac terminorum æquivocatione hodierna Philosophia difficilior reddatur, ideoque non mirum esse B. Autorem Aristotelem commendasse, cum accedat, quod ipse etiam suæ eruditionis divitias ex ipso acquisiverit.

Ipsius Tractatus summa hæc est: §. I. Studii Philologici cum Philosophico combinationem atque necessitatem commendat. §. II. Quousque se Philosophia extendere debeat, exponit. § III. Quomodo vernacula excolenda, ac §. IV. unde cultura illa petenda sit, monstrat. §. V. Pro ratione regionis, ubi alia rusticis lingua, nempe Lettica, vernacula est, etiam de hac addiscenda prænonet. §. VI. Necessitatem ac usum Linguæ Latinæ proponit. §. VII. Stylum Didacticum ac perspicuum præferendum semper esse docet. §. VIII. Fit progressus ad Biblia Latina, ac primo ad Pontificiorum illa Vulgata, Hieronymo vero falso adscripta, quæ quamvis à Concilio Tridentino authentica sint facta, §. IX. Hieronymi tamen esse negantur, cum ex barbarismo ipsi insolito, tum ex oculari inspectione Hieronymianæ Versionis ac Pontificiorum testimoniis, ac §. X. Authentiæ imposibilitas, quia non ἀμέσως à Spiritu Sancto sunt profecta, ac post sæpius tentatam emendationem innumeris adhuc scatent erroribus, evincitur. §. XI. Santis Pagnini ac Benedicti Ariæ Montani Versiones multo meliores censentur, non tamen omnino probantur. §. XII. Calvinianorum Versiones ceu insufficientia, quæ ab hostibus offeruntur, arma, itidem improbantur. §. XIII. Inter Nostratium Versiones Schmidianam primum merito obtinere locum censetur, ac ra-

ac rationes hujus judicii §. XIV. per remisſionem ad Præfationem Facultatis Argentinenſis Theologicæ redduntur. §. XV. Succedit Studii Linguæ Græcæ commendatio ob Textum Originalem, teſte ipſo Auguſtino, ſummè neceſſaria. §. XVI. Contra Bellarminum, Baronium, Maldonatum & Münſterum Evangelii Matthæi ac Epiſtolæ ad Hebræos ex Hebræo translatio, Marci item Latina ſcriptio ac propria deinde in Græcum converſio. §. XVII. XVIII. XIX. Ex argumentorum â parte adverſa productorum infirmitate pernegatur atque ſolidè confutatur, remisſione ad B. Calovii atque Pfeifferi in hac materia lectionem §. XX. facta. §. XXI. Docet profanos autores Græcos legendos eſſe (1) obſtylum N. T. Helleniſticum, de quo cum Joſepho Scaligero, contra vero Heinſium reverenter judicare hortatur. (2) §. XXII. Ob Verſionem τῶν LXXII. Interpretum, quæ, licet merito negata θεοπνευσία, uſum in allegationibus in N. T. factis, nec non in vocibus phraſibusque evolvendis præbet. (3) §. XXXIII. Ob Canones Græcorum Conciliorum ac Patres Græcos, de quorum autoritate cum Formula Concordiæ p. 570. ſentire ſuadet. §. XXIV. Studium Linguæ Hebrææ propter Textum originalem V. T. aſſentiente Auguſtino, commendat. §. XXV. Doctorum Veterum teſtimonium in emendando ſenſu V. T. inſufficiens eſſe oſtendit. §. XXVI. (1) Poſita, non vero conceſſa fontium corruptione, eorum neceſſitatem. (2) Negata corruptione pure fluentium veritatem evincit. §. XXVII. Hanc ſententiam ex Kromayeri Polymathia Theologica probat, (1) negata corruptione â Judæis facta, adſtipulantibus §. XXVIII. Hieronymo atque Auguſtino. §. XXIX. Joſepho pro omnibus atque ſingulis Judæis ſpondente, atque Bellarmino adverſariis hos & reliquos teſtes objiciente. (2) §. XXX. Negata corruptione â Chriſtianis tentata. §. XXXI. Corruptionem Chriſtianis â Judæis falſo imputatam cum Auguſtino Nebienſi refellit, indicante §. XXXII. avido Lectori plures in hac materia autores. §. XXXIII. Linguæ Hebrææ peritiam ex Hebræi Codicis lectione ſufficienter hauriri poſſe, Rabbinorum vero ſcripta ad uſum Grammaticum atque Judæorum Elenchum, non vero interpretationem Textus originalis facere. Ad majorem perfectionem tendenti Theologo commendat §. XXXIV.

Lin-

Linguam Chaldaicam, §. XXXV. Syriacam, Chriſto in diebus carnis conſuetam, ac perutilem, cum ob N. T. Verſionem, tum ob vocabula Syriaca ſubinde in Scriptura occurrentia, §. XXXVI. Arabicam. §. XXXVII. De cognitione Hiſtoriæ cum Sacræ, tum Profanæ nonnulla utiliter monet. Profanæ Hiſtoriæ uſum proponit §. XXXVIII. Abuſum cavere, ac recentiorum libros, de rebus exoticis editos, diligenter evolvere inſtruit §. XXXIX. cumque Gerhardo parcè Hiſtoriam profanam tractandam monens. Sacra Hiſtoria, quatenus ad V. T. ſpectat, unde petenda ſit, ac antiquiores Chriſtianæ Hiſtoriæ Autores §. XL. una cum §. XLI. recenſet. §. XLII. Recentiores enumerat N. T. Hiſtoricos, qui univerſam Hiſtoriam N. T. & quidem prolixè complexi ſunt, qui vero breviter, eos nominat §. XLIII. XLIV. Nonnullos, qui particulam aliquam Hiſtoriæ N. T. tractarunt, addit. §. XLV. Uſum Studii Hiſtorici in Theologiæ praxi exponit. §. XLVI. Quod prudenter in lectione verſandum, obſervat. Suavitatem ac jucunditatem §. XLVII. explicat. §. XLVIII. Progreditur ad Philoſophiam ejusque diviſionem in Theoreticam, Practicam & Effectivam præmittit, quæ vindicatur §. XLIX. Philoſophia Theoretica §. L. difinita, ratione objectorum §. LI. iterum dividitur §. LII. in Mathematicam, Phyſicam & Theologiam Naturalem ſeu Metaphyſicam. Philoſophiæ Practicæ difinitio habetur §. LIII. Diviſio in Politicam (generaliter dictam, quæ Ethicam & Politicam ſpecialiter dictam comprehendit) & Oeconomicam, §. LIV. habetur, addita hujus diviſionis ratione. Philoſophiam Effectivam breviter ſiſtunt §. LV. LVI. ſic præmiſſa diviſione, tranſitus fit ad uberiorem explicationem §. LVII. initio facto â Philoſophia Effectiva, cujus partes ſunt (1) Dialectica, quam definit §. LVIII. & ab inſectationibus unâ cum Patrum, abuſum tantum notantium, autoritate vindicat §. LIX. LX. uſum in Theologia, exemplo Chriſti & Apoſtolorum præbet, obſervatis etiam §. LXI. ex Ariſtotele utilitatibus adque Theologiam applicatis. §. LXII. Objectioni occurrit. (2) Analytica definita oſtensâ ejusdem neceſſitate Analyticæ Ariſtotelicæ contenta recenſet §. LXIII. demonſtrato ſingulorum iſtorum librorum in Theologia uſu. §. LXIV. Quamobrem §. LXV. inprimis ipſius Ariſtotelis lectio, aſſentientibus etiam

etiam B. D. Dannhawero, laudatoque ab ipso Præceptore suo Gerhardo, §. LXVI. Rhetoricæ usum proponit. §. LXVII. Salivam ad lectionem Rhetoricorum librorum Aristotelis movet, addita Rhetorices definitione ac consideratione finit §. LXVIII. Objectum, §. LXIX. Munus Oratoris describitur. §. LXX. Poëtices utilitatem ac suavitatem exemplo B. D. Dannhaweri, ipsiusque Scripturæ autoritate, exhibitis exemplis è Scriptis D. Pauli deductoque §. LXXI. à tempore Mosis Poëtices usu, quomodo subinde à Viris Dei usurpata sit, significat, de metro vero Poëticorum Scripturæ librorum contra Hieronymum & quos ipse sequitur, cum Josepho Scaligero §. LXXII. pronunciat. §. LXXIII. Philosophiæ Practicæ (constantis ex Politica generaliter dicta & Oeconomica) principalis pars, nempe Ethica, tanquam perutilis Theologo Homiletico, laudatur. §. LXXIV. Quomodo Theologo Scholastico conducat, docet. §. LXXV. Abusum ipsius cavere suadet. §. LXXVI. Alterius Politicæ generaliter dictæ, partis Politicæ nempe specialiter dictæ necessitas in Theologia Exegetica, Thetica, Polemica expenditur. §. LXXVII. Altera quoque Philosophiæ Practicæ species, nempe Oeconomica, tanquam summè necessaria proponitur. Commendatur verò iterum in hauriendâ Philosophiæ Practicæ notitia Aristoteles, §. LXXVIII LXXIX. LXXX. Progressus hinc fit ad Philosophiam Theoreticam, & quidem, Mathematicam ad Philosophiam referendam esse, contrà dissentientes asseritur. Singularum Mathematices partium necessitas ac usus observatur, initio facto ab Arithmetica §. LXXXI. cui succedit Geometria. §. LXXXII. Hancque excipit Astronomia. §. LXXXIII. Astrologiam contra ejus contemptores, Luthero ac Melanchthone assentientibus, §. LXXXIV. vindicat. §. LXXXV. Geographiæ necessitas in Theologia Exegetica atque Historico-Polemica, ex errore Josephi Scaligeri cum Casaubono, asseritur, §. LXXXVI. Cur Theologus se applicare debeat Musicæ edisserit. §. LXXXVII. Varios Opticæ in Theologia usus spectandos præbet. §. LXXXVIII. LXXXIX. XC. docent, quantum in Theologia Exegetica, Polemica & Casuistica possit Physicæ notitia. §. XCI. Metaphysicam dari contra Petrum Ramum affirmat, §. XCII. Nominis originem considerat. §. XCIII. Hodier-

diernæ Metaphysicæ ab Aristotelica discrepantiam indicat, quam breviter explicat §. XCIV. sequentibus, §. XCV. & XCVI. objectioni occurrentibus. §. XCVII. Deum ac res divinas objectum esse Metaphysicæ statuit. §. XCVIII. Methodum Aristotelicam exponit. §. XCIX. Usum in Theologia Polemica contra Neo-Photinianos ac Atheos prodit, monstratque; aliorum argumentorum §. C. CI. CII. recensitorum infirmitate ex hac desumpta argumenta convinci posse probat. §. CIII. Necessitatem verò Metaphysicæ in tractanda cum Pontificiis controversia de transsubstantiatione §. CIV. Ad refutandos Flacianos in Articulo de Peccato originis ad convellendos Syncretistas (circa quæstionem: an peccatum originis sit mere privativum, an privativo-positivum) aliosque hæreticos §. CVI. exponunt. Vulgarioris Metaphysicæ usum verbis Gisberti Voëtii, Magni quondam nominis inter Calvinianos Theologi, §. CVII. commendat. §. CVIII. Prætextum, singulas tractationes in unum individuum cadere non posse, adimit, ac quantum scopo satis est, in singulis quemvis Theologum se exercere suadet. §. CIX. Breviter tantum addit, Theologiam ipsam commodissime tractari, si Thesis præmittatur Antithesi, hâc tamen, illâ jam exhaustâ, non neglectâ. §. CX. Et ultimo Methodum Studii Theologici noscere cupidos ad alios, cum hoc non fuerit B. Autoris propositum, remittit.

GRYPHISWALDIÆ.

D. VIII. Octob. 1704. Sub Præs. *D. Jo. Frid. Mayeri*, PP. Acad. Pro-Cancell. & Super. General. *Eclogam Evangelicam* ad *Evangel. Dom. XIX. p. Trin.* proposuit *David Kleinod*, Wollin. Pom. (pl. 1.)

Varias autem Quæstiones percurrit, quarum 1. est: Quænam Christi urbes? 2. qualis fuerit lectus paralytici, in quo allatus fuit ad Christum? 3. qualis morbus paralysis, qua laborabat ægrotus à Christo sanatus? 4. an illegitima media quærenda & usurpanda spe recuperandæ sanitatis? 5. quomodo intromissus paralyticus per tectum? 6. sistit XXXIII. Medicos Sanctos, & denique 7. Sanctos Podagricos.

D. II. Nov. Rector Acad. Gryphisw. *Theodorus Hornius*, Ration. ac Pri-

ac Primæ Philoſ. P. P. O. ad audiendam Orationem, quâ *Eberhardus Barnſtorffius*, Med. D. Urbis Anclamenſ. antehac Phyſicus, nunc Med. Prof. & Phyſicus Gryphisvv. conſtitutus, Profeſſ. munus auſpicatus eſt, Programmate Lat. invitavit Literarum Patronos & cultores (pl. 1½.)

Præfatus quædam Autor de Oſoribus & Roſoribus artis Medicæ, Barnſtorffii deinde vitæ ſtudiorumque rationes exponit, quas breviter hîc repetimus: Exiit in lucem Roſtochii A. 1672. d. 24. Apr. Parente *Bernhardo*, Med. Doct. & PP. Poliatro, Collegii Profeſſor. Senatore, & FCtis ſuæ Seniore, ſuperiori anno, ut *T. VII. p.* 194. *ſq.* tum indicavimus, demortuo; Matre *Maria Eliſabetha Weidenkopffia*. Pueritiam adoleſcentiamque ſub formatione Weiſſii, Seligmanni, Burgmanni & Ottonis tranſegit. Superioribus Scholis maturus in Album Civium Acad. Roſtoch. eſt relatus, & præter B. Parentem Gerdeſium, Jo. Ern. Schaperum, Beckerum & M. Luc Beſelinum auſcultavit. Ne vero uno loco ſuam conquiſiviſſe videretur eruditionem, adiit celeberrimas Germaniæ Academias Helmſtadienſ. Jenenſ. Lipſienſ. & Halenſem, in iisque audivit Meibomium, Crauſium, Wedelium, Schelhammerum, Slevogtium, Bohnium, Rivinum, Stahlium, Hoffmannum, non neglectis juris publici & naturæ ſtudiis, quæ monitoribus Schubarto, Stryckio & Thomaſio coluit. A. 1696. d. 26. Junii habita ſub Præſ. *D. Frid. Hoffmanni*, Med. & Philoſ. Nat. PP. Medico Elect. Aulico, de *Amputatione Membrorum ſphacelatorum, eorumque ſecura Medela*, apud Halenſes, Brabeuta *Ge. Ern. Stahlio*, Med. D. & PP. Medicinæ Doctor renunciatus. A. 1699. à Senatu Wiſmarienſi Phyſicus Urbanus conſtitutus eſt. A. 1701. d. 21. Junii *Mariam Hedwigen Otteniam, Jacobi Ottenii*, Conſiliar. provinc. & Conſulis Anclamenſis filiam in matrimonium duxit. A. 1703. d. 10. Nov. Profeſſor Medicus, in locum *Matthiæ Clemaſii*, Prof. Med. & Phyſic. Gryphiſwald. & eodem temporis veſtigio à Senatu Gryphiſwald. Phyſicus evocatus eſt. Quam Spartam variis antea impeditus caſibus nunc demum d. 7. Nov. ſermone, de *Pulvere Patrum vel Jeſuitarum*, auſpiciatus eſt, mox ſignificaturus è tabula publica Prælectionum publicarum, de *Dieta Literatorum, & facilitandis per hanc ipſam ſtudiis*, initium.

D IX. Ejusd. ſ. Dom. XXV. p. Trin. *Brandanus Henr. Gebhardi*, D. & P. P. ad audiendas duas Orationes in Laudem *Martini Lutheri*, Hebræo idiomate habendas, ad *d.* 11. *Nov.* à *Dan. Polemanno*, Wollinenſi, qui explicavit: Quantum quisque B. Patri debeat pro fidelisſima Linguæ Sanctæ commendatione: & *Chriſtoph. Henr. Mindenanno*, Verdenſi, qui oſtendit: Quod Lutherus Anti-Chriſtum non tantum in Papæis, ſed & in Judæis oppugnaverit, Programmate Lat. in quo de *Hebrææ Linguæ Studio* agit, literarum amantes invitavit. (pl. 1. 4to.)

Menſe Decembr. Præſ. *D. Nicol. Daſſovio*, PP. Reg. Conſiſt. Aſſ. FCt. Theol. Seniore, & ad D. Mar. Paſt. Diſput. Ordinar. de *Gloriſicatione Chriſti* ex *Joh. XVII.* 5. publicè defendit *Jo. Lud. Würffel*, Gryphiſw. (pl. 3½.)

Dividitur in nonnullas Sectiones hæc Diſſertatio, quarum I. Grammatica continet expoſitionem, II. Logica tradit diſpoſitionem, III. quorundam dubiorum exhibet reſolutionem, IV. adverſariorum continet depravationes, cum earum refutatione, V. tradit Poriſmata quædam, quæ è textu fluunt, quorum 1) ſic ſonat: Datur in divinis non impropria & metaphorica, ſ. vera & propria generatio. 2) Perſonæ Trinitatis differunt inter ſe. 3) Chriſtus eſt verus & ſummus Deus. 4) Humanæ Chriſti naturæ divina ἀνυχήματα ſunt communicata. 5) Mundus non fuit ab æterno. Sectio denique VI. & ultima tradit uſum practicum.

Eodem Menſe Diſſertationem Moralem, de Quæſtione: *An Leges Naturæ ſint ſtrictè & propriè dictæ leges?* Celeberr. Autori Obſerv. XXVII. Tom. VI. Obſ. Select. Hallenſ. modeſtè oppoſitam, Præſide *Joh. Philippo Palthenio*, Phil. Moral. ac Civil. ut & Hiſtor. Prof. Ord. pro Loco, exhibuit *M. Fridericus Gentzke*, Uſedom. Pomer. (plag. 4.)

D. VI. Ejusd. Diſputationem de *Phraſi, Sedere ad Dextram Dei*, ad *Pſ. CX. v. 1.* φιλολογάντων συζήτησιν expoſuerunt *M. Nicolaus Köppen*, S. Th. Baccal. & FCt. Philoſ. Adj. & Reſp. *Petrus Heyderich.* (pl. 2.)

Diſſertatio hæc §§. 15. conſtat, & varia Philologica, tum ſacra, tum profana circa hanc Phraſin complectitur.

D. XI.

D. XI. Ejusd. L. Georg. Adolph. Caroc, & Resp. *Philipp. Mich. Weschius*, Berg. Rug. Disputationem Juridicam, de *filio-familias debitore*, s. *ejusdem obligatione in universum*, ventilandam proposuerunt. pl. 7½.)

Duplex in hac Disputatione occurrit tractatio 1. *Nominalis*, quæ explicat voces rubri s. tituli. 2. *Realis*, quæ duas continet Quæstiones, quarum I. Quibus ex causis & quomodo filius familias (ein Haus-Sohn) obligetur? II. An & quatenus ex obligatione jam contractâ, vel contra ipsum filium f. vel hujus patrem actio nascatur?

D. XIII. Ejusd. Moderante *Doct. Joh. Frid. Mayero*, Præside *M. Laur. Davide* Bollhagen/ Stargard. S. Theol. Baccal. *Albertus Henr. Sledanus*, Sund. Pom. Quæstionem excusit: *An Hæresiarchæ rectè dicantur Pseudo-Christi?* (pl. 3.)

Autor §. 1. ostendit, frequentem olim de Messia fuisse disputationem. §. 2. Pseudo-Christos, Anti-Christos & Pseudo Prophetas non esse confundendos, non enim Cæsarem, qui scripsit Anti-Catonem, ideo dici Pseudo-Catonem. §. 3. Agit de tempore, quando hostes nomine Christi superbientes extiterint. §. 4. De Pseudo-Christis & Pseudo-Prophetis probè à se discernendis. §. 5. De Impostoribus inter Pseudo-Christos non numerandis. §. 6. De *Simone*, λόγον se vocitante, quem non absolutè Pseudo-Christum vocari posse, §. 7. dicit. §. Denique 8. *Dodwellum* refutat, solum Simonem pro verò Pseudo-Christo venditantem.

UPSALIÆ.

D. XX. Junii 1704. SubPræsidio *M. Dan. Lundii*, Ling. Orient. Prof. Reg. & Ord. *Descriptionis Templi Hierosolymitani* Partem *priorem* publicæ censuræ subjecit *Petrus O. Aurivillius*, Gestricius. (plag. 9½. in 8vo.)

Autor Dissertationis hujus Academicæ Cap. I. de Templo Hierosolymitano in genere §§. 5. Cap. II. de situ, ambitu, & portis templi, §§. 11. & C. III. de porticibus & atriis ejus §§. 5. agit.

CHRISTIANIÆ.

M. Jonas Ramus, Paſtor Nordrehoûgenſis in hac Diœceſi (aliquoties nobis in his Novis memoratus) *Orationem* edidit ad Aug. & Sereniſſ. Monarcham *Fridericum IV. qua Seren. Reg. M. pro Clementiſſima Regni Norwegici viſitatione & ſolicita peragratione, quæ facta eſt Anno* 1704. *ſubjectiſſimas gratias agit. Chriſtian. plag.* 5½. *in fol.* quâ non tantum origines, migrationes & expeditiones Norvvegorum veterum nobiliores, ſed & tres trium Dan. & Norvveg. Regum *Chriſtiani IV. Chriſtiani V. & Friderici IV.* peragrationes Norvvegiæ deſcribuntur.

HAFNIÆ.

Quæ diu ſub prælo ſudavit verſionis *Curtii Danicæ, à M. Magno Wüngardo* (de quo in *N. L. T. II. p.* 273.) *Pars Ima* nuper edita eſt *ſumptibus Auctoris*, hanc præferens inſcriptionem: *Q. Curtius Rufus* ſammt Joh. Freinsheims Tilleg an de tu Store Monarchers Darii og Alexandri M. bedriffter / un Förſtlige effter Latinen paa god Danſke udſatt &c. *Q. Curtius Rufus cum Joh. Freinshemii ſupplementis de rebus geſtis Darii & Alexandri M. nunc primum è Latino Danicè redditus* &c. *Hafniæ* 1704. 1. Alph. 11. plag. in 8. Exhibet autem prior hæc pars quinque priores libros, 2. Freinshemii & 3. Curtii. In Præfatione diſquiritur 1) de ætate Curtii. 2) Nobiliores Curtii verſiones, Gallica, Anglica, Italica, Germanica memorantur. 3) Primum Dario præ Alexandro locum deberi (quoties ambo ſimul nominandi) rationibus nonnullis aſſeritur. Præterea capitibus ſummaria præmiſit, & paginarum calci ſententias ſelectiores, cum paucis annotationibus adjecit interpres, alteram hujus verſionis partem propediem edendam pollicitus.

Occaſione hujus novæ metaphraſeos Curtianæ, non poſſumus, quin nuper admodum (ſeriùs licet.)

E DIOECESI AALBURGENSI

Nunciatam nobis perinduſtrii, dum vixit, Metaphraſtæ Dani, *Franciſci Michaëlis Vogelii*, Paſtoris Eccleſiarum Aaſted & Scherum in Van-

in Vandalia Cimbrica (Wendsyssel) nobis in *N. L. A. 1699. p. 209.* memorati, mortem & Biographiam brevisimè referamus. Lucem vidit A. 1640. d. 19. Aug. in sede Pastorali Ugilt, jactisque in cathedrali schola Viburgensi studiorum fundamentis, civibus Acad. Hafnienſis A. 1660. adscribi meruit, ubi absolutis feliciter studiis, A. 1664. d. 26. Aug. Pastoratui Ecclesiarum modo memoratarum solenniter consecratus fuit, quibus præfuit usque ad Anni superioris 1702. Novemb. d. 19. quo iis simul & mortalitati valedixit. Cujus scripta, loco citato nobis memorata, metaphrases præsertim Danicæ Scriptorum Græcorum, *Herodoti*, *Thucydidis*, *Xenophontis*, *Diodori Siculi* &c. à plurimis annis elaboratæ, ne cum auctore suo intermoriantur, sed quam merentur lucem aliquando videant, plures scimus, præsertim Auctoris cives, juxta nobiscum peroptare.

Sub initium mensis Septembr. demandatam sibi in Ecclesia Aulica Spartam capessivit *Franciscus Julius Lutken*, hactenus Præpositus & Consiliarius Consistorialis Colon. ad Spream, nunc verò SS. Theol. D. S. R. M. Dan. & Norweg. Concionator Aulicus Germanicus & SS. Theol. in Regia & Equestri Academia Hafnienſi Prof. P. (*D. Christ. Rud. Mülleri*, Fioniæ Episcopi, de quo supra *T. VII. Nov. Lit. p. 221.* Successor) constitutus, de quo plura dicendi occasionem alibi exspectamus.

D. III. Sept. Dissertationem Philologicam de *Vesta & Virginibus Vestalibus* pro Stipendio Scheeliano proposuit *Petrus Christoph. Hersleb*, Resp. *Thorlefo Haltorio Islando*, (pl. $1\frac{3}{4}$.)

In §. 1. evincitur origo nominis Vestæ, §. 2. parentes ejus nominantur, §. 3. causa virginitatis ejus affertur, §. 4. Officium Virginum Vestalium, quod triplex fuit, indagatur, §. 5. ignis Vestæ Deæ sacratus, & §. 6. templum Vestæ describitur, deinde §. 7. sacrificia, quæ Vestæ litabantur, & §. 8. Virginum Vestalium crimine pollutarum pœna proponuntur.

D. XIV. Ejusd. Novam Communitatis Regiæ Abumnis ex Historia Ecclesiastica disserendi palæstram aperturus *M. Severinus Lintrupius*, Des. Prof. & Comm. Regiæ Præpositus, problema vexatum, de *Johanna Papissa*, adversis Orationibus in *Auditorio Collegii Re-*

gii Regii, pro *Regiæ Menſæ beneficio* ventilandum dedit, *Magno Olavio* & *Thorleſo Haltorio*, *Islandis*, Reg. Communit. Alumnis, quorum ille *negativam* pro *Ramundo*, *Allatio*, *Labbeo*, *Natali Alexandro*, *Launojo*, *Mabillonio*, *Blondello*, &c. hic verò *affirmativam* pro *Mareſio*, *Mayero*, *Francio*, *Megerlino*, *Spanhemio*, &c. defenſum ibat.

D. XVII Sept. Trias Quæſtionum Metaphyſicarum pro Stipendio Scheeliano propoſita fuit à *Joh. Henr. Ermandigero*, Reſp. Nicolao Hammero, Phil. Baccal. (pl. 1.)

Quæſt. I. ſic ſonans: An Metaphyſicæ genus ſit Sapientia? Affirm. Qu. II. An Deus ſit actus abſolutè ſic dictus? Affirm. Qu. III. An cauſa per Accidens, quà talis, ſit vera cauſa? Negat.

D. XX. Ejusd. Decadem enodatam primam Paradoxorum Miſcellaneorum publico examini ſubmiſit *Petrus Nicolaides Horreboë* Reſp. *Petro Laurentii Malle*, pro Stipend. Scheeliano. (pl. 1.)

Paradox. I. Nemo poteſt in plano ambulare, quin aut aſcendat, aut deſcendat. II. Summè calidum eſt ſummè denſum III. Candela in tenebris accenſa interdum non lucet. IV. Poſſunt duo eſſe nati eodem die, eodemque die denati, & tamen poteſt alterius ætas alterius ætatem vincere diebus aliquot. V. Nunquam fit Ecclipſis Solis. VI. Corpus interdum, quo vehementius movetur, eò citius frigeſcit. VII. Omnis materia eſt homogenea. VIII. Luna in novilunio maximè illuminatur. IX. Si minimam partem corporis cernis, accuratius totum corpus contemplaris, quam ſi totum ſimul oculis ſubjiceres. X. Aqua aqua non eſt gravior.

D. XX. Ejusd. Problema Hiſtoricum, de Evangelio tempore Apoſtolorum in America prædicato, orationibus amœbæis examinarunt *Sigrardus Olai & Thorlevus Schaptius Islandi*, Reg. Communit. Alumni, ille *negativam* pro Reformatis, *H. Witſio* præſertim & *S. Baſnagio*, hic *affirmativam* pro Evangelicis, ſpeciatim *G. Mœbio* defenſuri.

Ejusd. d. horis pomerid. in Colleg. Reg. Auditorio, *Diſſertationem Hiſtorico-Criticam I. de Legione Fulminatrice*, pro *beneficio Regiæ Menſæ* diſquiſitioni ſubmiſit *Johannes Hoyer*, Phil. Baccal. & Reg. Comm. Alumnus, Reſpond. *Andrea Gammelgaerd* $2\frac{1}{4}$. plag. in 4.

Quæ poſt præfamen de *Scepticiſmo Hiſtorico*, exhibet Cap. I.

1) Hi-

1) Hiſtoriam. 2) Aſſertionem Auctoris, 3) Teſtimonia *Apollinarii*, *Tertulliani*, *Euſebii*, *Greg. Nyſſeni*, *Oroſii*, *Svidæ*, *Hiphilini*, *Zonaræ*, M. Aur. Antonini Imperatoris, *Dionis*, *Caſſii*, *Julii Capitolini*, *Claudiani*, aliorumque recentiorum, quibus Hiſtoria miraculi, *ab H. Witſio* Diſſert. Publ. *Ægyptiacis* annexa olim aſſerta, contra *Dan. Larroquanum*, eam pec. *Diatriba Adverſariis S.* adjecta, nequicquam impugnare conatum defenditur. II. Cap. Quo antitheſis & rationes Larroquani adverſæ examinabuntur, ſecuturæ Diſſertationi II. reſervato. Cœterum de eodem argumento præter indicatas *Witſii* & *Larroquani* Diſſertat. exſtat *Ulrici Obrechti*, Profeſſ. primum, deinde Prætoris Regii Argentorat. Diſſert. *de Legione Fulminatrice M. Aurelii Antonini Imperatoris.*

D. XXX. *Ejusd.* In Ejusdem Colleg. Reg. Acroaterio *appendicem I. ad Diſſert. Philol. de Veſta & Virginibus Veſtalibus* ventilavit *Petrus Herkebius*, *Chriſtoph. F.* Reg. Commun. Al. Reſp. *Thorlefo Haltorio Islando* ($\frac{1}{2}$. pl. in 4.) qua 1. modus eligendi virgines Veſtales, & conditio eligendarum. 2. Numerus & diſciplina earum inquiruntur.

E Typographéo quoque Regio & Academico hoc menſe prodierunt *Præcepta Grammaticæ Latinæ Majora*, in uſum *Scholarum Daniæ & Norwegiæ à D. Jano Dionyſ. Jerſino* olim conſcripta, à *D. Thoma Bangio aucta & illuſtrata*, *à D. Olao Borrichio* alicubi *caſtigata*, nunc vero cura *Olai Wormii*, hactenus Eloqu. nunc Medicinæ Prof. P. emendatiora. in 8.

Ineunte menſe *Octob.* in publico comparuit, *ſuper. An. p.* 277. nobis indicato, *Pauli Vindingii* S R.M. Conſiliarii Juſtitiæ, & in ſummo Tribunali Juſtitiæ, Cancellariæ & Conſiſtorii Aſſeſſoris, Gr. Lingu. in Acad. Hafn. Profeſſoris & Facult. Philoſoph. p. t. Decani, *Oratio Parentalis* in funere *Wilh. Wormii* dicta, hanc inſcriptionem præferens: *Wormiana Decora*, ſ. *Laudatio funebris* in Obitum Perillustris & Generoſi Domini, *Dn. Wilhelmi Wormii* S. R. M. Conſil. Conferentiæ, Status, Juſtitiæ & Cancellariæ, Juſtitiarii & Hiſtoriographi Regii, Medicinæ in Univ. Hafnienſ. Profeſſ. &c. habita in Univ. Hafnienſi A. 1704. d. 24. April. cum præmiſſo Programmate Academico & ſubjecta *D. Maſii* inſcriptione *M. Jani Bergen-*

dal Gloria Wormiana, ſ. laudatione metrica & *Ol. Wormii* Wihl, Fil. ad Vindingium Carmine. (21. pl. in fol.)

D. IV. Ejusd. In Collegio Walkendorphiano χειροθεσίων ſ. *de Ritu imponendi manus apud veteres, Diſſert. Hiſtor. Eccleſ.* I. examini ſubmiſit *Chriſtianus Henricus Bartholi* Fil. Reſpondente *Chriſtiano Borch* Phil. Baccal. Cujus *Cap. I. §. 1.*) Evolvitur Etymologia vocum χειροθεσίας & χειροτονίας. 2.) notatur, quid per manuum impoſitionem indicarint veteres, ubi quoque occurrit quæſtio inter Doctores Ebræos ventilata, num in ordinatione ambæ imponerentur manus, an verò alterutra tantum. Statuitur quoque ritum imponendi manus non abſolute fuiſſe neceſſarium. 3) Probatur manuum impoſitionem in ordinandis Epiſcopis fuiſſe uſitatam; obſervatur deinde, quot in Epiſcopi conſecratione præſentes deberent eſſe Epiſcopi; aſſeritur denique, Presbyteros quoque ordinaſſe Epiſcopos. 4) Monetur, Epiſcopum, imponentem manus, non debere eſſe ſuſpectæ religionis, ſed orthodoxum. 5) Mentio fit ordinationis presbyterorum per impoſitionem manuum juxta decretum Canonis III. Concilii Carthaginenſis IV. cujus Canonis explicatio ſubjungitur. 6) Demonſtratur, ſolum Epiſcopum impoſuiſſe manum Diaconis ordinandis, de quorum officiis & dignitate, progreſſu temporis aucta, breviter diſquiritur; quibus cerimoniis ordinabatur Subdiaconus, breviter indicatur. 7) Proponitur ſententia Baronii, ſtatuentis, Diaconiſſas per manuum impoſitionem ordinatas non fuiſſe, cui ſententiæ ſe opponit Cabaſſutius. Cæterum de eodem argumento extare monemus *Frid. Spanhemii* Fil. Diſſ. Heidelb. de *impoſitione manuum ejusque uſu antiquo & abuſu moderno* in T. 2. Opp. Ad. *Tribecchovii* diſſ. de impoſ. man. J. *Braunii* de *impoſ. manuum Orat.* in Select. S.

D. VIII. Ejusd. In Audit. Collegii Regii Diſſertat. Criticam, de *Nomine Montis Excelſi, Matth.* XVII. *v. 1. in quo transfiguratus eſt Chriſtus Jeſus*, pro *beneficio Regiæ Menſæ* ventilarunt Præſes, *Bartholinus Segindus J. Fil.* & Reſpondens, *Johannes Jacobus Schiermacher*, Philoſ. Baccal. *& Regiæ Commun. Alumn.* (1 pl. in 4.) Qua refutatis breviter *Brugenſis*, *Stapulenſis* &c. de Libano conjecturis, communem de *monte Thabor* ſententiam propugnat.

D. XI.

D. XI. *Ejusd.* Natalem Augustissimi Regis FRIDERICI IV. Oratione solenni in Auditorio Universitatis superiore celebravit Rector Academiæ *L. Johannes Mulenius*, Medicinæ Professor P. & in Collegio Consistoriali Assessor.

In Equestri verò Academia Oratione Gallica eundem veneratus est *Illust. Comes Wedel.*

Sed & oblata fuit Oratio eodem ipso die in Templo arcis inter publicos plausus & concentus Wittebergæ habita, qua *Auspicatissimum ex Norwegia reditum Sereniss. & potentiss. Regi FRIDERICO IV.* demississime gratulatus est *Predbiorno Claudii Langstadius* Bornholmia-Danus, præmittitur Pro-Rectoris & Senatus Acad. Witteberg. Programma, & subjicitur Carmen Germanicum. (6. pl. in fol.

Sed & eodem die carmen trilingue Græco-Latino-Germanicum Aug. Regi & Sereniss. *Reginæ Ludovicæ* oblatum fuit à *Dionysio Abbate & Archimandrita Monasterii S. Athanasii in Thessaliæ Græciæ.* (1. plag.) Ex quo excerptum in laudem Hafniæ damus:

Εἰς τὴν ΑΦνίαν.

Δανίας πολίεθρον ἐδ' μεγάλων Βασιλῆων
Ηρώων ἐυχ' Γ' ΑΦνία μελπόμενον.
Μέλπεον φελδερίκον βασιλεύτατον ἄιμα Κρειόσης
Ος νοὶ κὴ φρόνιμον Σολομῶντα νικᾷ:
Θεσμὰ θεηγορίης δεδαὼς, δικαιοσύνης Γε,
Τῆς ἱερᾶς θέμιδ' βήμασι καρποφόρ.
Ζηλωτὸν βασιλεῦσιν ἐσὶ, κὴ ἔδρᾳ φιλ' ἅμα
Ζήλ' Θ' ἡγεμόνων φῶς γε ἀρεσὸν ἔπ.
Αχαιπόρος δὲ μόνον λᾶς σήματα ὅτῳ διδάσκει
Τήλοθι σὰς ἄινας, ἄσματα τᾶυτα φέρων,
Ολβι' ἐν πολλᾶις πόλεσιν μάλ' ΑΦνία ἔσω
Εξοχον Ηγεμόνων Γὸν φελδερίκον ἔχει.

IN LAUDEM HAFNIÆ.

Tu Magni Regis prænobilis Hafnia ſedes,
Quæ laudes Regum concelebrare ferare.
Hic tuus eſt Salomon, Magnus qui ſanguine Princeps,
Qui bonus & ſapiens, & Duce digna gerit.
Theiologas leges, & juxta recondita doctus
Juſta, Senatorumque ipſe verenda regit.
Jam procul à Patria (lapides ſunt ſigna relicti)
Hoſpes, & hoc laudes carmine canto tuas.
Fortunata igitur, felixque ô Hafnia, vive,
Nominibus Tantis inclyta adepta Ducem.

An die Königliche Reſidentz Kopenhagen.

EDle Stadt / welche die König des Norden /
Haben zum herrlichen Wohn-Platz erwehlt /
Wie biſt ſo glücklich du nunmehr geworden /
Daß an Vergnügung dir nichtes mehr fehlt?
FRIDRICH, dem Tapfern / dem Frommen / dem Weiſen /
Welcher an Gaben dem Salomon gleicht /
Welchen die Themis und Gottesfurcht preiſen /
Welcher der Klugheit Ruhm völlig erreicht /
Deſſen Regierung die Länder erquicket /
Denen vom Himmel er vor iſt geſtellt /
Schreibeſtu billig zu was dich beglücket /
Und in beſtändiger Wolfahrt erhält.
Gönne mir / der aus entfernetem Lande
Kömmet / den Salomon in dir zu ſehn /
Daß ich an deinem ſo glücklichen Stande
Nehme Theil / willig den Höchſten zu flehn /
Das du dich FRIDERICS mögeſt erfreuen
Länger / als Salomon vormahls regiert /
Immer beſeeligt mit neuem Gedeyen /
Und wie Jeruſalem herrlich geziert.

D. XV. *Ejusd.* In Collegio Medicéo *Reliquiarum Sanctuarium*, seu *de Sepulcro Altaris*, *Exercitationem* ventilavit *Laurentius Terpagrius*, Pet. F. Respondente *Petro Baggenio* (1 ½. pl. in 4to.)

Post præloquium de officio sepulturæ Christianis à gentilibus negato, sed à fidelibus studiosè præstito, atque huic addita reliquiarum in Altaribus asservatione; Sect. 1. *Sepulcrum Altaris* describit per *foramen parvum & quadratum in media mensa Altaris lapidei*, *adeo angustum*, *ut manum vix capiat*, *aliquas Sancti alicujus reliquias*, *rubris sericis involutas*, *in plumbea cista continens*, variaque ejus *Synonyma* exponit, 2. *contenta sepulcri* memorat, Arculam scil. plumbeam quadratam, in qua reconduntur λείψανα purpureo serico involuta, quibus aliquando tria grana thuris, & literæ consecrationis accesserant. Sine reliquiis nullum vel Altare, vel templum consecrari potuisse docet. 3. Tempus cœpti ritus inquiritur, eumque seculo demum 4. jam adulto cœpisse asseritur. 4. *Auctorem* ritus *Constantinum M.* autumat. 5. Denique argumentum testimoniis ex historia Hirtfeldii Danica illustrat.

D. XVII. Ejusd. In Collegio Valckendorpiano *Dissert. Histor. I.* de *Ostracismo*, pro *beneficio Regiæ Mensæ* proposuit *Matthias Drachardt*, Matth. Fil. Reg. Comm. Alumnus, Resp. *Ludov. Heerfurt*, Joh. Fil. (1. plag. in 4.) Cœterum idem argumentum fusè olim & erudite tractavit *Joh. Baggerus*, Ol. Fil. posteà Metaph. & Log. Professor in Acad. Lund. & demum Episcopus Hafn. pecul. dissert. quæ inscribitur φθόνος ἐξοστρακιζων s. *Ostracismus adumbratus* &c. pro Magist. A. 1670. sub Præsidio *Erici Elfvedalii* hab. Lond. (9. plag. in 4.) & *Rivinus* Prof. Lips. pec. Dissert. &c. &c.

D. XXI. Ejusd. In Collegio Valckendorpiano, *Dissertat. Historico-Criticam* I. *de Phylacteriis Judæorum* pro *beneficio Regiæ Mensæ* disquisitioni publicæ submisit *Nicolaus Liungby*, Reg. Commun. Alumnus, Respondente *Petro Stub*, Philos. Baccal. (2. plag. in 4.)

Quod argumentum, ut tribus decrevit absolvere capitibus, quorum I. *Originem Phylacteriorum dabit.* 2. *Ritum conficiendi Phylacteria demonstrabit*, 3. *denique usum declarabit Phylacteriorum.* Ita

I. Cap. quod hæc Diſſertat. ſiſtit, §. 1. *Etymologiam* & *Homonymiam Phylacteriorum*, §. 2. *Synonyma* טטפות *Thephilin*, *Pittaciola*. §. 3. Deſcriptionem eorum veram, remotis aliorum falſis, tradit. §. 4. Originem Phariſæis adſcribit. §. 5. Fundamenta eorum, loca Exod. XIII. 16. Deuteron. VI. 8. Deuter. XI. v. 18. perperam intellecta, detegit. Cœterum de eodem themate conferri poſſunt *Eberh. Rud. Rozt*, de *ligamentis Judæorum precatoriis in capite & brachio*, Jen. 1674. *Joh. And. Danzii*, de *Sacris Judæorum* νομοφυλακτηρίοις Witteb. 1682. *Mich. Beck*, de *uſu Phylacteriorum Judæorum*, Jen. 1684. *Guſtavi Peringeri* (nunc Lilienbladt) diſp. de *Thephillin* ſ. *Phylacteriis* Upſal. 1690. in 8.

D. XXII. Ejusd. Horis antemerid. in eodem Collegio Valckendorpiano *diſſert.* de *uſu Annulorum quorundam tam apud Ebræos, quam alios in Oriente* ventilavit *Olaus Matthiæ Theſtrup*, Reſpondente *Thorleſo Haltorio Islando* (1½ plag. in 4.)

Qua 1) de annulorum origine è ſacris, 2) Annulli ſigillatorii materia, forma, ſede, 3) Annullo pronubo agit.

Ejusdem diei horis pomeridianis in eodem Collegio Valckendorpiano *Diſputatiunculam* de *Auſpicio Veterum Romanorum ex acuminibus*, pro *Regiæ Menſæ beneficio* ventilavit *Biörno Matthiæ, Reg. Commun. Alumnus*, defendente *Johanne Hagerup*, (½ pl. in 4.)

Ubi 1) Indicatis *Tullii* & *Arnobii* locis, & lectionibus eorum variantibus, 2) Varias rejicit conjecturas *Leſcaloperii acumina montium*, *Calcagnini ignes cœleſtes*, & *La Cerdæ roſtra avium*, hic interpretantium, 3) *Gevartii* Elect. c. 2. *ex ipſis ſignis militaribus terræ infixis, ſi ægrè vel facilè vellentem ſigniferum ſequerentur, auſpicium hoc ſumptum eſſe*, aſſeveranti, accedit.

D. XXIII. Ejusd. In Collegio Medicèo *Diſſertationem Phyſicam* de *Tartaro Platonico*, ſive *de inæqualitatibus ortis ab ignibus ſubterraneis* ventilandam propoſuit *Chriſtianus Kölichen* Caſp. Fil. Reſpondente *Thoma Jacobæo*. (1½ plag. in 4.)

Cujus §. 1. triplex ignis ſignificatio penes recentiores Phyſi-

cos

cos notatur. 2. Non confundendas elementorum regiones, in prima rerum digeſtione ordinatas monetur, & quomodo ignis à mundi initiis terræ gremio infuiſſe dicitur. 3. Cauſa incendii ſubterranei indagatur, & ab objectione vindicatur. 4. Unde probatur ejusmodi in terra bituminoſas particulas nitroſas & ſulphureas reperiri, quæritur, origo montium ignivomorum aperitur, duratio incendii ſubterranei ſoli naturæ, non marium in terram influxui tribuitur. 5. Cur igneas Terræ cavitates Plato Tartarum appellavit, exponitur.

D. XXVIII. *Ejusd.* In Colleg. Valckendorphiano Diſſ. *Hiſtor. Critic.* de φυσιοβολίᾳ ſ. *Sparſione florum in ſepulchris*, ventilavit *Andreas Flugge*, Communit. Reg. Alumnus, Reſp. *Thorleſo Haltorio*, *Islando*. (1. pl. 4.)

D. XXIX. *Ejusd.* In Auditorio Inferiori, *Spicilegium Defectus Lexicorum Rabbinorum variorum, potiſſimum Buxtorfiani utriusque, in brevi diſſertatione coacervatum*, publicè ventilationi ſubjecit *Matthias Ansgarii* Fil. Rector Scholæ Fridericienſis, Reſpondente *Johanne Caſparo Cracowitz.* (7. pl. in 4.)

Quo poſt *Prologum* de linguarum difficultate, harmonia, Hebraiſmi & Rabbiniſmi affinitate, utriusque cultoribus, hoſtibus, uſu &c. vocum & phraſium ſequentium אכל *frui, potiri.* מאכל *Edere faciens*, Coquus, בעל *agnoſcens, habens poſſeſſor profitens,* בעל דין *pro Reo.* גם כן כמו *juxta ac æquè atque.* דפנות *Membranulæ quibus cor involutum eſt*, περικάρδια, *peritoneum* זבות *ſenectus* זקף גדול וקטון Accentus *Sackeph, Erector magnus & parvus*, ולשה *dejectio, excidium, clades, ruina totalis*, טעינה *Oneratio* דרך מוסר *Civile, civilitas morum* תכונה *forma figura* נכנס pro *ſermocinari, fabulari* כריתה *Exciſio, exſtirpatio, excidium.* לשון נופל על לשון *Dictio cadens ſuper dictionem*, Paronomaſia. נפל *Elidi, Exſcindi, deleri, expungi* נפל *competit, quadrat.* סמך המחבר *Nititur Scriptum intelligente ſat intelligenti* עדות *conjectura* עמר *Caruit, fuit ſine*

מעמר

מעמד pro *detentus*, *retractus*, ההעמדה *detentio*, *ſuſpenſio*, *retractio*. עומד במקום שנים *Stans loco duorum*, *vel dualis*, פעל &c. &c. פעם אחר פעם, *vice*, *poſt vicem*, *iterum iterumque*, דרך צחות, *Modus Oratorius*, *Elegantia Rhetorica*, מקובל *Autoritate munitum*, *firmatum*. רפה pro *Sine Dageſch*. שבירה *Confractio*, *attritio*, *exciſio*, aliorumque ſignificatus Lexicographis non obſervatos e Rabbinis eruit. Ubi & hoc notamus, quod p. 9. novam *complendæ* & aliquando edendæ *verſionis Ikkarim*, a *Joh. Steenbuchio* Ebr. L. Profeſſore cœptæ, cujus ſup. p. 271. ex ipſo meminimus, ſpem lectori faciat Auctor.

Ejusdem diei horis pomerid. in Collegio Regio, Diſſert. de *Mulis Anæ Geneſ.* XXXVI. v. 24. *pro Regiæ Menſæ beneficio* ventilationi expoſuit *Johannes Capellinus Haaſumius*, Regiæ Communit. Alumnus, Reſpond. *Iſaaco Suartzkopfio.* (2. pl. in 4.)

Conſtat §§. 6. Quarum 1. nonnullæ circa h. l. obſervationes præmittuntur. 2. Variantium ſententiarum enumeratio. 3. Earum examinatio. 4. Variæ rationes adducuntur, quæ ſententiam Auctoris impugnant. 5. Earundem reſolutio traditur. 6. Vera monſtratur & genuina explicatio.

D. XXX. *Ejusd.* In Auditorio Superiori *Orationem Jubilæam* de *Actis Ann.* 1604. *Eccleſiaſticis potioribus* habuit *M. Andreas Frölundt*, deſignatus Profeſſor Philoſophiæ & Regiæ Scholæ Soranæ Rector.

Cæterum idem Reformationis beneficium in Auditorio Collegii Regii duabus, *pro Regiæ Menſæ beneficio*, orationibus recoluerunt duo Regiæ Communitatis Alumni, *Johannes Hagerup*, Nidroſienſis & *Petrus Knopper*, Fridericiburgenſis, quo ille *Neceſſitatem Reformationis* ex profunda Papatus corruptione, hic *Divinitatem* ejus ex feliciſſimo progreſſu demonſtratum ivit.

Denique ejusdem diei horis pomerid. in Collegio Valckendorpiano *Carteſii Modum demonſtrandi exiſtentiam Dei*, *ex ipſius idea humanæ menti inſita*, Diſſert. Philoſoph. repræſentare cœpit *M. Johannes Nicolaides Beenius*, Reſp. *Andrea Sev.* (½ pl. in 4.)

Qua

Qua primo inſtitutum in 4. Quæſtiones partitur, hac vero parte I. duntaxat; *quid ſit idea Dei?* attingit.

NYKOPIÆ FALSTRORUM.

Superioris *An. Menſ. Sept. pag. 285.* mortem *M. Petri Hoyelſe*, Rectoris Schol. Nykop. & in Colleg. Conſiſtor. Aſſeſſoris, ejusque verſionem Nomocanonis Danici Latinam ſignificavimus, nunc nova amici relatione plura edocti addimus: Non memoratam tantum, l. c. verſionem, ſed & pleniſſimum in *Jus Danicum & Conſtitutiones Regias* (Forordninger) *indicem*, cum *Gloſſario* ejusdem Juris & Conſtitutionum, *librumque formularum*, ab eodem Auctore conſcripta in pluteis ſervari; atque ex iis *Verſionem Juris Danici*, ſolam quidem typorum operam obſtetricantem, *Indicem* verò & *Gloſſarium*, ultimam quoque Auctoris manum & limam deſiderare. Sed & duo præterea in ſchedis ejus reperta accepimus opera affecta, quorum alterum quidem *Notas Philologicas* & *Juridicas* &c. titulo promittebat, alterum verò *Lineamenta Lexici Latino-Danici*, auctoritate publica, ante aliquot annos adornari cœpti exhibebat, hac imprimis tempeſtate, qua de *Lexico* pleniore *Danico* ab Illuſtribus & doctiſſimis in Dania Viris ſeriò laboratur, haud quaquam contemnenda.

MIDDELFARDIÆ E FIONIA

M. *Johanni Lime* per complures annos primò Middelfartenſis Scholæ Rectori, deinceps *Eccleſiæ Paſtori Primario* & vicinarum Præpoſito, ſuperiori menſe extincto, ſucceſſor datus eſt *Matthias Roſtoch.* Ottin. ad D. Canuti hucusque Comminiſter, de quo in *N. L. T. II. p. 346.*

GLÜCKSTADII.

Johannes Witte Glückſtadio Holſatus SS. Theol. & Hum. Studioſus ſequentia opuſcula, partim confecta, partim affecta, ſub manibus habet:

1) Annotata Critico-Philologica in Codicem Ebræum MSC.
2) Varia Poëmata Latina. MSC.

3) Christeis 12. libris absolvenda carmine Heroic. ad imitat. Virgilii. MSC.
4) Prieres & Cantiques du Matin & du soir traduits en Francois de l' Allemend de Monsieur. MSC.
5) Recueil spirituelles choisir traduits & composes (dedie au Roy) MSC.
6) Meditations spirituelles de Monsr. Gerard nouvellement traduits du Latin. MSC.
7) Quæstiones Theol. præcipuæ. MSC.

KILONII

Mense Octobr. Præside *Nicolao Martini*, Ser. Duc. Slesvici & Holst. Consil. Justit. Acad. Pro-Cancell. ICto & Antecess. primario, Pand. & Jur. Publ. Profess. *Joh. Henricus Archenholz*, Goslar. Saxo, Disputationem Juridicam de *Advocatis*, ad Lib. ff. III. Tit. 1. proposuit. (pl. 4.)

In Proœmio nonnulla de connexione cum præcedentibus dissertationum materiis, & ordine in Pandectis observato præmissa inveniuntur. §. 1. 2. 3. vocum τῶ *postulare*, & τῶ *Advocati* Homonymiam & Synonymiam explicant. §. 4. Quasdam Advocati definitiones continet, §. 5. divisionem Advocati in veteranos & tirones exponit. §. 6. De Advocatiæ origine differit. Quomodo hodiè Advocati constituantur, & quibus postulare interdictum sit, §. 7. & sqq. ostendunt. Quænam Advocati officium expleant §. 11. sq. edocet. §. 13. .... 16. Quæstioni diu vexatæ: An Advocati officio conveniat allegare jura, solidis negantium argumentis satisfacit. §. 17. Advocatorum utilitatem tradit. Quæ in Advocato, uti postulandi facultas, probitas, justitia, juris peritia, facundia, impudentia alias requiruntur, de his §. 18.-24. haud vulgari modo judicant. §. 25. De quæstione: An Advocato liceat fallaciis uti? negativam profert sententiam. §. 26. Quæstionem: An Advocatus ad præstandum officium cogi possit? negando proponit. §. 27.-29. De Advocatorum honorariis & mediis, quibus illa possunt peti, agunt, denique §. 30.-32. de Advocatorum errore differunt.

Joh.

Joh. Lud. Hannemanni D. Observatio

De

Strepitu ossium mirabili.

Vivit in cujusdam Principis aula *Matrona illustris*, hæc laborat *manuum pedumque mirifico strepitu.* Si enim digitos manuum vel pedum movet, illico *strepitus omnium artuum* auditur: quod vitium ex *mœrore* sibi contraxit, in quem ob mariti obitum incidit. Multa sunt adhibita remedia, quoque *Thermis* usa. Ast omnia successu caruere. Me denique consuluit, dissuasi remediorum usum. Quidam Medicus ei suaserat huic malo mederetur, alias *Apoplexiæ* insultui fore obnoxiam. Verum vanum esse metum de *Apoplexiæ* insultu duxi. Neque ego video, quomodo *Apoplexiæ* periculum incurrere possit.

Joh. Jac. Stolterfohti D. Scholion.

Est sane ex affectuum rariorum ordine is, quem nemo hactenus Practicorum, ex professo, ut dicitur, est aggressus, præter nobiliss. Dn. D. *Just. Conrad. Rehtmeierum*, qui hancce materiam de *strepitu ossium* in Academia Regia ad Pregelam maximo cum applausu, pro summis in Medicina honoribus impetrandis, publicæ Eruditorum ventilationi subjecit *A.* 1701. *d.* 14. *Julii.*

Si quis hunc morbum ad classem aliquam magis tritam referre vellet, me quidem consentiente *Scorbutum* eligere posset, quem plurimorum morborum fœcundam matrem & sororem, non sine ingenio, ut solet, vocat *Excell. Dn. D. Joh. Nicol. Pechlin, L. 1. Observ. Physic. Med. LXVII.* ubi inter alia symptomata quotannis mirum in modum variantia, in *Titio* suo ab aliquot annis *scorbutico* observavit *Articulorum sonoros ad motum atque extensionem fragores*, ita ut etiam exaudiri possent à vicinis. *l. c. p.* 174. Tres vel quatuor se novisse scribit *Thom. Willis Patholog. Cerebri c. IX.* ubi de scorbuti indicatione curatoria agit *p. m.* 238. qui *scorbuto* dudum laborantes, noxam ejus non tantum in humoribus & partibus carneis, sed in ipsis demum *ossibus* luerunt: quoties enim membrum quodvis ullo modo flecterent, *ossium* capita, quasi nuda essent, inter se attrita, *strepi-*

tum ingentem edebant; porro cum lecto decumberent, ibidemque è latere in latus se devolverent, à vertebrarum collisione, tanquam à *sceleto* asperius tractato, *crepitus* ingens, vel ipsos affectos perterrefaciens, exaudiebatur. Huic non absimilem historiam habet *Dn. D. Georg. Seb. Jungius Ephem. Nat. Curios. Dec. I. A.* III. *Obs. CCXXXIV. p.* 488. de puella 19. aut 20. circiter annorum, boni alias habitus, quæ, quotiescunque ambulabat, aut pedes movebat, ab adstantibus & vicinis, *ossium* circa genua *strepitus* & fragor, quasi nuda eorundem capita inter se atterérentur, summa cum admiratione ac stupore audiebatur. In Doctore Juris Heidelbergensi 30. præter propter annorum, temperamenti ad Melancholiam vergentis, talem *stridorem* omnium *ossium*, & in alio subjecto ipsius quoque cranii, ac si parvam inflatam rumpas vesicam magno impetu, notavit *Dn. D. Joh. Dolæus M. N. C. Dec.* I. *A.* IX. & X. *Obs. CXXIX. p.* 305. Brachii *ossis* imperscrutabilem *strepitum* in Viro quodam Generoso audivit *Dn. D. Mich. Lochner M. N. C. Dec.* II. *A.* V. *Obs.* XCVII. *p.* 203. In Virgine scorbutica, & juvene venereo *ossium sonum* deprehendit *Vit. Riedlin. Lin. Med. A.* 1696. *Jun. N.* XXV. In Pastore Grevano Hypochondriaco *strepitum* non saltem omnium *articulorum*, sed & Epiglottidis ac extremi nasi observavit *Thom. Bartholin. Cent.* III. *Hist. Anat.* XI. *p.* 29. Virum nobilem novit *Dn. D. Pechlin. P.* II. *Obs.* XXIV. cujus brachii *articuli*, quoties terrificum quid & inopinum ei objeceretur, toties ad levissimum quemque motum *sonarunt*. Honestissimæ quoque fœminæ scorbuticæ mentionem facit D. *Georg. Abrah. Merklin. M. N. C. Dec.* II. *A. V. Obs.* CCXLII. *p.* 465. quæ dum interdiu in scamnum se demisit, vel se inclinavit, vel in genua procubuit, vel noctu lecto se volutavit, in plerisque articulationibus s. *ossium* compagibus, sed & potissimum in *vertebris* dorsi, *strepitum* s. fragorem quendam sentiit, non aliter ac si siccum os ossi allideret, aut tenax baculus confringeretur, idque adeo manifeste, ut non solum ipsa, sed & ejus maritus noctu satis clare *sonum* illum perceperit.

Et quis non *stridentem* nostram *Matronam* annumeraret *scorbuticis*? cum ex vita sedentaria, accedente *mœrore* pessimam diathesin sanguini succoque nervoso facile imprimere potuerit. Patiuntur

vero

vero in hocce noſtro *Illuſtri ſubjecto* non tantum *articulationes* ipſæ *ſonantes*, ſed & totum *nervoſum genus*, ſonum accedente vi aëris impulſiva, determinans, *quoties* enim *digitos manuum vel pedum movet, illico ſtrepitus omnium artuum auditur.*

Articulationes pro *cauſa proxima* p.n. *ſtridoris* facile admittunt *defectum partium gelatinoſarum* ſ. *olei medullaris mucilaginoſi*, ſive, ut veſtigiis *Th. Williſii l.c.* inhæreamus, *oſſium ariditatem*, ſive *medullæ* proprie ita dictæ, quam intra oſſium cavitates, ac imprimis capita ipſorum contineri oportuit, *defectum*: "nam, inquit, ſiquidem oſſa quævis "*medullam*, ſive *humorem* unctuoſum, aut cavitatibus magnis, aut po-"ris & meatibus exiguis, ubique excludunt; hujus uſum ſtatuimus, "tum ut oſſa eadem irrigata, minus fragilia evadant, tum inſuper, "ut humor iſte oſſium nodis exudans, *articulos* quosvis: velut ma-"chinæ commiſſuras, pinguedine linitas, lubricet, horumque adeo "motus facilitet; quare oſſium capita hac medulla deſtituta, *cre-*"*pant*, non ſecus ac currus rotæ rarius inunctæ."

Huic quoque ſententiæ favet *Cloph. Havers Oſteololog. p.239.* ubi præter alios fines, quibus *mucilago* hæc inſervit, docet, quod oſſium articulatorum extremitates ab attritione & incaleſcentia præſervet. Quemadmodum enim axis, circa quem vertitur rota, præter tædioſum ſtridorem, flammam facile concipit, niſi materia quadam adipoſa inungatur, ita præter *articulorum ſtrepitum* metuenda foret intolerabilis juncturarum incaleſcentia, niſi continuo irrigarentur medullari hacce mucilagine, ut docet *idem l.c. p. 211. ſq.* Quomodo vero tranſitus fiat *olei medullaris* in juncturas, demonſtrat *l.c. p.202.* Glandularum mucilaginoſarum in articulationibus ſitum, curioſorum oculis ſiſtit *l.c. p.219. ſqq.* Si itaque medulla ipſa laborat conſiſtentia ſicciori, & ita ab oleaginoſitate de flectit, reddere non poteſt quod debet, nempe mucilaginem per juncturarum glandulas, ac proinde ſequitur, quod oſſa ac præſertim eorum *junctura* exareſcant. Hoc ſuo jam tempore notum fuiſſe *Ariſtoteli* legimus in *Hiſtor. Animal. L III. c.7.* ubi ſcribit: *Oſſa Leonum medulla carentia tam dura denſaque ſunt, ut attritu ignem ſilicis modo reddant.*

Ligamenta interdum magis accuſat *Havers l.c. p.214. ſqq.* quam

ossa, in ejusmodi *strepitu*, qui in nonnullis *scorbuticis* frequenter admodum observatur; si enim illa sufficienter lubricata non sint, non possunt eo usque extendi, ut sine motu proprio partem extendi aut inflecti sinant ad illum gradum, ad quem musculi contractione sua eandem moveri cogunt; hinc si ulterius extendi non possunt, tandem cedere coguntur, & cum tanta quidem celeritate, quæ facit, ut ossium extremitates se mutuo feriant, non subito tantum, sed & adeo violenter, ut sonorificis aëris particulis talis imprimatur motus, ut sensum auditus afficere valeat.

Quamvis non negaverim, quod juxta eundem *Havers l.c. p.* 215. *sqq.* ex *præternaturali laxitate* horum *ligamentorum ossium* quoque *strepitus* originem trahere possit, non tanta quidem ut luxatio inde sequatur, sed ita saltem, ut ossis caput *ligamenti laxi* vitio in lateralem cavitatis, in qua movetur, partē delabatur, ex cujus restitutione violenta ac veloci ita os unum ferit alterum, ut *sonus* quidā producatur. Quo vitio probabiliter notatus fuit Legatus ille Venetus à *Dn. D. Paulo Sorbait M. N C. Dec.* I. *A.* III. *Obs.* CCLXXII. *p* 485. In illustri tamen Patiente nostra *tendinum exsiccationem*, ex denegato affluxu olei medullaris ortam, accusarem potius, quam *nimiam extensionem*. Si enim hacce peccaret, graviter moveret unum, quem vult, articulum; jam vero *digitos manuum vel pedum dum movet, illico strepitus omnium artuum auditur*, qui per consequens eâ non volente ad motum unius simul omnes moventur.

Hinc tertium quid accusandum venit, *genus* nempe *nervosum*, quod succo suo debito videtur destitutum, cujus influxu præpedito, spiritus animales, quorum maxima pars tractus medullares subit, juxta *Raymund. Vieussenii Adenograph. Universal. l.* I. *c.* XIX. *p.* 221. in motu suo retardantur, ut segniores sint non saltem in aliis functionibus, sed & præsertim in officio secretorio mucilaginis medullaris in *glandulis* junctūrārum à *Clopt. Havers l.c. p.* 219. *sqq.* detectis, quo ipso tota nervorum compages à debita flexibilitate & extensiva vi declinans, rigidiorem substantiam induit, ut tracto uno ejus extremo, ipse quoque truncus, cum omnibus suis divaricationibus eo, quo trahitur, inclinet, motumque partium omnium involuntarium admittit.

mittit. Hæ vero, cum ſint mucilagine ſua, modo jam deſcripto, orbatæ, in juncturis *ſonum*, mediante aëris impetu, ad nervum acuſticum adſtantium delato, modificatum edunt.

Hiſce jam per tranſennam, ut dicitur delibatis, inter *cauſas remotas* hujus affectus ſatis ſe prodit *Mœror*, qui particulas ſulphureo-ſalinas ſanguinis tacite quaſi delambit, ut principali ſuo alimento denudati ſpiritus animales ad functiones obeundas reddantur torpidi, quo ipſo oceanus microcoſmi à naturali ſua craſi declinat, ſerumque ſibi ſimile reddit, unde tubulorum obſtructiones, ſecretioque impedita: quo fit ut nihil oleoſi ex medullari oſſium ſubſtantia ad glandulas mucilaginoſas junctarum mittatur, ſed potius medulla ipſa marceſcat, juxta illud noſtratibus tritum: Traurigkeit verzehret Marck und Bein.

Quod vero huic affectui præter modum indulgeat hæcce *Matrona*, præſupponimus *Scorbutum*, quem tam vita ſedentaria, qua magis gaudent ejusmodi delicatulæ præ motu frequentiori per pedes, quam alio contra regulas diæteticas peccato contrahere potuit: ne dicam quod ſeptentrio ſit hujus morbi feracior, ex cauſis ab *Excell. Dn. D. Pechlino L. I. Obſ.* LXVII. *p.* 170. & *Möllenbroc. Tr. de Variis c.* IV. *p.* 49. *ſqq. & p.* 52. *ſq.* petendis, nec morbus ſit ullus cui ſe non adjungat. Auctus vero hicce affectus videtur *triſti nuntio de mariti obitu*, quo ſe abdicavit omni ſocietate & motu; unde torpor ſpirituum, ſalisque terreſtris generatio. Hic vero ſanguinem quomodo reddat *viſcidum* docet *Excell. Dn. D. Joh. Schapper. Diſſert. de viſcido ſanitatis offendiculo §. 6.* Habet hinc ſubjectum quaſi ſigilliferum, cui ſe imprimat pertinacius triſtis idem, Archeam à functionibus ordinariis revocans, maloque præſenti fomitem præbens.

Ex hoc forſan fundamento Medicus ille, cujus in *caſu* fit mentio, *Apoplexiam* inde metuit. In omnibus namque *Apoplecticis* peccare *viſcidum*, teſtis B. *Dn. D. Joh. Jac. Wepfer. in Obſervat. Cad. Apoplexia extinctorum*, Cont. *D. Joh. Georg. Greiſel. M. N. C. Dec. I. A. I. Obſ.*

Obſ. LXXIV. *p.* 136. At in *Paralyſin* declinaſſe ipſemet vidi in *Mercatoris Stralſundenſis uxore*, quæ ex diuturniore *ſcorbuto* & ſomnolentia, in leviorem incidebat *artuum ſtrepitum*, quem excepit totalis partium torpor & inſenſibilitas, ut quasvis puncturas acu vel cultro factas non ſentiret, alvique fœces ac veſicæ ſerum invita exoneraret. *Stuporem* vero non ſemper *Apoplexiam* denunciare, docet *D. Matthias Jacobæus Act. Med. Haffn. Vol.* I. *Obſ.* CXII. *pag.* 208.

Cum præter *Thermas* Medicamentorum copia jam fuerit defatigata *Illuſtris Matrona*, continuationem eorundem diſſuaſit *Excell. Neſtor Lipſius l. c.* omnia irrita videri, quæ huic malo opponuntur, Naturæ tot morborum ſæpius medicatrici officium demandans; hanc enim temporis interdum eſſe ſervam probat *Dn. D. Pechlin. L.* I. *Obſ.* VIII. *p.* 17. ita ut ſpontaneam interdum parturientibus offerat operam *l. c. Obſ.* XXVII. XXVIII. item gravidis *l. c. Obſ.* XXXVI. *p.* 85. *ſq.* in Hydrope Aſcite *l. c. Obſ.* LXII. LXIII. in ſanandis vulneribus, teſte *eodem Epher. Vulner. Thorac. p.* 61. *ſq. &* 67. *ſq.* Luxationem coſtarum ſponte ſanatarum probat *Th. Bartholin. Cent.* I. *Hiſt. Anat.* XXII. *p.* 36. De ſponte renatis in anſere oculorum humoribus vid. *Act. Med. Haffn. Vol.* I. *Obſ.* CXXXIII. *p.* 264. & *Hagedorn. Cent.* I. *Hiſt. Phyſic. Med.* LIII. *p.* 85. qui & cæcitatem ſponte ceſſantem notat *l. c. Hiſt.* LVI. *&c. &c.* Quomodo vero continuat συνεργία Naturæ in medendo, eleganti quodam Propemptico inaugurali *Excell. Dn. D. Stahl* multa doctrinæ elegantia docuit. Quid ſpei ſuperſit ex triplici ſanitatis fonte, *Dn. Medicorum præſentium* prudentiæ committimus.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis MARTII A. M DCC V.

ROSTOCHII.

MEnſ. *Januar.* Præſide *Dav. Henr. Kœpkenio,* Philoſ. & Theol. D. & PP. Ισορρυμενα *quædam Natalitiorum in Meſſiæ memoriam Ferias* illuſtrantia publicæ diſquiſitioni ſubmiſit *Chriſtianus* Fries / Holſatus. (pl. 3½.)

In duas hæc dividuntur Sectiones, quarum I. varias ſolennitatis Natalitiorum Chriſti appellationes, II. eorum celebrationem expendit.

D. XXIV. Ejusd. Diſputationem Theologicam, nonnullas exhibentem Quæſtiones recentiſſimè controverſas, de *Adiaphoris in communi vita occurrentibus,* ſub Præſidio *Albert. Joach. de Krakevitz,* Eq. Mecklenb. SS. Th. D. Catech. Chriſt. & Hebr. Ling. Prof. P. exhibuit *Joh. Gvilielm. Weinmann,* Mitav. Curon. (pl. 7½.)

Autor præmiſſo Præfamine *Sect. generali* §. 1. Controverſiæ hujus hiſtoriam & originem, §. 2. quid per Adiaphora intelligatur? §. 3. quid h. l. ſint? ſc. actiones, quæ à Chriſtiano homine ſalva conſcientia exerceri & negligi poſſunt. § 4. quod tales actiones in vita humana inveniantur, exponit. *Sectione* deinde *ſpeciali* varias Quæſtiones examinat: 1. An delectationes, ex rebus hujus mundi ortæ, talia ſint adiaphora, qualia deſcripſit, & per conſequens à Chriſtiano, ſalva conſcientia, uſurpari vel omitti poſſint? Præſuppoſita delectatione formaliter & propriè conſiderata, quæ ex ſvavi objecto in cordo noſtro perſentiſci-

tur; & mundo pro ipſa ſtructura hujus univerſi, nempe cœlo & terra, omniqne eo, quicquid in illo eſt, ſumto, Reſp. Affirm. 2. An choreæ hominum ſexus diverſi, manus mutuo connectentium, quales in Germania, vicinisque regionibus duci ſolent, etiam in numerum horum Adiaphororum referri poſſint, prouti eadem in Sect. I. deſcripſit; & per conſequens: An ab homine Chriſtiano ſalva conſcientia exerceri poſſint? Reſp. Affirm. 3. An Comœdiis intereſſe, actusque mimicos repræſentare, etiam in numerum Adiaphororum referri poſſit, & per conſequens Chriſtiano liceat? Præſuppoſitis bono fine, materia honeſta, & perſonis non levibus & ſcurrilibus Reſp. Affirm. 4. An detur aliquis jocus aut urbanitas, quæ referri poſit ad iſta Adiaphora, qualia deſcripſit, & per conſeq. Chriſtiano liceat? Præſuppoſito eleganti, urbano & faceto jocandi genere Reſp. Affirm. 5. An chartis, aleis, teſſeris, aliisque inſtrumentis ludere, etiam tale ſit Adiaphorum, quale deſcripſit, & per conſeqv. Chriſtiano homini liceat? Præſuppoſitis ludis animi & recreationis gratiâ admodum modicè ſuſceptis Reſp. Affirm. 6. An Convivia inſtituere iisdemque intereſſe, etiam ſit Adiaphorum, & per conſequ. Chriſtiano homini liceat? Præſuppoſito legitimo uſu Reſp. Affirm. 7. An gradus Academici etiam poſſint inter Adiaphora referri, & per conſequens Chriſtianus hisce ſe exornare atque decorare poſit? Præſuppoſitis iis gradibus, qui ab hominibus eruditionis virtutumque ſplendore ornatiſſimis honeſtè deſiderantur, juſtumque finem ſibi habent præfixum, Reſp. Affirm. In fine adjectæ videntur *D. Joh. Fechtii*, & Dni. *Præſidis* Epiſtolæ gratulatoriæ.

D. XXXI. Ejusd. Examen ſubiit Diſſertationum Theologicarum in *B. Schomeri Collegium Anti-Sociniauum Decima*, exhibens C. XIV. de *Pœnitentia*, & C. XV. de *Lege & Evangelio ac utroque Teſtamento*, Præſ. *D. Henr. Aſcan.* **Engelke** / PP. & Reſp. *Joach. Bimſio*, *Roſtoch.* (pl. 3½.)

SPECI-

SPECIMEN APPARATUS ad POLITICAM atque HERALDICAM HISTORICO-LITERARII ex PRÆSTANTISSIMIS PRÆSTANTISSIMORUM SCRIPTORUM MONUMENTIS CONQUISITUM, & ad uberiorem in his ſtudiis comparandam notitiam Orbi erudito expoſitum à M. Carolo Arndio, Prof. Publ.

PRÆLOQUIUM repræſentat in nucleo Scriptores Bibliothecarios & quidem non *Methodicos* ſeu *Philoſophicos*, h. e. illos, qui de cauſis ſcripſerunt Bibliothecarum, ſcil. efficiente, materiali, formali & finali, quorum eminentiſſimi, *Dan. Georg. Morhofius* in Polyhiſt. liter. lib. I. Cap. III. IV. V. VI. XVII. & XX. & Dan. Guil. Möllerus in diſſert. circul. de Bibliotheca 1700. Altorffi hab. ſed *Hiſtorico-Literarios*, h. e. illos, qui ordine diſpoſito & nervoſo cum judicio recenſuerunt Scriptores in quâlibet diſciplinâ neceſſarios ac utiles, Theologicâ ſcil. Juridicâ, Medicâ & Philoſophicâ, quos inter reliquorum diligentiam longè ſuperat Prænob. *Burcardus Gotthelff Struvius* in Bibliothecis hactenus evulgatis.

SPECIMEN ipſum tria habet momenta Cardinalia. I. Apparatus fontem. II. Apparatus ordinem & III. Apparatus Materiem. *Fontem* conſtituunt partim Scriptores *Methodologici Univerſales*, ex quibus brevitatis ergò ſoli enarrantur Tomi Methodorum Creniani; partim *Iſagogici particulares*, iidemque iterum vel *Epiſtolici*, quales Grotius, Caſelius, Colerus, Alſtedius, Hanniel, Lanckenius, Bœclerus & Kulpiſius in Epiſtolis, quas ſcripſerunt de inſtituendo ſtudio Politico: vel *Methodologici atque Iſagogici*, quales Naudæus, Barlæus, Clapmarius, Conringius, Beughemius, Paſtorius, Schefferus, Boſius, Bœclerus, Mejerus, Quenſtedius, Lentulus, Sarckmaſius, & Fuchſius in conſiliis, quæ ſuppeditarunt de adornandis Generoſorum Juvenum ſtudiis. *Ordinem* abſolvunt Claſſes tùm Generales tum Speciales. *Generales* ſunt duæ: Ima *Pſeudo-Politicorum*, quæ duplicem continet Claſſem, eamque ſpecialem, (1. *Machiavelliſtarum*, quâ expenduntur Machiavelli vita, doctrina, ſcripta, judicia, præludia, conſectaria

& Plagia. (2. *Monarchomachicorum*, quâ deteguntur eorum incunabula, exempla practica, dogmata atque dogmatica ſcripta. Ilda *Genuinorum Politicorum*, quæ ſpeciales complectitur claſſes numero ſedecim. Prima Claſſis ſpecialis exhibet *Dogmaticos ſelectos* & quidem tàm Antiquiores, quàm Recentiores & Recentiſſimos & in his iterum tàm Compendiarios, quàm Syſtematicos. Ex *Compendiariis Antiquis* & quidem *Græcis* vix ullus apparet hoc titulo dignus; Ex *Syſtematicis* ſupereſt Plato & Ariſtoteles. Ex *Latinis* Compendiariorum loco habendus Salluſtius, Syſtematicorum Cicero. De quibus memorabilia duo obſervamus momenta, Commentaria ſcil. ſelecta & Eruditorum judicia. Ex *Recentioribus Compendiariis* ſeliguntur, Lipſius, (cujus Politicæ annotatur (1) fructus (2) nævus (3) methodus & (4) legendi modus) Boxhornius, Bœclerus, Schonbornerus, Cellarius, Claſenius &c.; *Syſtematicis* & quidem *Germanis*, Contzenius, Arniſæus, Keckermannus, Alſtedius, Heiderus & Libenthalius; *Gallis*, Bodinus & Tholoſanus; *Italis*, Philelphus atque Patritius. Ex *Recentiſſimis Compendiariis atque Syſtematicis* adducuntur, Puffendorffius, Becmannus, Schurtzfleiſchius, Rechenbergius, Weiſius, Buddeus & Wagenſeilius. Adjicitur diverſitas Methodorum in compendiis antiquis & novis longè diverſiſſima. Superadducuntur illi, qui Politica compoſuerunt compendia atque Syſtemata, ex Chriſtianiſmi principiis deducta, qualia Danæi, Menochii, Sturmii, Reinkingii, Beſoldi & Seckendorffii. Claſſis ſecunda ſpecialis proponit *Hiſtoricos ſelectos* & quidem *Antiquos* inter ex *Græcis* Polybium, de quo apponuntur Commentaria ſelecta & Eruditorum judicia; ex *Latinis* Tacitum, cujus de lectione obſervatu digna certis Aphoriſmis includuntur & de interpretatione exquiſitiſſima Interpretum & Commentatorum adducuntur opera; *Recentiores* inter ex *Germanis*, Sleidanum, ex *Anglis*, Cambdenum, ex *Belgis*, Baudium & Meurſium, ex *Gallis*, Thuanum, ex *Italis*, Sirum & Nani; *Recentiſſimos* inter ex *Germanis* Puffendorffium, *Anglis* Chevallierium, *Belgis* Bizotum, *Gallis* Meneſtrerium & *Italis* Letum. His ſubjunguntur Hiſtorici ſelecti, qui Imperatorum Romanorum, Pontificum Romanorum, aliorumque deſcripſere vitas & res geſtas. Claſſis Tertia ſpecialis porrigit *Philologicos ſelectos*

ctos & quidem (1) *Epiſtolicos* & inter illos ex Antiquis Plinium, Recentioribus Junium & Recentiſſimis Miltonum aliosve. (2) *Oratorios* & inter illos ex Antiquis Panegyricos XII. ex Recentioribus Gualterum, Vechnerum, ex Recentiſſimis Fabricium, Seckendorffium, Cellarium &c. (3) *Poëticos* & inter illos ex Antiquis Panegyricis Claudianum & Sidonium, ex Recentioribus Scaligeros aliosve & ex Recentiſſimis Fabricium, Craſſum & Miltonum. Claſſis Quarta ſuppeditat *Florilegicos ſelectos*, Lagnerium, Lehmannum, Grüterum, Boxhornium, Creſcentium, Reuſnerum, quibus accenſendi Grotius & Lipſius. Claſſis Quinta *Diſcurſorios ſelectos*, Amiratum, Verulamium, Junium, Piccartum, Berneggerum, Bœclerum, Vernulæum, Becmannum, Puffendorffium, Schurtzfleiſchium, Rechenbergium & alios. Claſſis ſexta *Problematicos & Aphoriſticos ſelectos*, Heidfeldium, Middendorpium, Junium, Danæum, Schmidium, Lipſium, Chockierium, Richterum, Eraſmum, &c. & qui huc pertinent ex *Antiquis*, Antoninum Imp. Agapetum, Plutarchum & Heraclidem. Claſſis ſeptima *Pædeuticos ſelectos* eosque vel *Paræneticos*, Baſilium Imp. Conſtantinop. Manuelem Palæologum, Jacobum I. Regem Angliæ, Cardum V. Imp. & alios; Eraſmum, Hereſtachium, Grevarram, Fenelonum & Fayditium; vel *Paradigmaticos*, Xenophontem, Plutarchum, Cauſſinum, Malvezzum, Lentulum, Paſtorium, Raderum, & Verulamium; vel *Statiſticos*, Caracciolum, Foxium, Marnixium, Lœhneyſenium, Melchiorem ab Oſſa & Bœclerum. Claſſis Octava *Conſultatorios ſelectos*, Villerovium, Mornæum, Paſchaſium, Autores Conclavium Papalium, Miniſteria Card. Richelii & Mucurini, Antonium Fabri & alios. Claſſis nona *Statiſticos ſelectos*, partim *Germanos*, & ex iis Clapmarium, Textorem, de Jena, Imhofium, Conringium, Wagenſeilium, Weiſium & alios: partim *Italos*, & ex iis, Boterum, Spontonum, Zinanum, Bonaventuram, Palazzum & Claramontium. Decima *Hieroglyphicos ſelectos*, Barclajum, Moſcheroſchum, Baumannum, Rablæſium, Sacedram, Boccalinum & alios. Ad quam Claſſem pertinent etiam Mythologici veteres & Autores Fabularum Romanenſium. Undecima *Ethicos* atque *Patheticos ſelectos*, & quidem ex *Antiquis* Theophraſtum &

Galenum, ex *Recentioribus*, Barclajum, Huartum, Neuhuſium, Hallium, Molinæum, Paſtorium, Dilherum, Müllerum, Bonifacium, Thomaſium, Buddeum, Scribanium, de Paſcolo, Eremitam, Pellerum, Grobendoncium, aliosque. Duodecima *Juridicos ſelectos*, h. e. illos qui expoſuerunt vel *Jus Divinum*, quales Zepperus, Gieſelbertus & B. Parens, Joſua Arndius &c. vel *Jus Humanum* & quidem *Naturæ ac Gentium*, quales, Grotius, Puffendorffius, Placcius, Thomaſius &c. vel *Jus privatum* ſeu *Civile*, quales Rachelius, Placcius, Hoppius &c. vel *Jus publicum*, quales, Limnæus, Bœclerus, Schvvederus, Coccejus &c. Claſſis Decima tertia *Geographico-Politicos ſelectos*, partim illos, qui *fictis titulis & tectis* Reip. ſtatum deſcripſerunt, quales, Morus, Campanella, Bernardini ſeu Bubermannus & Autores Mundi alterius & ejusdem, Novarum Solymarum, Hiſtoriæ Severambes, Eudemiæ, Monarchiæ Solipſorum &c. partim qui *veris & apertis* eundem deſcripſerunt titulis, quales, Chapuzovius, Rohaneus, Lindavius, Hornius, Boſius, Funccius, Becmannus, Weiſius, Puffendorffius & Collectores Topographiarum Elzeverianarum. Claſſis Decima quarta *Strategicos ſelectos*, h. e. qui de re militari ſcripſerunt & bellico ſtatu, & quidem ex *Antiquioribus*, Vegetium, Onoſandrum, Frontinum, Polyænum, Ælianum & Arrianum; ex *Recentioribus*, Bellum, Staravolſcium, Lydium, Lipſium, Salmaſium, Savilium, & alios. Decima quinta *Apodemicos ſelectos*, h. e. qui de peregrinandi arte egerunt, Bœclerum, Conringium, Dietericum, Zvvingerum, Meyerum, Loyſium, Leighium, Pitſæum, Dairvalium, Eremitam, Conſtantinum Germanicum, Pighium, Pakenium, Erpenium, Fabricium &c. Decima ſexta & ultima *Genealogicos* atque *Heraldicos ſelectos*, h. e. qui ſtemmata familiarum & inſignia Dignitatum Illuſtrium commentariis ſuis illuſtrarunt. Ex *Genealogicis* recenſebit Reineccium, Henningem, Reusnerum, Diepholdum, Albilium, Emmium, Spenerum, Schovvartum, Rittershuſium, Juchoſium, Autorem Durchl. Welt/ Lehmannum, Regitzerum, Lohmaierum & Striedbeckium. Quibuscum conferendi Scriptores, qui de diverſis Ordinibus Equeſtribus commentati, quales, Miræus, Menenius, Mendo, Juſtinianus, Megiſerus, Roquius, Ulſonius, Becman-

Becmannus, Matthæi & alii. *Heraldicos* recenſebit recenſu partim confuſo & inordinato, partim ordinato & ſecundùm patriam diſtincto. Ubi (1) occurrunt *Germani*, quos inter eminent, Phil. Jac. Spenerus in Theoria & Hiſtoria inſignium; Jac. Wilh. Imhofius Notitiâ Procerum Genealogico-Heraldica; Theodorus Hopingk Tr. de Inſignium priſco & novo jure; Erhardus Weigelius Cœlo Heraldico; Immanuel Weberus Examine Artis Heraldicæ, it. Kurtzen Bericht von der Wapen-Kunſt; Caſparus Buſſingius Conſpectu Heraldicæ, it. Kurtzen Einleitung zur Herolds-Kunſt; Joh. Siebmacherus libro armoriali continuato per Wolfg. Gottl. Furſtium; J. A. Rudolph Heraldica Curioſa & Frid. Wilh. Schumacherus kurtz gefaſſten Teutſchen Wapen-Kunſt. (2) *Angli*, quos inter eminent Nicolaus Uptonus de ſtudio militari, Joh. de Bado de armis, Henr. Spelmannus aſpilogia, quos notis illuſtravit Eduardus Biſſæus, Joh. Gibbon introductione ad latinam Blaſoniam, Guil. Dugdalius de uſu antiquo gerendi arma, Thomas Philippot diſcurſus Hiſtoricus de origine & progreſſu Artis Heraldicæ, & Thomas Gore in Catalogo autorum Artis Heraldicæ. (3) *Galli*, quos inter eminent Andreas Fanynus Theatro Honoris & Nobilitatis, Claudius Fauchetus originibus Equeſtribus & Inſignium. Johannes Laboreur originibus armorum, & qui reliquos antecellit Claudius Franciſcus Menetrerius in variis de Arte Heraldica iisque excellentiſſimis monumentis. (4) *Itali*, quos inter eminent Philiberti Campanille dell armi, Sylveſter Petraſancta Teſſeris Gentilitiis ex legibus Ferialium deſcriptis, & Antonius Stephanus Catari de armis & inſignibus.

MATERIEM denique Speciminis, quæ occaſionem amplificandi exornandique Apparatum præbere debet, ſuppeditabunt præter nomina ritè diſpoſita & omina h. e. ſcripta rectè inſinuata, *Memorabilia*, quæ in uniuscujusque Autoris doctrinâ aut vitâ occurrunt, *Literaria*, & *Accuratoria*, quæ de Autore aut ſcriptis ejus tulerunt Eruditi, *judicia*, ex quibus ſelectiora, quæ hactenus colligere licuit & porrò pro raritate atque difficultate licebit, cum benevolo lectore communicabimus.

GRY-

GRYPHISWALDIÆ.

Sub auſpicium hujus anni *M. Joachimus* Mantzel / Roſtochii Megapol. *Memoriam Weſtphalianam*, ſ. Schediaſma Epiſtolicum, de *Doctis Weſtphalis*, *Georgio Weſtphalo*, Paſtori Eccleſiæ Sverinenſ. Cathedrali, ſtrenæ loco exhibuit. pl. 3½. in 4to.

Autor modò nominato *Ge. Weſtphalo* morem geſturus, utpote qui literis eum invitaverat, ut, ſi quas haberet collectas in claros Weſtphalos annotationes, cum eo communicaret, varios cognomines Weſtphalos congeſſit, eorundemque II. conſtituit claſſes, quarum I. Weſtphalos demortuos ſiſtit, ut I. *M. Albertum Weſtphal*, Peinâ-Hildeſienſ. Michaelitanum in Patria Paſtorem, II. *M. Andream Weſtphal*, Paſt. & Inſpect. Neo-Ruppinenſ. March. qui A. 1651. Præſ. *D. Jac. Fabricio*, *Sedini*, de *Reſurrectione mortuorum* diſputavit, & Cone. fun. in *M. Joach.* Schwartzen Kopfens / Paſt. & Inſpect. Neo-Rupp. obitum, ad *Gal. II. v.* 10. Berol. 1670. edidit, pl. 9. III. *Arnoldum Weſtphal*, Lubecenſ. IV. *M. Gabrielem Weſtphal*, Holmenſ. Svecum, qui A. 1691. Tubingæ, ſub Præſ. *D. Mich. Mülleri*, de *Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ*, diſputationem habuit, & B. Joh. Arndii wahres Chriſtenthumb in Lingv. Svecanam vertit. V. *Hermannum Weſtphal*, J. U. D. VI. *Jacobum Weſtphal*. VII. *M. Joach. Weſtphal*, Hamburg. de quo fuſè agit. VIII. *M. Joach. Weſtphal*, Roſtoch. IX. *Joach. Weſtphal*, Islebienſem, Paſt. Sangershuſanum. X. *Joach. Weſtphal*, Paſt. & Inſpect. in Liberoſe. XI. *Joach. Weſtphal*, JCtum, qui edidit *Syllogen Juris*. XII. *Joach. Weſtphal*, Pomeranum, J. U. D. XIII. *M. Joach. Chriſtian. Weſtphal*, Neo-Ruppin. March. qui Diſputationem Lipſiæ 1687. habuit, de *Natura peccante*, aliasque. XIV. *Wernerum Weſtphal*. XV. *Wilh. Weſtphal*, Epiſcop. Lubecenſ. II. Claſſis adhuc ſuperſtites ſiſtit I. *Joachimum*, S. R. Svec. Tribunal. Wismar. Antiſt. gente Pomeranum. II. *M. Johannem*, Hamburgenſem, Diac. & Canonic. Bardovicenſ. III. *Johannem Caſparum*, Med. D. & Acad. Curioſ. Circuli Delitienſ. & Bitterfeld. Phyſ. Ord. IV. *M. Petrum*, Gryphisvvaldenſ. Scholæ in Patria Senator. Rect. qui nonnullas Diſſertationes publicè *exhibuit Wittenbergæ*.

Hos dum hîc ſiſtimus, eis unus adhuc adjungendus nobis occurrit,

currit, nimirum *Michaël Weſtphal*, Prizvvaldenſ. Marchicus, qui Ao. 1691. de *Confeſſione Thomæ*, ex Joh. XX. 28. ſub Præſ. *D. Joh. Deutſchmanni*, Diſputationem Theologicam exhibuit. (pl. 3.)

Cæterùm *Arnoldum Weſtfahl* Auctor §. III. recte monet, non *Lubucenſem*, ſed *Lubecenſem* fuiſſe Episcopum. Habuit enim is patrem *Hermannum*, Reip. Lubecenſis noſtræ Senatorem, an. 1433. mortuum; matrem Margaretam, Henrici ab Alen, filiam. In Episcopatu Lubecenſi fuit an. 1449. Nicolai Sachovv, civis ſui, Succeſſor, eumque ann. 1466. fato functus Alberto Krummedikio, Equiti Holſato, reliquit, qui & hujus deceſſoris ſui in Chronico Episcoporum Lubecenſium apud Henr. Meibomium, Scriptor. Rer. German. To. II. p. 402. amplam ſatis & honorificam facit mentionem. Sepulchrum ipſius adhuc hodie in templo noſtro Cathedrali, ejusque anteriori choro, viſitur, fugientibus quidem perigraphes literis, præter has ſolas: ANNO DNI. M. CCCC. LXVI. . . . . At medio lapidi inſignia gentis nobiliſſimæ Weſtphalorum inſignia ſunt inſculpta, additis hisce verbis: ARNOLDUS. WESTVAL. EPUS. 1466.

Iſtius Arnoldi ex fratre Johanne, Conſule Lubecenſi, nepos, & Margaretæ à Calven filius fuit *Wilhelmus Weſtfahl*, Auctori etiam §. XV. memoratus, Decretorum Licentiatus, Decanus Lubecenſis, Archidiaconus Roſtochienſis, Canonicus Sverinenſis, & tandem Theoderico Arndes, Hamburgenſi, mortuo, Lubecenſis Epiſcopus, de quo Continuatio Chronici Krummedikiani, apud Meibom. d. l. p. 410. poteſt conſuli. E vivis exceſſit an. 1509. die 31. Decembr. & in Eccleſiæ Cathedralis noſtræ choro juxta patruum ſepultus eſt, ſequenti titulo literarum compendiis lapidi inſcripto: *Anno Domini M. CCCCC. IX. ultima Decembris obiit felicis memoriæ Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Wilhelmus Weſtval, hujus Eccleſiæ Epiſcopus, cujus anima in pace requieſcat.*

GEDANI.

Chriſtiani Bukkii Medic. D. Obſervatio

De Atrophia totius Corporis ex obſtructione glandularum meſenterii orta.

Quem pridem obſervavit caſum *oculatiſſimus diligentiſſimusq; noſtri temporis Anatomicus Exc. D. D. J. J. Hartman Regiomonti P. P.*

quemque Orbi Erudito præprimis medico *in Ephemerid. Nat. Curioſ. German. Dec. II. A. 9. p. m.* 28. communicavit; eundem mihi fere nuper notare licuit in Orphanotrophio noſtro publico. Præmittendum autem ſtatum morbi, qui finem ſubjecti noſtri vitæ impoſuit, neceſſe eſſe duxi. Recenſebo itaque, quæ ab *Experientiſſimo D. D. Adr. Söhner, Practico apud nos celeberrimo, & in hac domo Medico ordinario* relata habeo. Cum adhuc in vivis eſſet puer, (novem circiter annos natus) de inſigni dolore abdominis conqueſtus eſt, ac per menſes ſex & ultra eodem laborans interrogatus, usque reſpondit: Die Bruſt und der Unter-Leib thut mir ſehr weh. Per totum inſimul morbi tempus purgantia & laxantia adhibita, ne una quidem ſedes ſubſecuta eſt. Inteſtinum quoque rectum ſæpius procidentiam patiebatur, quod tamen malum remediis appropriatis, præprimis axung. Urſ. curatum eſt. Appetitus quidem ſemper adfuit, ſed incaſſum alimenta ingerebantur, quippe *Atrophia totius corporis* præſertim *artuum* quotidie magis magisque obſervabatur. Imprimis autem quarto ante obitum die inſigniter exacerbatum morbum *Dominus Medicus Ordinarius* annotavit, & patientem ob doloris vehementiam lectum petere oportuit. Et cum ſemper de tuſi conquereretur æger, vitium pulmonum ſubeſſe haud incongruè conjecturari poterat. Imo licet in principio mali ſuſpicio tam de exiſtentia vermium, quam Colicæ vehementioris optimum etiam & exercitatiſſimum Medicum hæſitantem reddere potuiſſet; attamen dolor continuus nunquam remittens, poſt paſtum magis gravativus quam rodens ac flatulentus, & quidem fixus aliud ſubeſſe malum indicabat. Hinc ſtatim obſtructioni venarum meſeraicarum legitimis obviam itum eſt remediis: *Sæpius aſt doctâ plus valet arte malum.*

Et ſane genuinam hujus mali cauſam ne Æſculapius quidem eruere potuiſſet, quinimo prorſus latuiſſet ſemperque, ne culter eandem detexiſſet anatomicus: Et ſane obductio longe aliam nobis oſtendit totius morbi cauſam: Inciſis enim integumentis communibus in abdomine, ſimulque aperto thorace, pulmo cum corde & omnibus membranis in thorace ſecundum naturam conſtitutus cernebatur. In Abdomine Viſcera cuncta in ſitu ſuo naturali offendebantur; Circa Inteſtina

tenuia

tenuia Meſenterium ſatis adipoſum erat; fæces in ductu inteſtinali contenti, præprimis in inteſtinis craſſis erant grumoſi (wie zerhacktes) tenuia autem magis flatibus turgebant. Remotis v. ſine ſectione inteſtinis veſicam biliariam ob inſolitam & inſignem magnitudinem multaque bile repletam & diſtentam mirabamur, qua plus ſolito extera inteſtinorum adjacentium tunica tincta erat. Ulterius nobis inquirentibus, tandem ſeſe offerebant glandulæ quædam circa conglobatam majorem in centro fere meſenterii, ubi Pancreati Aſellii locus utplurimum aſſignatur. Sed cum glandularum ſubſtantia mollis naturaliter ſit alba & friabilis, juxta *Warthon. in Adenogr. p. m.* 30. *v. item Bibliotheca Anatomic. Manget. Tom. I. p. m.* 201. & magnitudo vix phaſeoli magnitudinem ſuperet, plane contrarium hic offendimus. Scirrhoſæ enim erant non tantum ipſa glandula maxima meſenterii, ſed & adjacentes reliquæ omnes; quantum in quantitate differant ex ipſa delineatione, quam ad vivum fieri curavimus, judicari poteſt. Reliqua viſcera rite conſtituta reperiebantur; macilenta tamen & flaccida erant.

a. Glandula major vulgo Pancreas Aſellii.
b. Glandulæ Meſenterii adjacentes 16.
c. Portio Meſenterii abſciſi.
d. Portio Inteſtini tenuis.

Quæ igitur genuina totalis hujus atrophiæ cauſa fuerit, facile à poſteriori concludi poterit: Supponimus ſucci nutritii defectum cauſam eſſe poſſe proximam & immediatam, (non negantes, quod & aliæ adeſſe poſſint, v. gr. obſtructio vaſorum &c.) Ad remotiorem vero & mediatam inter alias etiam chyliferorum vaſorum (præprimis ſecundi generis) obſtructio revocari poteſt. Notorium nempe eſt, aſſumpta ope ſalivæ & maſticationis ad meliorem diſponi digeſtionem, & digeſta ad inteſtina deferri tenuia, in quibus ſuccus nutritius ſeu particulæ alimentoſæ & ad nutritionem aptiores per oſcula vaſorum lacteorum ipſa vaſa intrare, per quæ ad Glandulam Meſenterii in medio ejusdem fere ſitam, (quam plurimi *cum undiquaquam celebri Anatomico Lipſienſi Bohnio* pancreas appellant Aſellii) aliasque plures duci ſolet, donec porro per vaſa lactea ſecundi generis, (uti Anatomicis audiunt,) per receptaculum lumbare commune ſeu glandulas lumbares ope ductus thoracici fluens ſanguini in vena ſubclavia affundatur. Sanguini itaque mixtus chylus lege circulationis quasvis univerſi corporis partes adit, nec tantummodo easdem, ſed & ipſum ſanguinem nutrit & in ſuo ſtatu naturali conſervat, materiam tàm ſanguinis quam animæ ſeu ſpirituum animalium ſuppeditans, ne tota corporis machina detrimentum ſumat. Chylus enim inſtar torrentis vel fluminis novam ſemper advehentis aquam, conſiderandus venit. Quemadmodum autem aquæ etiam puriſſimæ corripiuntur, ſi obſtacula fluxûs impediant; Ita ſane humores in corpore vivente ſtagnantes corripi, cuivis Clinicam exercenti, ſuperfluè conſtat. Hæc certe morbi, atrophiæ & ſubſecutæ necis cauſa in ſubjecto noſtro. Bene ingerebat & tamen contabeſcebat; Nempe quia glandulæ meſenterii, & ipſa glandula Aſellii, ob tumorem ſcirrhoſum à variis cauſis remotis ortum, impediebant, ne ſuccus iſte lacteus poſſet ulterius progredi, neceſſario tandem æger tabe conficiebatur. Sententia hæc noſtra eo firmior redditur, quod D. *Segerus in Miſc. Nat. Cur. Germ.* ſimilem atrophiam ex ſcirrhoſis glandulis meſenterii obſervarit *Dec. I. Ao. IV, obſ. 87. p. 79.* Imo *Sennertus* jam olim idem expertus, uti id concludi poteſt ex verbis, quæ *libr. III. prax.* nobis reliquit: *Si vaſa*, inquit, *præter modum intumeſcant, ipſa vaſa* (puta lactea) *comprimunt & imprimis hoc præſta-*

re

re poteſt glandula iſta inſignior in centro meſenterii, quæ primæ vaſorum (lacteorum ſcilicet) *diſtributioni addicta eſt, & qua tumore laborante* (adde ſcirrhoſo) *totius corporis marcorem ob impeditam chyli diſtributionem ſecutam fuiſſe obſervatum eſt.*

REGIOMONTI.

Menſe Martio 1704. Præſide *D. Godofredo Wegnero*, PP. nec non Eccleſiaſte Aulico, Secund. Diſputationem Theolog. de *Reſurrectione Impiorum*, *Andreas* **Fahnert** / Inſterb. Pruſſ. S. Miniſt. Cand. Autor & Reſpond. propoſuit. (pl. 4½.)

D. VIII. April. Diſſertationem Theolog. *Priorem*, de *Intelligentia S. Scripturæ literali, Spirituali & ſalutari*, (*Poſteriorem* enim *T. VII. p.* 297. *ſq.* indicavimus) ſub eod. *D. G. Wegnero, PP. Joh. Arnold. Pauli*, Schol. Johannisb. Rect. eruditorum cenſuræ ſubjecit. (pl. 4½.) Præmiſſo Procœmio C. I. de Intelligentia literali. C. II. de intelligentia ſpirituali agit.

Menſe Jun. Præſide *M. Paulo Rabe*, Log. & Phil. Prim. PP. Ord. Diſputationem Logicam, de *Antepræd icamentis* vulgo ſic dictis, publicæ ventilationi ſubjecit *Joh. Wilhelm Cochius*, Regiom. Pruſſ. (pl. 4½.) C. I. De Homonymis ſ. Æquivocis. C. II. de Synonymis ſ. Univocis. C. III. de vocabulis πρὸς ἓν καὶ ἀφ' ἑνός, ſ. de communibus ad unum & ab uno. C. IV. de Paronymis. C. V. de duabus diviſionibus Antepræd icamentalibus. C. VI. de tribus Regulis Antepræd icamentalibus.

Menſe Jul. Eodem Præſ. Diſput. Log. de *Categoria Subſtantiæ* ventilata fuit Reſp. *Paulo Luca Lafargue*, Reg. Pruſſ. (pl. 2½.)

Eod. Menſe & Eod. *Præſ.* Diſp. Log. de *Categoria Qualitatis*, *ut & cæteris Prædicamentis*, defendit *Chriſtianus Deutſch.* Reg. Pruſſ. (pl. 3.)

Menſe Aug. Eod. *Præſide, Daniel Bœſe*, Reg. Pruſſ. Diſp. Log. de *Categoria Quantitatis* exhibuit. (pl. 2.) de *Categoria Relatorum*, Reſp. *Joh. Theodor Wahrt*, Reg. Pruſſ. (pl. 2.) de *Poſtprædicamentis vulgo ſic dictis*, Reſp. *Chriſtiano Joh. Cochio*, Reg. Pruſſ. (pl 2½.)

Eod. Menſe Prodiit Diſſertatio poſterior (priorem dedimus *T. VII. p.* 330. (de *Precibus Judæorum Alenu Leſchabbeach, & Velammaiſchinim*, Præſ. *Chriſtiano Walthero*, S Th. D. & Prof. Ord. Reſp. *Joh. Ludovico Boye*, Reg. Pruſſ. (pl. 5½.)

Menſe Octobr. Medicum, fumum vendentem, defenſum, in Diſputatione Medica, ſub Præſidio *Benjamini Ewaldt*, Med. Doct. publicæ Philiatrorum cenſuræ exhibuit *Gedeon Gregori*, Med. Cult. (conſt. 2. pl. in 4to.)

Rationem hujus Scripti Cl. Autor ſtatim in *Præfatione* indicat, np. ut Medicos, fumum ſ. ſuffimigia ægrotantibus vendentes, à rigoroſâ illâ, & ſanæ rationi contraria, Alexandri Severi ſententiâ: *Fumo pereat, qui fumum vendidit*, quâ ſcilicet injuſtè cum vulgò afficiuntur, defendat; & è contrà quô jure, quâve honeſtate ac ſummâ cum utilitate hodierni Medici Practici fumos vendant, præſenti de ſuffimigiis l. fumis medicis demonſtret diatriba. Quæ commodè in *quatuor* diſtribuitur *partes*, dum in *Primâ* ſive §. 1. 2. 3. 4. quid per fumum hic intellectum velit, indicat; *Secundâ*, quæ §. 5. ad 18. complectitur, morbos ipſos, ſive internos ſive externos, in quibus fumi ſ. ſuffitus conveniant, ordine recenſet: *Tertiâ*, quæ §. 19. ad 37. abſolvit, remedia ſimplicia fumum edentia, eorumque agendi modum, examinat, & tandem *Quartâ* ſive §. 38. atque ultimô, Cautelas quasdam, circa ſuffimigiorum uſum obſervandas, annectit.

HAFNIÆ.

Serius paulò nobis innotuerunt *Johannis la Placette* Paſtoris Eccleſiæ Gallic. Haunienſis Reformatæ, variis ut hiſtoricis ac polemicis, ita præſertim practicis ac moralibus ſcriptis (quorum nos in N. L. A. 1700. p. 861. catalogum dedimus) celeberrimi, *Diſſertations ſur divers ſujets*, h. e. *Diſſertationes de variis argumentis moralibus & Theologicis*, *Amſtelodami* hoc Anno 1704. apud *P. Brunel* editæ, 17. pl. in 8. numer. 3. quarum I. de *Amore DEI & noſtri ipſius*, occaſione controverſiæ Archi-Episcopo Cameracenſi motæ &c. 16. Capp. II. de *Attritione* & controverſia ſuper ea inter Eccleſiæ Roman. DD. agitata 23. Capp. ubi & noſtros contra Boſſveti calumniam, de negata ab iis neceſſitate amoris DEI, defendit, allegata *Joh. Brunsmanni Apologia Eccleſiæ Lutheranæ* contra eundem Boſſvetum, qua ex inſtituto hanc cauſam A. 1694. egerat. III. de *Sabbatho*, 14. Capp. Proinde diſtincto earundem recenſu conſulto abſtinemus, quia eum jamdudum occuparunt Col-

Collectores Actorum Erudit. Lipſienſ. M. Sept. 1704. p. 412. ſequ.

D. III. Nov. M. Severinus Lintrupius Deſign. Philoſ. & Theolog. Prof. Havn. &c. Collegio Theologico, ad *D. Joh. Wandalini ὑποτύπωσιν ſanorum verborum* ſup. A. p. 85. nobis laudatam, *Diſcurſum* præliminarem, *de ſtudii Theologici requiſitis, defectibus & nævis modernis* vulgaribus præmiſit.

D. V. Nov. in Auditorio *Collegii Regii Diſſertationem Hiſtor. Eccleſiaſt. I. de Donatione Conſtantiniana fictitia*, pro *Regiæ Menſæ beneficio* ventilarunt *Præſes, Janus Georgii Grot*, & *Reſpondens Petrus Munch, Regiæ Communitatis Alumn.* 1. (pl. $\frac{1}{4}$.) in 4to. Qua exhibetur *Caput I.* quod ſiſtit §. 1. fabulam Pontificiam de Donatione. 2. Aſſertionem Orthodoxam, 3. Probationem aſſertionis (α) è Scriptorum vetuſtiorum ſilentio. 4. (ϐ) è diviſione imperii inter filios Conſtantini. 5. (γ) ex Dominio Imperatorum in urbem Romam poſt mortem Conſtantini. 6. (δ) E teſtimoniis Scriptorum etiam Pontificiorum. Cæterum de hac Donatione præter *Goldaſtum, Salmaſium, Mornæum, Lipſiorpium, Capellum, Lairizium, Schoockium, Hutterum, Heideggerum &c.* videri poſſunt *L. Vallæ declamatio contra eam, Johan. Himmelii Donat. Conſtantini M. nullam eſſe de jure & facto* 1608. *Joachimi Hildebrandi Reſp. H. Alto de Donat. Conſtantini M. Helmſtad.* 1661. *G. Voëtii in Diſpp. Sel. T. III. Wildt/ de Patrimonio Petri Lipſ.* 1666. *Balth. Gualtheri Diſput. Elenchtica* de Conſtant. M. Jen. 1618. *Andr. Kunadi* Conſtant. M. Orthodox. Diſp. VI. &c.

D. VII. Nov. In *Collegio Medicéo* Schediasma de *accubitu veterum* publico exhibuit *Eſaias Helt*, *Reſpondente Petro Helt* 1. $\frac{1}{2}$ plag. in 4to. Conſtat Sectionibus 3. quarum 1. *Onomatologiam* ſive ſignificationem vocis apud Ebræos, Græcos & Latinos. 2. *Accubitum* ipſum, ejusque originem, modum &c. 3. *Lectos accubitorios* eorumque materiam & formam exponit.

D. XII. Ejusd. In *Collegio Medicéo Diſſertationem Philologico-Hiſtoricam de Monſtratione per digitum*, publico examini ventilandam propoſuit *Hilarius Chriſtophorus Kaasböl*, *Reſpondente Johanne Hagerup*, 1. plag. $\frac{3}{4}$. in 4. Conſtat 2. Capp. quorum I. *Ingloriam &*

probro-

probroſam medii digiti monſtrationem ita tractat, ut §. 1. 2. de loco *Eſ.* 58. *v.* 9. disquirat. §. 3. teſtimonia de eadem monſtratione. §. 4. Phraſes ex eadem ortas expendat. II. *Glorioſam digiti monſtrationem* §. 1. exponit, & §. 2. teſtimoniis Auctorum probat.

D. XV. Tres in *Communitate Regia Decanos* conſtituturus *M. Severinus Lintrupius*, Deſignatus Prof. Philoſ. ac Theol. Havn. & Communit. Reg. Præpoſitus, in Auditorio Philoſophico, *Meritа D. Johannis Bugenhagii Pomerani in Eccleſiam, Academiam & Scholas Daniæ*, Oratione *Hiſtorico-Encomiaſtica* celebravit, ad eum fere modum, quo ejus in *Eccleſiam & Scholam Lubecenſem* merita pridem celebravit *G. H. Gœzius Superintendens Lubec.* Qua *Bugenhagii* cum alibi, tum in *Dania* præſertim *labores* atque *honores*, in unctione Regis & Reginæ, inauguratione Episcoporum 7. in condenda ordinatione Eccleſiaſtica & conſtitutione Academica, gerendo Magiſtratu Academico, ornanda Profeſſione Theologica &c. aliisque ita ſtrictim enarravit, ut mutata ſimul ſtudiorum & rei litterariæ fata, totiusque in Dania Reformationis Evangelicæ faciem delinearet. Quam forte ex promiſſo in *Encomio Scriptorum D. Hieronymi Welleri* &c. ad *M. Læmmelium* nuper dato auctiorem & ex Annalibus Eccleſiæ arctoæ fuſius diductam publico parabit.

D. XIIX. In Primaria urbis Baſilica D. Virgini ſacra, exquiſitiſſima pompa & ſplendore magnificentiſſimo varios inter Muſicæ lugubris concentus, & tormentorum boatus celebrabantur exſequiæ Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Herois ac Domini, Dn. *Adami Friderici Trampii, Hæreditarii de Löismoſe & Fleenſtrup, Ordinis Danebrogici Equitis Aurati, S. R. M. Daniæ & Norwegiæ Generalis locumtenentis & S. Rom. Imper. Comitis*, per omnes militiæ gradus ad hoc faſtigium gloriosè evecti. Qui ex Illuſtri inter Pomeranos Trampiorum familia, Patre Perilluſtri Philippo von Trampen Dn. de Kerckberg / Tentzerrw & Hohenmöcken / Matre Perilluſtri & Generoſa Dn. Elizabetha von Kraſſowen d. IV. Martii A. MDCL. natus, poſtquam inter aſſidua pietatis & armorum ſtudia adoleviſſet, conferente Auguſtiſſimo Chriſtiano V. gl. m. Præfecturam cohortis A. 1675. meruit. Anno verò 1677. d. 18. Januarii Præfectus Vigiliarum Legionis Sereniſſimi Principis Geor-

Georgii, & ſequentis A. d. 3. Octobr. ejusdem Protribunus conſtituitur. A. 1684. Tribunus Legionis Siellandiæ renunciatus, Galliam mittitur, orto inter Fœderatos & Galliarum Regem bello, præliisque circa A. 1691. & ſequ. ad Namurenſis urbis mœnia & prope Steenkerken habitis, ſtrenuus interfuit; donec mandato Auguſt. Regis revocatus A. 1693. poſtquam Ratzeburgum copias duxiſſet, anni dicti d. 4. Novembr. in Gradum Chiliarchæ proximè ſuperiorem (Brigadier dicimus) aſcenderet, reviſoque per intervallum agmine Gallico, iterum redux in patriam Supremus Excubiarum Præfectus A. 1694. d. 7. Martii denominatus, Danorum copias duceret, S. C. M. ſuppetias iturus. Cæterum ſoluta obſidione Temesvvarienſi, domitisquè A. 1697. in Hungaria ſuperiore rebelibus, ac pace Turcas inter & Polonos confecta, A. 1699. impetrata à Poloniæ Rege miſſione Daniam repetiit, illico capeſſente poſt mortem Chriſtiani V. gl. m. imperii faſces Friderico IV. in provincias patrias ablegatus, ut à milite Cimbro, Fiono & Hatterslebienſi juramentum ſumeret, & mox præclara apud Regem Poloniæ legatione Anno 1700. d. 29. Januarii defunctus. Quo ſolutus munere, poſtquam ſupremam in Aula audientiam obtinuiſſet, A. 1702. d. 28. Auguſti Eques Ordinis Elephantini creatur, & ſequ. An. redux Hafniam, Supremus Generalis locumtenens conſtitutus, ſubſidiarias Danorum copias in Italiam duxit. Ubi poſt præſtitam Imperatori ſtrenue in pellendo ab Auſtriæ finibus Bavarico milite & occupando præter alia Bavariæ loca S. Wilipandi propugnaculo, Comitis Imperii Splendorem atque Inſignia obtinuit. Tandem verò cum A. 1704. memorabili impetu Ungaros inſula Schuttia depellere conatus eſſet, in navicula ab hoſtilium machinarum ictibus aquas hauriente, ſolitam pedum ægritudinem, accedente dolore colico, d. 26. Aprilis, ætatis ſuæ A. 54. Poſonii lethalem habuit.

Cæterum *EMBLEMATA* atque *INSCRIPTIONES* in exequiali hac pompa fuêre, quæ ſequuntur:

In Vexillo Albo, vulgò Fryden-Fahne.

Cujus medium occupant Arma B. Herois, cum ſolito ejus Symbolo.

EN DIEU MON ESPERANCE,

&

NATUS	DENATUS
MDCL	MDCCIV
DIE	DIE
IV	XXVI
MARTII.	APRILIS.

Circumdatur hoc vexillum Trophæorum imaginibus acu magnificè pictis, & his Emblematibus, quæ in ſingulas partes armorum B. Herois ita compoſita & collocata ſunt, ut è regione ab utroque vexilli latere eædem armorum partes, ſed diverſis inſcriptionibus animatæ ſibi reſpondeant.

1.

IN NOMEN BEATI NOSTRI HEROIS,

primarum nominis literarum ductu ſignificatum & laureis coronatum:

LAUREA DEBETUR.

2.

In ſuaviſſimum conjugium.

Aquila nigra, in cujus pectore hæ literæ Aureæ:

S. A. SOPHIA AMALIA
A. ADELER,

nomen nempe Illuſtriſſimæ & mœſtiſſimæ viduæ:

HANC SEMPER AMAVI.

9.

DAT NOVA NOMINA FASTIS.

10.

In Romani Imperii propugnationem.

Aquila nigra, ut ab Cæſare Leopoldo armis Herois noſtri addita, Symbolum Romani Imperii loquens:

QUI ME DEFENDIT HONORO.

11.

3.

In Beati Herois ſagacitatem rimandi conſilia hoſtium, ſua occultandi:

Galea
TECTUS VIDI.

4.

In fortitudinem ejus
Leo Rubeus cum haſta:

ARMA VALENT ANIMO.

5.

In continuas B. Herois Expeditiones bellicas Haſta:
SANGUIS, SED NULLA RUBIGO.

6.

In celeritatem bellicam Caput Cervinum:
MARS FAVIT CELERI.

7.

In Expeditiones Turcicas Hercules jacens:
POST ILLUSTRIA FATA QVIESCIT.

8.

Ordo Dannebrogicus:
DECUS HOCCE DECORAT.

11.

In Legationem Polonicam:

Galea libro impoſita:
FULSIT UTROQUE.

12.

In vulnera bellica
Leo Rubeus:
HOSTIS PROPRIOQUE CRUORE.

13.

In celerem ludorum Equeſtrium peritiam Haſta:
LUDO PUGNÆQUE PARATA.

14.

In B. Herois monita ad milites in prælliis Caput Cervi armatum:
ARMA VACENT PEDIBUS.

15.

In exantlatos periculorum labores Hercules ſtans:
TURCARUM TERROR.

16.

In Chriſtiani nominis contra Turcas propugnationem Crux Dannebrogica in cœlis:
SALVAT QUAM DEFENDI.

ORNAMENTA verò fuere ſequentia. 1.) Ordo Dannebrogicus à Polono portatus (quia à bellis Danorum Sarmaticis originem duxit hic ordo.)

2.) In Clypeo legitur: TESTOR FIDEM ET FORTITUDINEM.

3.) Turca portans baculum Imperatorium fatetur in Clypeo; SENSI QUEM PORTO.

4.) Ungarus portans cassidem:

PRO ME cum BONUS
CONTRA ME cum MALUS
ESSEM.

Uberiorem B. Herois Biographiam exhibet Programma Academicum *Rectoris L. Joh. Mulenii* Medicinæ L. & Prof. Regii & in Collegio Consistor. Assessoris 11. plag. in fol. Pompam vero exsequialem reliquam *relationes menstruæ Havnienses Nov.*

D. XXI. Nov. In *Collegio Medicéo Dissertationem de Paradiso seu Horto Edenis* publicæ disquisitioni subjecit *Martinus Casparus Wolfburg Joach. F.* Respondente *Conrado Vincentio Rodriguez* 2. pl. 4. Cap. 1. de Nomine Paradisi & Edenis. Cap. 2. de Situ Paradisi. 3. de Paradisi spatio & amœnitate 4. de Arboribus Paradisi. 5. de fluviis Paradisi. 6. de Custodia horti post ejectionem Adæ posita.

Cæterùm hoc à variis tractatum est argumentum præter Commentatores & eos quos *Zimmerman* Florileg. P. I. p. 598. memorat, à v. g. *Joh. Frid. Nicolai Disp. de Paradiso; Dav. Christiani Theol. Gissensi* pec. Tract. *Joh. Hopkinsono Anglo in synops. de Paradiso*, in fasc. *Creenii, C. Kortholtio* (vel ejus Respond. *Irog. Arnkielio*) *Diss. de Parad. Kilon. Mag. Dan. Omeisio, de Paradiso & fluviis Paradisi, G. C. Kirchmayero in deliciis æstivis, Hottingero in Ennead. Diss. J. Michaelis, Halæ: Matth. Frid. Beckio de Eden, Ophir & Tarsis Jenæ. Joh. Vorstio in Synt. Nat. Alexandro in Hist. Eccl. V. T. C. Bussing in theoria Telluris & Paradisi contra Burnet. J. Hertinio* pec. diss. adjecti ei de Catarractis cœli. *A. Varenio: Huetio* de Situ Paradisi, *Steph. Morino diss.* de eodem præmissa opp. Bocharti, *Sal. Van Till* Diss. *de Situ Parad.* adj. comment. *in Malach. S. Maresio in Sylloge Disp.* conf. *W. Schickardi de Paradiso Judæo-Saracenico*; de *Arboribus Paradisi, G. Saldeno in otiis Theolog. de Arbore vitæ â Christ. Chemnitio*, à *M. Boccio & P. Holm* 2. *dispp. Lond. de Arbore Scientiæ Boni & mali à Chr. Chemnitio*, à *M. Chr. Dav. Ziegra* sub Præsidio *J. F. Mayeri* (unde duas fecit *Wildeshausen*

ſen in Biblioth. Diſpp.) *C. Lœſchero pec. Diſſ. de fluviis Paradiſi, J. Crauſero in Potamographia Paradiſiaca. de cuſtodia Paradiſi &c. Joh. Fabricii &c.*

D. XXVI. Horis antemeridianis novum *Friderico-Havnienſe Templum* ſolenni ritu inauguravit *D. Henricus Bernemannus Sælandiæ Epiſcopus SS. Theol. Prof. & Fac. Theol. Decanus.*

Horis ejusdem diei pomeridianis *in Collegio Medicéo Diſſert. ſecundam*, de *Erroribus Pictorum*, ventilandam propoſuit *Martinus Friſius Laur. Fil.* Reſpondente *Thorlefo Schaptio Islando.* 2. plag. in 4. qua disquirit de erroribus circa 1.) Arculam Moſis 2. Vitulum Aureum. Cap. III. 3. Uxorem Moſis. 4. Serpentem ignitum. Cap. IV. 5. Muros Hierichuntinos. Cap. V. 6. Adonibezech. 7. Maxillam à Samſone repertam.

D. XXIX. Horis antemerid. in *Collegio Regio* Problema Hiſtoricum de *ſtatua Simoni Mago Romæ poſita*, duabus adverſis orationibus *pro Regiæ menſæ beneficio* ventilarunt duo Regiæ Communitatis Alumni *Johannes Gudbrandinus Islandus* & *Johannes Grammius*, quorum ille quidem affirmativam cum *Baronio*, *H. Hammondo*, *P. Hallvixio*, *G. Spencero*, *G. Caveo* &c. hic verò negativam cum *Voſſio*, *Salmaſio*, *Valeſio*, *Spanhemio*, *Ittigio*, *Wonna* aliisque tuebatur.

Poſt meridiem in *Collegio Medicéo Theſes Opticas* publicè ventilavit *Laurentius Thom. Schive*, Reſpondente *Ottone Chriſtiano Lime.* 1. plag. 4.

Prodierunt etiam alia nonnulla hoc menſe ſcripta, utpote

1. *D. Henr. Mülleri* SS. Theol. Prof. & Superintend. Roſtoch. Hertzen-Spiegel in linguam Danicam translatum, quod ad ea verò, quæ in Germanico deerant, ſuppletum à *Johanne Winslow Petri* Fil. *Havniæ* 6. Alphab. 10. Plag. in 4to.

2. Treuhertziger Unterricht vor Chriſtliche Kriegs-Leute / wie Sie ſich der wahren Gottſeeligkeit und rechtſchaffenen Tapferkeit gemäß verhalten ſollen / aus dem Engliſchen überſetzt / 4. plag. in 12. ſampt treuhertzige Warnung wider alles leichtfertige Schweren / Fluchen und Verfluchen / womit der allerheiligſte Nahme Gottes gelä-ſtert / des Nechſten Ehre verunglimpffet / und des Fluchers Seele

in äuſſerſte Gefahr und Verluſt ihrer Seeligkeit geſetzet wird / aus dem Engliſchen / 1. pl. 12.

3. *M. C. I.* Steins Chronica Novi Teſtamenti oder Zeit-Buch des Neuen Teſtaments / 9. plag. in 8vo.

OTHINIÆ in FIONIA.

Nuper prodiit *Bartholomæi Deichmanni*, Wiburgenſis in Cimbria Epiſcopi, Concio funebris, in exſequiis *D. Thomæ Kingo*, Dni de Fraudegaard / Epiſcopi Fioniæ, (cujus mortem nunciavimus & vitam ex Programmate Academico deſcripſimus *Anno ſuper. p.* 220. *ſq.*) d. 29. Novembr. 1703. Othiniæ in *Templo D. Canuti* habita; hoc titulo: Moſis åre-minde fra Gud / Aarons ſorge-minde af Iſrael / og Juſvå ſaligheds-minde for Gud / foreſtillet eendeel udi fortalen af Zachar. 3. v. 1. eendeel udi Textens ord af Numer. XX. v. 29. 2. Alphab. ſ. plag. in fol.

KILONII.

Theodorus Daſſovius, Theologus & Philologus Cimbricus, publico Scripto (1½. pl. in 4to.) intimavit *Manuſcripta Hebræarum Græcarumque Rerum*, propediem in lucem publicam edenda. *Sectio* itaque 1. ſequentia *Manuſcripta Hebræarum Rerum* complectitur:

Prodibit primùm *Hiſtoria Hebræa in fol.* eo modo & ordine tractata, ut caput quodlibet in ſex dividatur ſectiones, v. g. caput de victimis in gente Judæa cæſis, in has dividetur ſectiones. *Prima continebit victimarum* hiſtoriam, quales illæ fuerint, quomodo conſecratæ, quomodo interdum amiſſæ, quomodo cum aliis beſtiis commixtæ, quomodo oblatæ, quomodo comeſtæ fuerint, *quæ holocauſtorum ætates*, qualia fuerint holocauſta, ſi de animalibus vel ſi de avibus caperentur, quomodo holocauſta vel cum aliis holocauſtis vel beſtiis aliis commutarentur, quomodo imponerentur iis manus, an etiam in excelſis, quæ beſtiæ ad holocauſta ineptæ fuerint, quomodo expiationes holocauſto-

cauſtorum intelligendæ ſint, quomodo & ubi mactarentur holocauſta, quomodo aſpergeretur ſanguis, & in quo altaris loco, quomodo detraherentur pelles, quomodo dividerentur holocauſta & non dividerentur, quomodo membra in altari diſponerentur, quomodo lavarentur inteſtina; *quomodo ſe habuerint victimæ ſi pro peccato* populi, vel pro peccato ſenatus ſummi, vel pro peccato ſacerdotis ſummi, vel pro peccatis aliorum *cæderentur*, quomodo victimæ pro peccato cedendæ cum aliis victimis commutarentur, quomodo lavarentur victimarum pro peccato ſanguines, quomodo tactus victimarum pro peccato alias res tactas afficeret, quomodo ſanguis victimæ pro peccato ſanguines aliarum victimarum antecelleret; *quæ ratio fuerit animalium pro reatu oblatorum*, quis fuerit reatus dubius, quis reatus certus, quis reatus ſenatus ſummi, ſi in doctrina erraſſet, quis reatus principis, an etiam ad illum pertineret reatus dubius, quomodo reatus homini deberet innoteſcere, quem reatum contraheret, qui audiverat exſecrationem, quem contraheret, qui noverat depoſitas eſſe opes, nec Synedrio indicarat, quem ille, qui tetigerat rem immundam, & deinde ſanctuarium ingreſſus res ſacras immundarat, quem contraheret ille qui jurarat; an victimâ unâ multi reatus diverſi expiarentur? an iidem reatus multoties repetiti unâ victimâ placarentur? quot fuerint reatus ſpecies, quod harum victimarum pretium, quæ victimæ pro reatu cum aliis victimis commutatio, quomodo hujusmodi victima non caderet ſub votum &c; *Quæ ratio fuerit ſacrificiorum ſalutarium*, cur ita vocarentur, quænam illorum eſſent ſpecies, quomodo differret ſalutare Naſiræi ab aliis ſalutaribus, quomodo ſe habuerint ſalutaria gratiarum actoria, quales fuerint illorum panes, quæ cum aliis commutatio, qualis comeſtio, quale reſiduum. Cur eccleſia non offerret ſacrificium ſalutare voluntarium, licet offerret debitum, cur etiam fœtus ſacrificii ſalutaris offerretur, quomodo imponerentur manus excepto paſchate, quid eſſet adeps operiens inteſtinum, & quomodo differret ab adipe diaphragmatis, quis eſſet adeps ſuper inteſtina, quomodo reticulum cum parte jecoris aufferretur, quod ſacrificia ſalutaria publica tantùm

tùm requirerent libamina, quænam animalia inepta ad ſacrificium ſalutare eſſent, de adipe caudæ, de adipe laterum &c. *Secunda ſectio continebit caſus conſcientiæ*, quæ circa victimas has movebantur, quales caſus moti ſint circa animalia cæſa, quales circa perſonas offerentes, quales circa edentes, quales circa victimarum ſanguines, quales circa adipes, quales circa deportationem extra templum, quales circa victimarum delegationem, quales circa victimas divitum & pauperum, quales circa victimarum fœtus, quales circa victimas votivas & voluntarias, quales circa ſacerdotum cogitationes & ſermones in immolandis victimis &c. *Tertia ſectio continebit ſententias Sacri Codicis, utriusque fœderis*, ex illa hiſtoria, quæ in hoc capite excutitur, altiori indagine explicatas, quæ magnâ copiâ adducentur, ut quantus hiſtoriæ Hebrææ uſus ſit in explicandis divinis literis jucundè conſtet. *Quarta ſectio continebit emendationes auctorum*, tàm Theologorum, quàm Philologorum, variarum nationum, & dignitatum, ſive ſint literatores Vinarienſes, ſive Palatini, ſive Saxones, ſive Tigurini, ſive Haſſiaci, ſive Pomerani, ſive Cimbri, ſive Angli, ſive Belgæ, ſive Galli, Romani, aliique quorum ſententiæ vel ex toto, vel ex parte, ex veteri hiſtoria ſine acerbitate corrigentur, & quomodo juvari interdum poſſint indicabitur. *Quinta ſectio continebit emendationem verſionum præcipuarum* tàm veterum quàm recentiorum, illas ſententias ſacri codicis non ad mentem hiſtoriæ veteris explicantium. *Sexta denique ſectio continebit conciliationes dictorum* ſacrorum, apparenter ſibi contradicentium, quæ conciliationes non ex conjecturis, ſed veteri hiſtoria inſtituentur. Petentur autem iſta omnia ex optimæ notæ autoribus Hebræis, qui veterem hiſtoriam incredibili ſolertia parique ingenio indagarunt v. g. *Miſchna*, *Salomone Jarchio*, *Moſe Maimonide*, *Obadiade Bartenora*, *Jom Tobh*, *Siphra*, *Moſe Kotzenſe*, *Jacobo Kaphelio*, *Joſepho Bar Iſaſchar*, *Elia Orientali*, *Iſaaco Abarbanele in legem*, *Moſche Alſchecho*, *Levi Ben Gerſone*, *aliisque*. Pari ratione omnia capita expedientur. Poſſent quoque adjici *veſtigia Hebræarum rerum*, quæ *in autoribus Græcis & Latinis* reperiuntur, ut evidenter pateat, ita in uſu fuiſſe Hebræis iſtas ceremonias, quas recenſemus,

quia

quia aliæ gentes Hebræorum consuetudinem imitabantur. *Imagines* denique adjici *satis numerosæ* possent, quæ res veterum Hebræorum oculis objicerent ad Hebræorum mentem, ex ipsorum libris petitæ, si quis esset qui sumptus liberali manu impenderet, & rem juvandi literariam inusitato aliquo desiderio teneretur.

§. 2. *Prodibit* 2. *Versio codicis Talmudici Menachoth, sive de muneribus frugum Deo oblatis, cum tota Gemara Babylonica in fol.* ubi (1) in quolibet capite præmittetur textus Mischnicus Latinè enuntiatus, & in certas classes divisus, (2) subjungetur versio totius Gemaræ, ut omnes Styli difficultates insertis parenthesibus tollantur, (3) ordo rerum, de quibus Hebræi disputant, in margine indicabitur, ut quot moveantur dubia, & quomodo expediantur singula, uno intuitu objiciatur oculis, & sic Gemaræ prolixitas non sit fastidio. Continet autem *Gemara disputationes in theses Mischnicas*, sive in decreta autoritate Hebræorum publica promulgata, ubi simul perspicuè intelligetur, quale sit Talmud Babylonicum, quod non tot fabulis multo minus blasphemiis scateat, sicut arbitrati sunt, qui illud non legerunt, sed quod innumeras contineat quæstiones ingeniosè & subtiliter evolutas, quæ veterem historiam Hebræam non modiocriter illustrant v. g. cùm disputatur de pugillo de munere capiendo, moventur quæstiones Gemaricæ, an pugillus capi ex vase terræ impositio posset, an pugillus uno in vase consecraretur, vel in duobus simul, an pugillus, ex omni vase atrii sacerdotalis caperetur, an pugillus capi etiam sinistra posset, an pugillus, si aliquid de eo deficeret, offerretur, quomodo pugillus caperetur, ne aliquid de manu decideret, &c. *Opus in Academia Oxonienſi olim elaboratum*, & cum doctissimo Judæo, Isaaco Abendana Medicinæ Doctore, qui Anglis erat in amoribus, studiosè collatum, dehinc revisum, & secundis curis auctum, quod clavis totius Talmudis vocari posset. Quantus labor fuerit, vel ex eo patet, quod duodecim ferè seculis à tempore collectæ Gemaræ nemo inter tot Academiarum Professores suscipere laborem hunc voluerit, sed aliqui tantùm excerpta attigerint, nemo vero Gemaram totam.

§. 3. *Prodibit* 3. *Lexicon Hebræum Emphaticum in fol.* ubi He-

bræarum vocum emphaſes ordine alphabethico ex hiſtoria explicantur magnâ copia; deinde loca biblica, in quibus illæ emphaſes occurrunt, enucleantur, ut quomodo ignorantia antiquorum rituum impedimento fuerit, quo minus innumera Scripturæ commata intelligerentur, luce clarius meridiana pateat. Collectæ ſunt iſtæ emphaſes ex *Maimonidis Jad Chaſaca*, *Maimonidis & Bartenoræ Peruſch Hammiſchnajoth*, *Lexico Aruch*, *Libro Sipbra*, *Piſcke Toſephoth Talmudis Babylonici* &c.

§. 4. *Prodibit* 4. *Verſio Commentarii Salomonis Jarchii*, *doctiſſimi literatoris Hebræi*, *in Exodum & Leviticum in fol.* collato ejus interprete *Elia Orientali*, ubi interjectis parentheſibus ſtylus facili & plana methodo explicatur. Quo in libro tota tabernaculi Moſaici ſtructura & totus templi Hieroſolymitani cultus diſcendi avido lectori exhibentur, ſimulque leges ſacræ, & politicæ Hebræorum, hactenus non ſatis intellectæ, enodantur.

§. 5. Prodibunt 5. *Codices nonnulli Miſchnici in* 4. *Latinè verſi*, *Juæ luci reſtituti*, *& à tenebris quibus ab aliis involvebantur liberati*, *v. g. Codex Babba Metzia*, qui agit de rebus inventis, de depoſito, uſuris, conductionibus, locationibus, commodato & mutuo, Codex *Babba Bathra*, qui agit de ſocietate in commerciis, de hereditatibus & ſucceſſionibus, de emptionibus & venditionibus, itidem in Academia Oxonienſi ductu Doctoris Iſaaci Abendanæ elaborati. Accedit *codex Miſchnicus de ſacrificiis Latinè expreſſus*, facili & perſpicua loquendi ratione. In quibus codicibus, quæ in commentariis Hebræorum reperiebantur, textui per interjectas parentheſes adjunguntur, ut textus eo melius intelligatur, ubi ſimul vera methodus, quomodo verti ejusmodi libri debeant, oſtenditur.

§. 6. Prodibunt 6. *in lucem Moſis Maimonidis tituli duo*, *nempe titulus de oblationibus* tàm victimarum quàm panum, *ut & titulus de ſiclis* Latinè enuntiati, cum verſione ſcholiorum *Joſephi Karonis*, & *Abrahami Ben David*, ubi ſimul *Ludovici de Compigne de Veil* verſio tituli prioris involuta & textu ipſo interdum obſcurior emendatur.

§. 7. Prodibunt 7. *Jom Tobh accuratæ commentationes* in titulum *de Juge ſacrificio*, *& titulum de Feſto expiatorio in* 4. ubi multa hacte-

hactenus incognita, & ab aliis Hebræis præterita, unà cum aliorum Hebræorum correctione magna copia & ubertate recenſentur, ut iſte ſcholiaſtes meritò primus habeatur inter illos, qui in Miſchnam commentati ſunt.

§. 8. Prodibunt 8. in 4. Holocauſta, victimæ pro peccato & pro reatu cæſæ, ut & victimæ ſalutares, ex libro antiquiſſimo *Siphra*, quem Judæi ferunt in oculis recenſitæ, ubi caſus conſcientiæ circa has res oborti eleganter deciduntur, & quod præcipuum eſt, ſingula ex textu Scripturæ probantur. Opus prolixum, & ex ſcholiis *Aharon Aben Chajim* ita in ordinem redactum, ut omnia ſint plana & perſpicua.

§. 9. Prodibunt 9. *Tituli duo Talmudis Hieroſolymitani cum tota Gemara Hieroſolymitana in* 4. nempe titulus *de ſolenni comparatione in feſtis*, & titulus *de primitiis*, ubi partim ex adjectis editioni Cracovienſi ſcholiis, partim ex *Jephe Mare* phraſes & res difficiliores explicantur, ut & hiſtoria & ſtylus facilè intelligantur.

§. 10. Ne autem faſtidium Lectori creetur, reliquæ verſiones omittuntur, quæ minoris momenti ſunt, v. g. verſiones *Geneſeos*, *Eſaiæ*, *Ezechielis* & Prophetarum minorum ferè omnium *libri Michlaljophi*, verſio *Davidis Kimchii* in Eſaiam, *Aben Eſræ* in *Geneſin*, *Abarbanelis* in Malachiam &c. potius illarum loco *feretur Judicium de novis verſionibus Miſchnicis*, quomodo vel clavi rerum, vel vocum illuſtrari poſſint, ut ab omnibus intelligantur, etiam iis, qui Hebræam phraſin non aſſequuntur; vel quomodo augeri poſſint verſionibus aliis, quarum non eſt injecta mentio v. g. Verſione *Pauli Riccii*, *Samuelis Clerici*, *Johannis Ullmanni*, *J. F. Fauſtii* &c. *vel formabitur judicium de imaginibus Hebræarum rerum*, quæ paſſim circumferuntur magno numero, & Judæis ipſis ſuſpectæ ſunt, ceu ex libris Hebræorum, res illas aliter delineantium, luculenter patet.

Sectio II. ſiſtit *Manuſcripta Græcarum Rerum*, quæ eidem reliquit *Balthaſar Stolbergius*, Profeſſor Græcarum Literarum apud Vitembergenſes. Illa verò hoc ordine leguntur.

Primum continet *Antiquitates Græcas*, quas ordine Alphabetico recenſet, ut quæ in dictis N. T. occurrunt earundem antiquitatum veſtigia, ex optimæ notæ autoribus Græcis, interpretetur. Opus

lectu jucundissimum, & valde proficuum, eo inprimis nomine, quod cum varias alleget interpretum sententias, optimam subjungat, & vim ingenii judiciique omnium calculo demonstret.

§. 2. Alterum Manuscriptum continet *Philologiæ usum*, ubi modus interpretandi sacros & profanos scriptores, per canones accuratos ostenditur, subjunctis cuivis exemplis idoneis. Opus nostra ætate lectu dignum, ubi multi sine adminiculis hermineuticis, & sufficiente linguarum notitia Scripturæ explicationem moliuntur, sed sæpius à scopo aberrant, & phrasibus sacris vim manifestam inferunt.

§. 3. Tertium Manuscriptum continet *Explicationem Matthæi*, ita adornatam, ut & phrases & res elegantiores ex autoribus Græcis tàm sacris quàm profanis adducantur, & variorum interpretum glossæ vocentur ad calculum, ac denique res ad votum lectoris decidatur. Præmittitur doctrina de lingua Evangelistarum originali.

§. 4. Quartum Manuscriptum continet *Prælectiones Academicas in Epistolas Paulinas*, v. g. in Epistolam ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, utramque ad Thessalonicenses, & ad Philemonem. Opus summa cura elaboratum, ut omnes ferè voces explicentur, ac de recentiorum Philologorum Græcorum animadversionibus prudenter judicetur, ut, quænam deserendæ, quænam tolerandæ sint, Lectori constet, ne novarum avidus opinionum in errorem circa fidem incidat.

§. 5. Quintum Manuscriptum continet *scholia Græco Latina in totum N. T. in fol.* in quibus multa contra neotericos & illorum detorsiones disputantur, & quomodo nec phrasis græca nec constructio ferre istiusmodi detorsiones possint, eleganter ac pulchrè ostenditur.

§. 6. Sextum Manuscriptum continet *Exercitationes*, quibus diatribe Sebastiani Pfochenii de linguæ Græcæ N. T. puritate, & ea quæ contra hanc disseruit Thomas Gatackerus, conferuntur & examinantur, quæque vera ab utroque afferuntur, explicantur plenius, ac defenduntur.

§. 7. Septimum continet *Supplementum Lexici Scapulæ*, ubi phrases græcæ N. T. ex autoribus græcis defenduntur, quæ in illo Lexico non attinguntur.

§. 8.

§. 8. Denique *Orationes Academicæ* hujus Viri celeberrimi edentur in publicum, quæ argumenta rariora multarum selectarum græcarum rerum continent, ut cum voluptate legantur, & ingenium, quod ei contigerat exasciatum, legentibus ostendant.

Dum ergò hæc *Desiignatio* nemini non salivam movere potest, Virum de Re Literaria præclarè meritum seriò compellandum esse censemus, ut fidem publice datam liberare atque spem de se conceptam omni ex parte implere haud intermittat, qui in eam inducimur spem, fore, ut reliqua *Manuscripta Rerum Theologicarum*, inprimis *Exegetica*, in fronte *Indiculi* promissa, pari ratione cum Eruditis communicentur.

Hisce autem egregiis Scriptis faciles & æquos apprecamur Bibliopolas, ac Viro celeberrimo otium & vires inconcussas.

Mense Novembr. Sub Præsidio *Samuelis Reyheri*, JCti, Cod. & Mathem. Prof. Ord. Disputationem Juridicam, de *Feudorum Origine & Libris* imprimis de *Codice Mericutiano*, defendit *Petrus Mummens*, Eidorostad. Jur. Stud. (pl. 2½.) cum figura quadam.

Disputatio hæc VI. Capitibus concluditur, quorum I. de variis Auctorum circa Feudorum originem opinionibus. II. de Auctoris Sententia. III. de Auctoribus, & libris Feudorum antiquioribus. IV. de recentioribus, & præcipuè de Antonii Mericutii, seu Mincuccii de Prato Veteri, nova collectione Bonnoniensi. V. de quorundam Dd. testimoniis & judiciis utilitatem hujus collectionis concernentibus, & denique VI. de aliis nonnullis Auctoribus agit.

Die VI. Decembr. Præside *Wilh. Huld.* Waldschmiedt/ Med. Doct. ejusdemque & Phil. Exper. Prof. Ord. Acad. Leopold. N. C. Collega, Respondente *Christiano Volprecht*, Martisburg. habita est *Disputatio Academica*, quâ disquiritur: *An Medicis impunè occidere liceat?* (const. 3. pl. in 4.)

Postquam Autor scommatis illius, quô Medicis impunè necandi licentia objicitur, causam atque originem, ab Hippocratis ævo derivatam, ostenderit, illudque Medicastros potius, quam Medicos genuinos & conscientiosos, ferire, demonstraverit; in eo est, ut tam adductis rationibus, quã exemplis Medicorum, ob rem ma-

lè geſtam ultimo ſupplicio affectorum, comprobet, nec licere Medicis contra vulgare proverbium occidere, nec Leges quoq; ullam ipſis impunitatem concedere. Deinde diſquirit, an non dari poſſit caſus, in quo Medico optima cum conſcientia liceat occidere? v. g. & quidem I. *an liceat, homini ad ſupplicium damnato porrigere pharmaca, de quorum efficacia atque indole certior eſſe cupit*? ſicuti de Medicis Venetis refertur, quod in probanda Theriaca & Mithridatio experimenta inſtituerint in hominibus ad mortem damnatis, & â Magiſtratu ipſis conceſſis, II. *Num, pro acquirenda ulteriori interraneorum notitiâ*, Herophili, Eraſiſtrati, Berengarii Carpi, aut etiam Chirurgi Patavini, (cujus integram hiſtoriam & Juris proceſſum germanicô idiomate prolixè recenſet) veſtigiis inhærendô, *poſſit homines vivos diſſecare*? Primam quæſtionem, cum dubiæ fidei relationi ſit ſuperſtructa, reſponſo indignam cenſet. Anatomiam vero iſtam, tanquam crudeliſſimam, & ad carnificis, non Medici, officium pertinentem, deteſtatur; imò, ſi quis forte ex errore corpora vivorum, pro mortuis tn. habitorum, v. g. hyſtericarum, incidat, eum neque â crimine excuſari poſſe, exemplo Veſalii demonſtrat. Ad III. *an liceat hominem miſerrimè decumbentem, mortique proximum, vel in prælio graviſſimè vulneratum*, ac manifeſta putredinis jam incipientis indicia exhibentem, *ad beatam analyſin promovere*? reſpondet: Non licere violentis manibus, aut remediis, divinum turbare judicium, quod neminem mortalium attinet. Ab hoc tandem ad IV. devolvitur caſum, ſequenti incluſum quæſtioni: *An* nempe *in Puerperio deſperato, ad ſalvandam matrem, Medicol. etiam Chirurgo liceat, fœtum cum vitæ damno extrahere*? & adfert quidem negantium atque affirmantium rationes; propriam vero ſententiam ſuſpendit, ac cuilibet potius ſecundum conſcientiam ita agendum ſuadet, ut vitæ mortisque arbitro rationem actorum reddere poſſit. Coronidis loco de facultate illa occidendi, quæ Medicinæ Doctoribus, in Academia Monſpelienſi creatis, ſolenniter tribuitur, paucis diſſerit: explicando nimirum ſolitæ illius acclamationis: *Vade & occide CAIN*, vel, ut alii malunt, *CALM*, ultimum verbum, (cujus ſingulæ literæ unum ſignificare volunt verbum,) cum *Rouzæo*: per *Vade & Occide Carmelitas, Auguſtinenſes, Jacobitas* aut *Jeſuitas, Minores fratres*; vel cum autore *Antidoti Melancholiæ*: *Caupones, Arabes, Judæos, Mahumetanos*; vel cum aliis: *Catalepſin, Apoplexiam, Ileum, Nephritidem*, tanquam mor-

morbos gravisimos; vel ex mente *Ammanni: Crapulam, Avaritiam, Invidiam, Mendacium* aut *Negligentiam*; vel, si longius hæc petita, & vi quasi accersita, quis existimaverit, fortè per *Cain*, hominem invidum aut invidiam medicorum; quam Medico Christiano eradicandam, & quasi occidendam his admonent verbis: VADE ET OCCIDE CAIN.

D. XIII. Decembr. Præside *Georgio Paschio*, Artis rationis, Philos. Primæ ac Moralis Professore Ordinario, de *Fictis Rebuspublicis*, in Auditorio Majori disputavit *Henricus ab Ahlefeld*, Eques Holsatus. (4. pl.) Circa quam elegantem & singularem materiam ita versatur auctor, ut in §. 1. moneat, in societate bene constituta tres numerari classes, *Sacri chori*, *Fori & Tori*, id est *Ordinem Ecclesiasticum*, *Politicum & Oeconomicum*, qui status in lingua nostra vernacula vocantur, der Lehr- Wehr- und Nähr-Stand. Hos docet niti auctoritate instituentis Dei, dum in primo parente Adamo latuit & Regia dignitas, & Ecclesiæ flos, & Oeconomiæ conjugiique semen, qui ordines per seriem Patriarcharum continuati, misique ab instauratione mundi, & reparatione generis humani in secula, usque ad nostram ætatem propagati sunt. Sibi in præsens sermonem esse de Statu Politico Auctor indicat. §. II. Hæc movetur quæstio: *Num si homines in statu integritatis perstitissent*, multiplicatis ita cum tempore Adami posteris, ut paradisi limitibus contineri amplius non potuissent, *Politia aliqua fuisset expectanda*? de qua controversia Auctor nihil certi definire voluit, sed totum negotium ita componere: Quicquid est, inquit, si extitisset in statu integritatis Politia, optima ejus & perfectissima ratio fuisset, expers omnis abusus, defectus, imperfectionis & coactionis; quin summa ibi viguisset harmonia, in directione ordinata consistens. Dehinc inquiritur: *Quomodo status naturalis differat à legali*? moneturque statum legalem non esse appellatum à lege naturæ, sed à legibus positivis humanis, quarum usus nullus esset, si homines notitias naturales sponte explerent, nec spreto amore virtutis, & posthabita honestatis directione per vim cogi mallent. Mox ipse Auctor format dubium: *Quid prosit status naturalis, in idea & contemplatione consistens*? Et respondet sibi ipsi: Satis est, posse nos ex tali idea

idea æstimare gradus perfectionem in rebus, extra mentem existentibus, cum quo magis minusve accedit aliquid ad illam ideam, eo magis aut minus perfectum censendum sit. §. III. Hæc traduntur: Cum status naturalis se habeat instar normæ, sunt secundum illum a viris eruditis excogitatæ certæ Respublicæ, quæ ideo *Fictæ* appellantur, quia non repræsentant statum revera existentem, sed qualis esse & existere deberet. Cujus argumenti contextæ variæ relationes satis elegantes. Ac initio quidem de *Odyssea & Iliade Homerica, politici generis commentis poëticis, de Virgiliique Æneide* varia adducuntur, ac inter Homerum atque Virgilium comparatio instituitur. §. IV. In Scenam protrahitur *Xenophontis κύρου παιδεία*, sive de *vita & disciplina Cyri Opus*, quod non scriptum est ad historiæ fidem, sed ad effigiem justi imperii: cui mox subjicitur *Platonis idea perfectæ Reipublicæ*, verum secundum cujus institutionem tum demum homines vivent, cum aliqua civitas existet, solis sapientibus habitata. §. V. Docetur post Platonem, qui imaginariæ Reipublicæ formam consignavit, primum fuisse Thomam Morum, Angliæ Cancellarium, idque præstitisse eum in scripto, cui *Utopiæ* nomen. De eo varia exhibentur judicia, quod inprimis laudandum propter narrationem verisimilem, unde nonnulli viri docti persuasum habuerunt, veram orbis partem esse *Utopiam*. §. VI. Disseritur verbosius de *Jacobi Bidermanni Utopia*, de *Thomæ Campanellæ Civitate Solis*, de *Inckhoferi Monarchia Solipsorum*, *Novisque Solymis*, Londini publicatis. Itemque de *Franc. Bacon.* de *Verulamio Novo Atlante*, de *Cordesii a Verimund* i. e. *Jacobi Dornkrellii Politia vere beata, imo beatissima*, de ejusdemque *Politia Amoris vere Christiana, & summe beata*. §. VII. Exhibetur libellus, cui titulus: *Mundus alter & idem*, ejusque potiora capita recensentur. Huic additur libellus alius, inscriptus: *Nouveau Voyage de la Terre Australe, par Jaques Sadeur.* Liber de *populis Terræ Australis incognitæ, quos auctor Sevarambes nominat*, omnibus notus est, de eoque variorum sententiæ proferuntur. Ad extremum indicantur adhuc sequentia tria opuscula: *Caspari Stiblini Evdæmonensium Respublica*, *Chorographiæ Chimericæ*, & *Itinerarium in Utopiam Topicam*, atque ita jucundissimæ Dissertationi finis constituitur.

(o)

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis APRILIS A. M DCC V.

ROSTOCHII.

DIE VII. *Febr.* Præſ. *M. Joh. Joach. VVeidnero*, V. D. Miniſtro, *Conſtantinum M. ſuperato Maxentio Romæ Triumphali Pompa acceptatum*, quoad priores paragraphos, publicæ disquiſitioni exhibuit *Georgius Tiſcherus*, Hamb. J. U. C. (*pl.* 3¾.)

Conſpectus hujus Diſſertationis, prout in frontiſpicio ejusdem legitur, ita ſe habet: Præfamen fanaticam Arnoldi ſententiam de bello inter Chriſtianos non licito applicat. §. 1. Diviſo imperio Licinius cum Maximino præviis turbis conciliatur §. 2. Sed Maxentius contra Conſtantinum molitur bellum, & hinc Africanum Alexandrum punit, regionesque crudeliter diripit. §. 3. Conſtantinus ergo cum Licinio conjunctus ad preces miſerorum aggreditur tyrannum: §. 4. & Maxentius Maximino conſtricto ſemet atrociter communit. §. Conſtantinus omina experitur gentilibus ſimul cognita. §. 6. & crucis prodigium, gentilibus adeo infeſtum. §. 7. Totam expeditionem aliqui ſuccinctè deſcribunt; §. 8. ſed accuratius inquirenti conſtat, quod Seguſium fuerit primò occupatum. §. 9. Poſtea in Taurinis campis copiæ Maxentianæ ſunt profligatæ. §. 10. & has ad Brixiam conſidentes fugavit Victor, ut Veronam confugerent. §. 11. Urbem hanc fortiſſimam commeatu ac ſubſidiis excluſam, anguſtiavit, & Ruricium novo exercitu advenientem denuo fudit. §. 12. Sub-

miſere ſemet Heroi Aquilejenſes, aliæque ditiones & Verona pertinaciæ ſenſit vindictam. §. 13. Mutina itidem reſiduisque provinciis emenſis in conſpectum Romæ Conſtantinus devenit. §. 14. Tyrannus contra Romam habet, & diabolicis auguriis ac aſſentationibus confortatur. §. 15. Quinquennalia parans prudentioribus crudeliter ſuppreſſis, plebis affectat ſtudia, & pontem conſtruit fallacem, §. 16. militibus repreſſis, denuò copias obviam mittit, Româque exire detrectat. §. 17. His itidem perditis, cogitur, qui conſulto Diabolo & Sibyllinis libris exeat Roma. §. 18. & copiis Conſtantini admotus, deſperatam format aciem; §. 19. ſed nihilominus victricibus Conſtantini cedere armis cogitur, §. 20. fugatusque pontem falſarium adit, §. 21. ac inde præceps fluctibus abripitur. §. 22. Comperta morte tyranni omnis Roma exultat & recreatur. §. 23. Conſtantinus Victor non Diis immolat, ſed Chriſtum profitetur, §. 24. ejusque Crucem ſuper manum ſtatuæ collocatam lemmate illuſtrat. §. 25. Nec contradicunt Romani, Idololatriæ graviter adſueti, ſed arcum triumphalem potius Victori formant.

D. XIV. Ejusd. Novum Philologiæ S. Specimen exhibens *Harmoniam Pauli & Moſis circa Jacobum filiis Joſephi benedicentem*, ad Gen. XLVIII. & Ebr. XI. 21. expoſuerunt *Albert. Ioach. de Krackevitz*, D. & P. P. & *Iohann. Chriſtoph* Freſe / SS. Th. Stud. (pl. 2¼.)

Autor hujus diſſertationis §. 1. ex Geneſ. XLVII. integram hiſtoriam exhibet, à qua §. 2. procedit ad Ebr. XI. 21. & varias verborum horum translationes, nec non §. 3. ſqq. potiores Interpretum circa illa affert ſententias, quibus §. 7. novam quandam hujus dubii ſolutionem ſubjicit, cujus ſumma huc redit: Scil. *Apoſtolum Paulum per totum caput XI. Epiſt. ad Hebr. ſingularia fidei ſpecimina expoſiturum, adduxiſſe quoque exemplum Iacobi, & quidem, in quantum virtus hypoſtaticæ fidei Iacobeæ in eo eluxerit, quod non modò utriq; filiorum Joſephi benedixerit*, ſed quod inprimis Juniori Ephraimo & honore & benedictione primas dederit; *Et hoc voluiſſe Apoſtolum exponere, quando ſcribit:* καὶ προσεκυνησεν ἐπὶ το ακρον της ῥαβδου αυτου, quam ſolutionem §. 8. *variis argumentis* probare allaborat.

D. XXI. Ejusd. Præſide *D. Henr. Aſcan.* Engelken / PP. & Reſp. *Petro*

Petro Nicolao **Lüders** / Rehna-Meckl. *Undecima* in B Schomeri Collegium Anti-Socinianum Disputatio exhibens Cap. XVI. de *Sacramentis* in genere, & C. XVII. de *Baptismo*, ventilata fuit. (pl. 3½.)

D. XXII. Ejusd. J. Dom. Esto Mihi, Rector Acad. Rostoch. *Matthias* **Stein** / J. U. D. & Cod. PP. Cives Academicos ab impia Bacchanalium festivitate avocaturus Progr. publico, in quo 1. *Petri Epist. II. v.* 24. explicatur, Passionem Christi, velut incitamentum Christianarum virtutum, meditationibus eorum proposuit. (pl. 1. in 4to.)

GRYPHISWALDIÆ.

Mense Decembr. Jeremias Papke, Profess. Mathem. Ord. & Resp. *Johannes Wendt*, Anclamensis, Phil. & Theol. Stud. Disputat. priorem de *Architectura militari* proposuerunt. (pl. 2½.)

Laudatâ §. 1. architecturâ civili & militari Autor §. 2. quæstionem hanc: *num ex usu Principis sit, urbes munimentis cingere?* pertractat, & pro affirmativa, contra Bodinum & Machiavellum §. 3. pugnat. §. 4. in archit. milit. originem inquirit, quam studio, se suamque libertatem conservandi ac tuendi, petito à palæstra gladiatoria §. 5. assignat. §. 6. sq. munimenta veterum, sepimenta scil. & §. 8. varias machinas bellicas sistit, contra quas muros §. 9. 10. & turres fuisse excitatas §. 11. & 12. ostendit. §. 13. antiquum oppugnandi modum pulveris nitrati inventione (de qua consuli potest *M. Godofr. Jalofky*, Uratisl. Dissertatio de *Inventore pulveris pyrii & bombardæ*, Resp. *Tobia* **Walts-Gott** / Uratislav. in *Acad. Jenensi* 1702. ventilata pl. 6.) valdè fuisse immutatum, dicit, hujus enim beneficio præter alia damna muris ruinam (breche) cominus induci, ædificiisque tam sclopetis, quàm globis ferreis decumanis (bombes) magnam cladem posse inferri. §. 15. valla, quæ Venetos autores agnoscunt & errores circa ea §. 16. notat. §. 17. munimenta regularia & irregularia sistit. §. 18. scopum munimentorum attendit, qui ut obtineatur varias §. 19. observationes mathematicas suggerit. §. 20. de defensionibus munimentorum, §. 21. forcipulæ angulis, §. 22. magnitu-

dine defenſionis, §. 23. ſq. figurâ ad forcipulæ angulos formandos accommodatiore, nec non de artis hujus ἀναβάσει ſ. incremento agit, & reliqua in Diſſertat. ſequ. rejicit. In fine XV. theſes, maximam partem ex Aſtrologia petitæ, conſpiciuntur. Præter citatum §. 24. Leonhard. Chriſtoph. Sturmii tractatum de *Architectura militari hypothetica & eclectica*, *Norimbergæ* 1702. editum, Adamus Freitagius *Architecturam militarem* appoſitis figuris *Lugd. Batav.* 1635. evulgavit.

D. X. Januarii Joh. Schackius J. U. D. & PP. *Theſes Juridicas* ex Compendio Lauterbachiano ad *Tit. II. III. & IV.* propoſuit Reſp. *Auguſtino Caſp. Behrens*, Gryphisw. (pl. ½.)

D. XXIV. Ejusd. ad *Tit. IV.* Reſp. *Chriſtiano Knütelio*, Langwedela-Bremenſi. (plag. ½.)

D. XXXI. Ejusd. ad *Tit. IV. V. & VI.* Reſp. *Joach. Völſchovio*, Gryphisw. (pl. ½.)

Die VII. Febr. ad *Tit. V. & VI.* Reſp. *Joh. Siegfriedo* Menge! Siſ. Weſtphalo. (pl. ½.)

D. XIV. Ejusd. ad *Tit. eosdem* Reſp. *Ioh. Ge. Hillemayero*, *Sedin.* (pl. ½.)

D. XXI. Ejusd. ad *Tit. VII.* de *Legationibus* Reſp. *Erico Paulo Behrens*, Loizâ-Pomer. (pl. ½.)

Brandanus Henricus Gebhardi, D. & PP. datam in *prima* (quam *pag.* 11. indicavimus) *Diſſertatione* fidem liberaturus.

D. XXVIII. Jan. iterum *Vindicias quorundam Locorum Hebræi Textus*, ſcil. *Pſ. XXII.* 17. & 2. *Pſ. XL.* 7. *XCVI.* 10. oppoſitas *Paulo Pezrono*, Reſpondente *Gothofredo Hoppio*, Pinnovienſ. Pom. exhibuit. (pl. 3½.)

D. VII. Febr. Pſ. CX. 3. 4. *Jerem. XI.* 19. & *Zach. IX.* 9. 11. Reſp. *Nicolao Freſe*, Altenvehr. Rug. (pl. 3½.)

D. XIV. Ejusd. Amoſ. V. 26. *Joh. XIX.* 25. 26. *Job. XXX.* 1.-10. Reſp. *Balthaſ. Alberti*, Sacr. Lit. & Phil. Cult. (pl. 3½.)

D. XXI. Ejusd. Eſ. LVII. 1. 2. & *LIII.* 8. *Gen. XVII.* 14. Reſp. *Joh. Adamo Vehrio*, Stralſundenſi, (pl. 3½.)

REGIO-

REGIOMONTI.

D. XXVII. Jan. M. Paulus Rabe, Log. & Phil. Prim. PP. Ord. Disputationem Logicam de *Categoria Qualitatis, ut & cæteris Prædicamentis*, Resp. *Christiano Deutsch*, Reg. Pruss. habuit. (pl. $2\frac{1}{2}$.)

D. XXXI. Ejusd. M. Dav. **Vogel** / Dissert. Historico-Chronologicam de *Festo Nativitatis Christi* proposuit, Resp. & Autore *Henr. Schwartzmeyero*, Hieropolit. Pruss. S. Th. & Phil. Studioso.

Mense Februar. Bernhardus **von Sanden** / S. Th. D. & PP. Ord. tertius, *Decadem XXV. Thesium Controversarum* ex Loco de *Peccato* selectarum publicè ventilandam exhibuit, Resp. *Marco Naunyn*, *Ragnit.* Pruss. (pl. $3\frac{1}{2}$.)

D. II. Ejusd. sub Præs. *Joh. Stein* U. J. D. & PP. Ord. Auctor & Resp. *Christ.* **Gottfried Göritz** / *Reg.* Pruss. Diss. Jur. de *Silentio* habuit, cujus materia in 4. Capita est distributa. In Introitu vocis Silentii notationem ex latino, hebraico, græco & germanico idiomate deducit, & silentium taciturnitati contradistinctum describit, quod sit cohibitio linguæ ad non communicandum cogitationis conceptum. Dividitur in naturale & artificiale, quod ad tempus simulatur: quod vel laudabile vel vituperabile est, hocque iterum vel ex beneplacito vel pœnale. Silentium ex beneplacito est vel apertum vel probabile. CAP. I. de *Silentio naturali & artificiali aperto.* Nomine silentii naturalis hic insignitur ille defectus linguæ, quo quis vel à natura vel à casu loqui impeditur, & proponitur Quæst. An à nativitate muti possint contrahere matrimonium? disjectis dubitandi rationibus, affirm. ex ea potissimum ratione, quia iste, si non verbis, attamen factis consensum suum exponere potest, adeoque ei & adoptandi, non tamen tutelam administrandi licentia conceditur, eamque omnibus modis licitis sibi acquirere posse asseritur. Ex Jure Feud. affertur Quæst. an mutus feudum acquirere possit? rationibus negandi dissolutis affirmatur. Silentium artificiale dividitur in laudabile & culpa non carens. Illud est quando ex prudentia cohibetur lingua, quod in Consiliariis maxime requiritur, ut tempestivè & prudenter sileant: item & in Judicibus ut in si-

lentio partes litigantes ſine interpellatione audiant: Collegarum vota non propalent &c. Q. an Judex delictum ſibi ſoli ſub fide ſilentii in aurem dicti toti judicio indicare teneatur: in utramque partem diſputatur & affirmatur ex hac præcipuà ratione, ne alias delicta maneant impunita. Aſt ſi advocatus ſibi ſub fide ſilentii concredita manifeſtaret, prævaricator exiſteret. Teſtis quoque ſilere & quod tulit teſtimonium aliis propalare non debet. Artificialis ſilentii exempla ex jure militari afferuntur, quod conſilia, itinera, ordinationes aliaque arcana hoſti reticenda ſint ſub pœna graviſſima. A re militari tranſitus fit ad ſilentium Theologicum & proponitur Quæſtio: utrum Confeſſionarius id quod in confeſſione ſibi manifeſtatum eſt ſilere teneatur? affirm. præcipue ſi delictum jam ſit commiſſum, & notatur pertinacia Pontificiorum etiam delictum committendum in auriculari confeſſione illis manifeſtatum, reticentium. In Medicis iſtud quoque requiritur ſilentium, ne evulgent morbum ægri, ex quo ejus fama vel exiſtimatio diminueretur. Chirurgus tamen vulneratum in duello denunciare tenetur ex Edicto in Pruſſia contra duello lato. Occaſione proverbii, Muſæ amant ſilentium: Q. An artifices ſtrepiferi poſſint cogi, ſuis ædibus cedere, ſi Doctor aut Studioſus per iſtum ſtrepitum à ſtudiis avocaretur? affirmatur. CAP. II. de *Silentio laudabili atque iis, per quæ introducitur ſilentium apertum.* Illaudabile ſilentium dicitur quod vituperium meretur, ut ſi parentes ad liberorum facinora ſilent aut alii delicta aliorum obnubilant, aut non indicant: Liberi clandeſtina ſponſalia contrahunt &c. aliaque exempla adducuntur eorum qui per ſilentium indebitum pœnam & reprehenſionem merentur. Actus ſilentium apertum inducentes recenſentur (1) Neutralitas, cum quis dubius neutri parti adſtipulatur, quod in quæſtionibus philoſophicis, non tamen in Articulis fidei licitum eſt. Utrum Judici liceat neutralitatem eligere, & judicium ſuum ſuſpendere, ubi utriusque litigantium rationes ipſi probabiles videntur? affirm. in cauſis parvi, neg. in cauſis magni momenti (2) Amneſtia quæ ſilentium & oblivio eorum eſt, quæ utrinque dicta factaque ſunt, locum habens præcipuè in bellis civilibus, ſed per applicationem in externis

ternis ſopitis. Imo aliquando etiam privatis litigantibus ſolet imponi (3) Induciæ, eæque vel bellicæ vel forenſes quibus vel armorum ſilentium vel debitori mora inducitur, ne à creditoribus intra certum tempus conveniatur (4) Transactio aliique modi remiſſivè recenſentur quibus ſilentium inducitur. CAP. III. de *Silentio probabili ex R. J. Canonici qui tacet conſentiri videtur.* Hæc regula applicari tantum poteſt iis qui expreſſe conſentire poſſunt, non aliis. Hi namque aliis, quoque ſignis voluntatem ſuam tacitam exponere poſſunt circa quæ ſigna tamen non ſemper conveniunt DD. ut plurimum, in tribus regulis continentur (1) quando quis tacet cum tacere non debuiſſet. (2) ſi prohibere potuiſſet ne contra ſe aliquid fieret (3) ſi tali quid agit ex quo conſenſum ſuum elici ſcivit: his caſibus tacite conſenſiſſe videtur. E. G. qui in diverſorio ad menſam hoſpitibus ſtratam adſidet etiam ſi cum exercitore diverſorii nullum verbulum de pretio fecerit, nihilominus tamen ad id tenetur. CAP. IV. de *Silentio rerum.* His uti in S. Scriptura & apud Oratores & poëtas: ita & in Jure ſilentium figurate tribuitur E. G. uti tacita hypotheca &c. (Diſp. conſtat 3. plag. in 4to.)

D. IV. Ejusdem M. Joh. Böſe / Reg. Pruſſ. de *illuſtri actionum humanarum Principio, Proæreſi,* pro receptione in FCtem diſputavit Reſp. *Daniele* Böſe / Phil. & LL. Stud. Fratre (pl. 3½.)

D. V. Ejusd. M. Paulus Rabe / PP. de *Categoria Quantitatis* diſputavit *Reſp.* eodem *Daniele* Böſe / (pl. 2.)

D. XIX. Ejusd. Sub eodem Præſide, de *Categoria Relatorum* diſſeruit *Joh. Theodorus* Wahrt / *Reg.* Pruſſ. (pl. 2.)

NARVÆ

D. III. Auguſti Johannes Rungius, Narvenſium Superintendens, ſeptimana ante expugnationem urbis obiit, cujus vitæ curriculum ſic ſe habet. Natus eſt Anno *1666.* in Loimajoki, Patre tum ſacellano, poſtea Paſtore ibidem, ſtudiis invigilavit non extra Aboam, ubi *1691.* & Miniſterio ſacro initiatus, & honores magiſteriales adeptus eſt, exponens in actu promotionis naturam fluxus & refluxus maris. Munus Lectoris in Schola Cathedrali

Abei

Abei 1692. demandatum, designatus postea A. 1696. Pastor in Tyrwis. Extraordinariam Professionem Theol. suscepit Anno 1697. Anno sequenti factus est Pastor in Nummis. Anno 1699. verò in Lundo. Anno 1700. concredita ipsi Professio Log. & Metaph. Anno 1701. confirmatus Narvensium Superintendens, eò postquam gradum accepisset in Theologia 1703. profectus. Studiosus adhuc disputavit de *miraculis aquarum.* Candidatus de *sede animæ*, pro Doctoris titulo exhibuit *Zelum vindicem gratiæ salvificæ ordinatæ circa ruinam Israëlis inordinati conspicuum* ex *Rom. IX. X. & XI.* delineatum.

ABOÆ.

D. XVI. Martii 1704. mortuus est *Christiern Alander*, cujus vitæ rationes tribus verbis addimus. Natus est A. 1660. promotus 1682. Profess. extraord. & mox ordinarius Eloqu. Anno. 1692. ex XVI. Orationibus, quas recitaverat, typis vulgatæ sunt de *Alandia*, *Flores* & *Basia* in Comitem Wallenstedt, in Nativitatem Regis Beatiss. CAROLI XI. Parentatio in Baronem & Satrapam Creutz. Pro gradu Magisterii disputavit de *Subtilitate.*

D. XI. Junii Nicolaus Vallerius, Medicin. Doctor & Professor obiit, qui circiter annum 1666. Lincopiæ natus Patre Rectore Scholæ, & designato Pastore Monasterii Wretensis. Upsaliæ primùm studebat, & in laboratorio chymico Regio sub directione Archiatri Urbani Hierne. Dein regiis stipendiis suffultus Lugdunum Batavorum se contulit, proximas simul invisens Academias & urbes, ibi disputavit de *Mammis*, & Promotore D. Vallan Medicinæ Doctor creatus 1699. A. sequente Profess. Medicinæ Aboæ declaratus, de *Elephantiasi* opus exorsus morte præventus imperfectum reliquit.

CATA-

CATALOGUS

Veterum ex argento Nummorum Anglo-Saxonicorum,

In Muſeo

NICOLAI KEDERI,

Regii Antiquitatum Sueo-Goth. Coll. Aſſeſſoris, curioſè aſſervatorum,

Ab hoc ipſo Poſſeſſore concinnatus.

Nummus 1.

BERHTVLF REX. Caput Berthulfi, Merciæ Regis, diademate cinctum, obliquum, à parte dexterâ conſpicuum.

DENEHEAM. Crux mediocris, in qua rami duo anchoræ inſtar ſunt uncinati, & duo recruciati.

Numm. 2.

BVRGRED REX. Caput Burgredi, ultimi Merciæ Regis, diadematum, patente intuentibus parte dexterâ.

CVNEHL MONETA.

Numm. 3.

EADWEARD REX. Caput Edwardi Senioris, Regis Angliæ, diadematum, à parte dextrâ viſibile.

BURDEN MEC FECIT. Tres ordine transverſario parvæ cruces.

Numm. 4.

EADWEARD REX. Caput Edwardi Senioris, diademate cinctum, à lævâ parte conſpiciendum.

MANNA. MANNA. Tres parvæ cruces transverſè ordinatæ.

Nummus 5.

EADGAR REX ANGLOR. Caput Edgari diadematum, à lævâ conſpicuum.

MAN M̄O WINTONI. Crux exilis.

Numm. 6.

EADWEARD REX ANGLOR. Caput Edwardi Martyris diadematum, à ſiniſtrâ parte viſui patens.

WINTSIGE M̄O WINTO. Parvula Crux.

Numm. 7.

EDELRED REX ANG. Caput Ethelredi, cum neſcio quo tegmine ſtriato, à ſiniſtro latere adſpiciendum.

ÆLFWINE O LVD. Crux magna, ad ſingulos exitus ternas quaſi lunulas averſis cornibus, & prope umbilicum duas Lunas majuſculas, hinc nempe creſcentem, illinc decreſcentem habens.

Numm. 8.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Ethelredi caput galeâ (ut apparet) opertum, à lævâ repræſentatum.

ÆLFRIC MO O BATH. Crux grandis, ſingulis brachiis in tres quaſi lunulas dimidias averſas exeuntibus.

Nummus iſthic octavus & qui proximè ſubſequuntur 18. epigraphe duntaxat partis averſæ inter ſe diſcrepant.

Numm. 9.

ELFWI MO O BVCCI.

Numm. 10.

ÆLFWINE MO O OXNA.

Numm. 11.

ÆSCMAN MO O LINC.

Numm. 12.

ÆTHELM MO O CISE.

Numm. 13.

ÆTHELWERD MO LVND.

Numm. 14.

ÆTHELWIG MO O SCEFT.

Numm. 15.

BYRNSIGE MO O WÆRI.

Numm. 16.

BYRNSIGE MO O WIN.

Numm. 17.

EDRIC MO O EAXE.

Numm. 18.

EDSIGE MO O ROFEC.

Numm. 19.

GOD MO O EAXEC.

Numm. 20.

LEOFNOTH MO O LÆWE.

Numm. 21.

LEOFWINE MO LEGC.

Numm. 22.

SÆWINE MO O WILT.

Num-

Nummus 23.
SPILEMAN MO HAM.

Numm. 24.
THVRSTAN MO EOFR.

Numm. 25.
WVLFSIGE MO EAXE.

Numm. 26.
WYNSIGE MO O SCRO.

Numm. 27.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Ethelredi nudum, à latere ſiniſtro conſpicuum.

BYRNTNOTH MO O WINT. Crux medioxima, quam in quatuor interſtitiis totidem ſtipant elementa vocem CRUX componentia.

Numm. 28.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Ethelredi ſiniſtri nudum addito ſceptro in ſummitate tribus ornato globulis, in Δ literæ quaſi ſimilitudinem diſpoſitis.

ÆLFRIC M-O GRANT. Crux mediocris cum interpoſito vocabulo CRUX.

Nummus hic & proximè ſequentes 26. non niſi partium poſteriorum inſcriptionibus differunt.

Numm. 29.
ÆLFRIC M-O SVTHGE.

Numm. 30.
ÆLFSTAN M-O LVN.

Numm. 31.
ÆLFSTAN M-O TOGA.

Numm. 32.
ÆTHELRIC M-O BATHA.

Numm. 33.
ÆTHERED M-O LVNDO.

Numm. 34.
BERNMÆR M-O ROF.

Numm. 35.
BERNTNATH M-O WIN.

Numm. 36.
BYRNTALF M-O SVTH.

Numm. 37.
BYRNTRIC M-O SVTHG.

Numm. 38.
CYTEL M-O EAXE.

Numm. 39.
CYTELMAN M-O GIWES.

Numm. 40.
EADSIGE M-O ROFE.

Numm. 41.
EADSIGE M-O WINT.

Numm. 42.
EADWERD M-O THEOD.

Numm. 43.
EADWOLD M-O CÆNT.

Numm. 44.
EADWOLD M-O THEOD.

Numm. 45.
EDSIGE M-O LVND.

Numm. 46.
EDWINE M-O EAXEC.

Nummus 47.
ELEMOD M-O LEGEC.
Numm. 48.
FORNA M-O EOFR.
Numm. 49.
GODWINE M-O THEOD.
Numm. 50.
HVNEWINE M-O EAXE.
Numm. 51.
LEOFRIC MON CÆNT.
Numm. 52.
LEOFSTAN M-O CÆNT.
Numm. 53.
LIFINC M-O CÆNT.
Numm. 54.
TVNEMAN M-O SVTHBY.
Numm. 55.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Ethelredi diadematum, patente visui latere dextero.

ÆLFGAR M-O LVND. Dextera de cœlo porrecta inter Græcarum literarum primam ultimamque.

Qui nunc subjicientur Nummi 9. solâ aversæ partis epigraphe à superiore isto distant.

Numm. 56.
ÆTHELWEARD M-O HAM.
Numm. 57.
EADELM M-O ROFE.
Numm. 58.
EADSIGE M-O WINTONI.
Numm. 59.
EADWINE M-O WILTV
Numm. 60.
EALMSTAN M-O LVND.
Numm. 61.
GOD M-O GIFLEES.
Numm. 62.
ODA M-O EOFERWI.
Numm. 63.
THORSTAN M-O EFE.
Numm. 64.
WINE M-O BRYIDGE.
Numm. 65.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Ethelredi Caput diademate ornatum, à dexterâ conspicuum; Sceptrum cum tribus in summo sphærulis adjectum.

ÆLFNOD M-O EAXEC. Dextera inter $\bar{A}$ & $\bar{\Omega}$.

Subsequentes proximè Nummi 5. præcedenti illi sexagesimo quinto, si tergi epigraphen excipias, consimiles sunt.

Numm. 66.
ÆLFSTAN M-O EAXEC.
Numm. 67.
ÆTHERED M-O LVNDO.

Num-

Numm. 68.

EDWINE M-O LVND.

Numm. 69.

LEOFSTAN M-O LVND.

Numm. 70.

OSCYTEL M-O LVND.

Numm. 71.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Ethelredi nudum, à dexterâ parte visibile, cui sceptrum tribus superiùs excultum globulis additum.

LEFRIC M-O CIMÆ. Sola dextera.

Numm. 72.

ÆTHELRÆD REX ANGL. Ethelredi Caput diademate cinctum, à latere sinistro oculis objectum.

ÆLFSIGE ON WINCST. Crux exilis.

Differentia *Nummi* hujus inferiorumque proximorum sex potissimùm in aversarum paginarum consistit verbis.

Numm. 73.

ÆLFWERD ON LÆWGE.

Numm. 74.

ÆLFWINE ON LEIG.

Numm. 75.

DRENG MO LINCOL.

Numm. 76.

GODRIC ON BRYDIA.

Numm. 77.

THOROLF M-O EOFRWI.

Numm. 78.

WULFRIC M-O LINCO.

Numm. 79.

ÆTHELRÆD REX ANGL. Ethelredus pectore tenus obliquè effictus, patente latere sinistro; indutus loricâ, sive (ut Saxo loquitur circa finem libri IV.) *tunicâ ferri contemtrice*, ac galeam radiis cinctam capite gerens.

ÆLFRIC MO O BATH. Crux magna, ad exitus ternas quasi lunulas habens, cujus meditullium figura quadrangula, ad singulos angulos extrinsecus tribus in formam trigoni dispositis globulis decorata intercludit.

Nummus iste ac proximè subsequentes 5. epigraphe duntaxat partis aversæ inter se differunt.

Nummus. 80.

BRINTWINE MO OXNA.

Numm. 81.

EADSIGE MO LVNDE.

Numm. 82.

LEOFWINE MO LVND.

Numm. 83.

SWARTGAR MO SAN.

Numm. 84.

WVLFSIG MO GRAN.

Numm. 85.

CNVT REX. Effigies thoracata Canuti Magni, ſiniſtri, qui aut nudè diadema, aut galeam diadematam in capite gerit; nam rudi admodum hujus Nummi nec non quorundam aliorum inter inferiores ſculpturâ intuentes, circa tale capitis geſtamen, ſuſpenſi detinentur. Sceptrum ſuperne liliiflore condecoratum in lævâ præfert.

WVLFWINE ON LENR. Crux mediocris, cujus meditullium figura obtegit quadrangula, quæ ad ſingulos angulos exteriores inque medio intimo ſpherulam habet.

Numm. 86.

CNVT REX. Canutus Magnus diadematus & ſceptrifer, pectore tenus à lævâ parte expreſſus.

ÆGELRIC ON SCEF. Crux mediocris, circa umbilicum annulata.

Ab iſthoc Nummo ſequentes mox 16. tum eo variant, quod in fronte loco ꝟ REX habeant RECX abundante C. tum etiam tergi multifariâ inſcriptione.

Numm. 87.

ÆLFELM ON BRIV.

Numm. 88.

ÆLFWINE ON THEOTF.

Numm. 89.

BRINTRED ON CEN.

Numm. 90.

BRVNMAN ON LV.

Num-

Nummus. 91.
EADVLF ON LVNDEN.
Numm. 92.
EARNGRIM ON EO.
Numm. 93.
EDWINE ON LVND.
Numm. 94.
GODMAN ON EOFFR:
Numm. 95.
GODRIC ON LVD.
Numm. 96.
GODWINE CASOWI.
Numm. 97.
GODWINE ON ROFE.
Numm. 98.
LEFRIC ON LVND.
Numm. 99.
LIFINC ON LINC.
Numm. 100.
ORDRIC ON HERE.
Numm. 101.
WVLFEN ON ROFEEC.
Numm. 102.
WVLFRED ON SRO.
Numm. 103.

CNVT REX ANGLOR. Caput Canuti Magni à lævâ conſpiciendum, coronâ è lilii floribus exurgentibus compoſitâ ornatum, ac incluſum figuræ non abludenti à roſâ foliorum quatuor.

HVNEWINE O EX. Crux magna, ſingulis lacertis in ternas quaſi lunulas averſas exeuntibus, cujus media circumcludit ſchema quoddam ſpeciem roſæ quadrifoliæ referens, ad ſingulos interiores angulos trinis exornatum globulis.

Qui proximè ſequuntur Nummi octo, averſi diſcriminantur ab iſthoc centeſimo tertio tum variis epigraphis, tum eo, quod roſæ anguli non ternis globulis, ſed uno ſolùm ſint decorati.

Numm. 104.
BRINTNOTH ON WINCS
Numm. 105.
EADWINE ON LVND.
Numm. 106.
EARDNOTH LVND.
Numm. 107.
EDRIC ON TAN.
Numm. 108.
FRETHI ON LVNDE.
Numm. 109.
GRIMCETEL MO LNI.
Numm. 110.
NORTH MONE STA.
Numm. 111.
WVLFNOT ON ME.

Num-

Numm. 112.

CNVT RECX AN. Canutus M. à latere lævo ad thoracem usque effictus, gerens capite quippiam affine pileo alto & acuminato; ante eum apparet sceptrum cum tribus in apice globulis.

ÆGELRIC ON SCEFT. Crux medioxima circumsepto umbilico, quam adjectus quater cum inclusâ sphærulâ annulus interstinguit.

Nummus iste & venientes jam 16. si posticæ partis verba attendas, diversi inter se sunt, cæteroqui conformes.

Numm. 113.
ÆLFGAR ON LVNDE

Numm. 114.
ÆLFWERD ON LVDEN

Numm. 115.
CRVCAN M-O EOFRW.

Numm. 116.
EADWOLD ON LVND.

Numm. 117.
EDWERD ON WINCESTR.

Numm. 118.
ELFWINE ON LVND.

Numm. 119.
GODRIC ON LVDDEN.

Numm. 120.
GRIMOLF M-O EOFR.

Numm. 121.
GROC ON LEICES.

Numm. 122.
LEOFSTAN ON LVN.

Numm. 123.
LEOFSTAN ON SGR.

Numm. 124.
LEOFWINE ON HAM.

Numm. 125.
MANNA ON NORTH.

Numm. 126.
SWET ON DORCEST.

Numm. 127.
THVRVLF ON STAN.

Numm. 128.
WVLBARN MO LINC.

Numm. 129.

HAROLD RECX. Haroldus I. pectore tenus à lævâ exhibitus, diademate & sceptro florem lilii gerente condecoratus, loricâque munitus.

BOGA ON DOCR. Crux grandis circumcluso umbilico, nec non intermedii quatuor lilii flores.

NN. sequentes 130. & 131. centesimo vigesimo nono, si tergi epigraphe excipiatur, prorsus consonant.

Numm. 130.
BRINTHÆR ON LVN.

Numm. 131.
LEOFWINE ON BRIE.

Num-

Nummus 132.

HARTHCNVTE. Canutus Durus usque ad thoracem à latere ſiniſtro repræſentatus, diadema in capite, ſceptrumque lilii flore excultum in lævâ habens.

LEFWINE ON LINCO. Crux medioxima, cujus meditullium figura obtegit quadrangula, quæ extrinſecus ad ſingulos angulos, intusque in medio globulum habet.

Numm. 133.

EADWEARDVS REX AN. Edwardus Confeſſor toto expreſſus corpore, ſedens in ſolio, coronâ margaritiferâ ornatus, veſte indutus longâ, rugoſis manicis, haſtam ſive ſceptrum dexterâ, globumque ſtaurophorum ſiniſtra tenens.

ÆLFWINE ONN BRVCC. Crux mediocris, nec non interpoſitæ adverſis invicem veſtigiis aviculæ quatuor.

Numm. 134.

EDWARD REX Caput Edwardi Conf. corona coruſcum radiata.

ÆTHELWINE ON EOF. Parvula Crux cum appoſito annulo.

Numm. 135.

EDWERD REX. Caput cum parte pectorali Edwardi Conf. ſiniſtri, diademate ornati, gerentisque ſceptrum ſuperne quatuor globulis, crucis quaſi ſimilitudinem conficientibus, excultum.

BRVN . . ON LEIC. Crux mediocris circa umbilicum annulata, lateſcentibus paulatim verſus exitus lacertis.

Numm. 136.

EDWERD REX. Edwardus Conf. ad pectus usque à læva viſui patens, diadematus ac ſceptriger.

BRINTRED ON LV. Crux mediocris, obtegente meditullium ſchemate quadrangulo, ad ſingulos angulos exteriores trinas ſpherulas inque medio intimo unam habente.

Sequens averſæ partis inſcriptione ab iſthoc differt.

Numm. 137.

ETSTAN ON GRANTE.

Nummus. 138.

EDWARD RECX. Edwardus Conf. à lævâ parte pectore tenus effictus, diademate & ſceptro cum quatuor ſuperiùs globulis inſignis.

GODWINE ON LDE. Crux magna in medio annulata, inque ramorum fine lunata, cum interſtantibus elementis, quæ vocem PACX ſuperfluo C. conſtruunt.

Subſequens averſus differt epigraphe.

Numm. 139.

SCVLA ON EOFERWIC.

Numm. 140.

EDWARD REX. Edwardus Conf. ad thoracem usque à dexterâ apparens. Barbam habet promiſſam, coronam gemino clauſam arcu, ſuffixisque inſignem unionibus. Additum ſceptrum cum ſuperimpoſitis ſphærulis quatuor.

OTHGRIM ON LINC. Crux mediocris in brachiorum exitu inſtructa arcu introrſum curvato, qui utraque extremitate globulum habet.

Numm. 141.

EDWERD REX. Effigies thoracata Edwardi Conf. dextri, barbati, tegmen quoddam altum magaritarum dives in capite, crucemque in dextera gerentis.

THORR ON EOFERWI. Crux mediocris circa umbilicum annulata, inque lacertorum fine ter quaſi lunata.

Differentia hujus Nummi atque ejus, qui jam venit, in averſæ paginæ epigraphe duntaxat conſiſtit.

Numm. 142.

ELFNOTH ON LINCO.

Numm. 143.

EADWARD REX AN. Caput Edwardi Confeſſ. directa fronte, opertum caſſide, quæ quatuor globulos crucis quodammodo ſpeciem conſingentes vertice ſuſtinet.

LEFRIC ON STANF. Crux exilis.

Numm. 144.

HAROLD REX. Caput Haroldi II. cinctum diademate, à latere ſiniſtro oculis objectum.

ÆLFF-

ÆLFFWALD ON NOR. Crux mediocris, cujus umbilicus circulo gemino, & lacerti ſuæ ſingulatim figuræ ovatæ incluſi.

Proximè ſequentes duo ab iſthoc ſolâ tergi inſcriptione diſtant.

Numm. 145. COLGRIM ON LINC.

Numm. 146. SWAFA ON LINCOLN.

Numm. 147.

WILLEM REX. Willelmus Victor directâ fronte, cum coronâ arcuatâ & margaritiferâ in capite, & cruce in dexterâ, pectore tenus exhibitus.

SIFERTH ON LINCO. Crux mediocris, quam in quatuor interſtitiis totidem ſtipant literæ, ſuo ſingulatim circumdatæ cyclo, conficientes vocem PAXS ſuperfluo S.

Extant in dicto Muſéo Kederiano & alii nonnulli nobiliſſimæ gentis Anglo-Saxonicæ Nummi vetuſti, qui ob abſtruſam & abditam partim figurarum, partim inſcriptionum mentem, Oedipo indigentem interprete hîc non enumerantur.

Appendicis loco ex eodem Muſéo deſcribendi veniunt tres Nummi veteres argentei Hibernici.

Numm. 1.

SIHTRIC REX DYFLIN. Caput, caſſide (ceu apparet) opertum, à lævâ viſibile, Sitrici Oſtmannorum Dublinienſium Reguli, iſtius putà, qui regnare cœpit anno 998. vel ſequente, & obiit anno 1029.

FÆREMAN MO DYFLI. Crux grandis, ſingulis ramis in ternas quaſi lunulas exeuntibus.

Numm. 2.

SIHTRC REX DYFLNR. Caput diadematum ejusdem Sitrici, patente intuentibus parte ſiniſtrâ.

ÆLFEL N MO DYFLINO. Parva crux.

Numm. 3.

SIHTRC REX DYFLNO. Caput alius Sitrici Oſtmannorum Dublinienſium Reguli, nempe qui anno 1035. rerum eſt potitus, & anno 1041. vel ſequente deceſſit. Conſpicitur illud à læva, decoratum coronâ è lilii floribus exurgentibus configurata, & obſeptum ſchemate roſam quadrifoliam ſimulante.

STEGEN MON ON D. Crux magna, in brachiorum fine ter quaſi lunata, cujus media munit ſchema quoddam ſpeciem roſæ quadrifoliæ referens, ad ſingulos intus angulos globulo exornatum.

HAFNIÆ.

Ineunte Menſe Decembr. in publicum prodiit ſplendidum opus, hoc titulo (quem integrum damus) inſignitum:

BREVIARIUM EQUESTRE ſeu de Illuſtriſſimo & Inclytiſſimo ORDINE ELEPHANTINO, ejusque origine, progreſſu, ac ſplendore hodierno, Tractatus, collectus ex antiquis diplomatibus, Bullis, Numismatibus, Inſignibus, præcipuè autem ex poſthumo & MS. IVARI HERTZHOLMII Codice in Epitomen redacto, variisque Additamentis ac obſervationibus illuſtrato & continuato à JANO BIRCHERODIO, Jani filio I. Alph. 5. plag. & 7½ pl. in fol. cum figuris æneis Chart. Aug.

In *præfatione* Editor memorat primo ſcriptores de *Ordinibus Danicis Equeſtribus*, de *Danebrogico Thomæ Barthol. ſen. Diſſert.* de *Elephantino* a. *Leonh. Ludov. Voigtii* tract. *Baruthi* 1673 ed. ex MS. *Hertzholmii* præcipuè hauſtum, *V. E. Læſcheri* ἱσορήμενα *de ordine Elephantino Witteb.* 1697. Deinde Tractatum de eodem pollicitum quidem eſſe *Petrum Reſenium* Conſil. Reg. Status & Urbis Reg. Hafn. Præſidem, in Academ. Hafn. Profeſſ. &c. ſed interveniente morte promiſſis ſtare non potuiſſe. Perelegantem quoque de eodem ordine *Orationem* in *Arce Fridericiburgenſi* A. 1694. d. 4. Julii *Dn. Marcum Giöe*, Equitem Auratum Ordinis Danebrogici, Conſil. Intim. Reg. &c. Maximam tamen illuſtrandæ Regii Ordinis Elephantini gloriæ operam impendiſſe *Ivarum Hertzholmium*, J. U. Licentiatum, & in Supremo Juſtitiæ Tribunali, quod in Norwegia eſt, Aſſeſſorem Regium, Avunculum ſuum chariſſimum, cujus etiam MSptum exteris ſcriptoribus innotuerit, *Eliæ Aſhmole* in opere ſplendido de aurea periſcelide aliisque citatum. Hunc enim præter alios tractatus eruditos, typis impreſſos, utpote 1. de *præcellentia Regni Daniæ & Norwegiæ.* 2. *Deſcriptionem Coronationis Auguſtiſſimi Monarchæ Chriſt. V.* 3. *Diatriben de Succeſſione fœminarum contra Gaudentium Paganinum*, 4. *Parerga de Servi-*

Servitute Perſonali & reali; reliquiſſe etiam MS. opus in folio, in quo non ſolum plurima de Illuſtriſſimo Ordine Elephantino notatu digna & ab aliis hactenus haud obſervata prolixè concinnavit, ſed luculentam itidem ac amplam omnium Ordinum Equeſtrium tam Religioſorum, quàm ſecularium deſcriptionem literis operosè conſignavit. Sed hoc MS. ad optatum non perductum fuiſſe finem, ac multa, quæ huc ſpectabant, documenta propter inopinatum domus illius Oſterisöenſis incendium partim igne conſumpta, partim deperdita, ac ſequente Viri Ampliſſ. morbo ac morte A. 1693. interrupta fuiſſe, Schediaſmata varia diſtracta, aliquot tabulas æri inciſas peſſundatas. Se proinde Reliquias MS. operis poſthumi & ſuperſtites Tabulas æneas recolligendas curaſſe, tabulas ope Calcographi adauxiſſe, MS. utrumque tam Latinum in fol. quàm Danicum in 4. & Schediaſmata annexa ſtudiosè recognita & collata in Breviarium hoc contraxiſſe, additis hinc inde annotationibus ſuis atque additamentis quibusdam ad hiſtoricam materiæ hujus continuationem neceſſariis. Ubi nos obiter addimus, promiſſam jam aliquoties in Catalogo nundinarum Francof. & Lipſienſ. M. Joh. Phil. Bezæ Argentor. Diſſert. de Origine Ordinis Elephantini in Dania, cui annexæ ſunt leges cum Diplomate Regis; quæ an nunc proditura ſit, addubitamus.

Cæterum Summarium Capitis I. eſt Sect. 1.) de Æde honoris ac Virtutis, quæ Romæ quondam erat, & Cimbris olim in Italia dimicantibus. 2.) Exhibentur varia Romanorum Numiſmata Elephantis eorumque proboſcide ſignata in victoriæ memoriam contra Africanos. Romani olim Elephantos in vexillis habuerunt. 3.) Elephantinas Statuas Romæ à Gothis erectas fuiſſe teſtatur Aurelius Caſſiodorus; Cimbri iidem fuerunt ac Gothi, à quibus ipſa olim Roma capta fuit. 4.) de Statua Naturæ apud Garimbertum, Elephanto ſuperſtructa ejusque explicatione, nec non alia Elephantis ſtatua Romæ viſa, ejusque Inſcriptione. 5.) Ordinum Equeſtrium origo indicatur. 6.) de Ordine Equeſtri Elephantino, ita ab Elephantino inſigni vocato, in hoc tractatu agitur. 7.) de Elephanti variis nominibus apud Ebræos, Græcos, Arabes, Ægyptios, Romanos, à quibus

Elephas vocatus eſt Barrus, & Bos Lucas, nec non apud Mauros, à quibus Elephas vocatus eſt Cæſar: de Cæſaris nominis origine à Cœſo Elephanto, ac moneta antiqua, quæ Elephantum repræſentat, addita Inſcriptione CÆSAR. Cap. II. Sect. 1.) Variæ variorum erroneæ de Ordinis Elephantini origine recenſentur ſententiæ, Joſephi, Micheli, Mennenii, Hœpingii opinio de origine Ordinis tempore Regis Chriſtiani IV. 2.) Seldeni & Imhofii ſententia de eodem inſtituto à Rege Friderico II. 3.) Gregorii Leti error de Ordine Elephantino condito à Friderico I. 4.) Bernhardi Rebolledi opinio de Ordine inſtituto à Rege Johanne. 5.) Anshelmius, Alex. Roſſæus, V. E. Lœſcherus Ordinem à Chriſtiano I. inceptum eſſe autumant. 6.) Leonh. Voigtius & Bechmannus ad tempus Canuti VI & Cruciatas Originem Ordinis referendam eſſe ſtatuunt. Hæc ultima ſententia de Origine Ordinis ab expeditionibus Danorum ſacris contra Mauros & Saracenos hic approbatur. Cap. III. Sect. 1.) Errores eorum deteguntur, qui aſſerunt Gl. m. Chriſtianum IV. Regii hujus Ordinis fuiſſe conditorem. 2.) Variæ Elegantes monetæ Chriſtiani IV. Elephantis fuerunt ſignatæ. 3.) Exhibetur Moneta Chriſtiani IV. cum Elephanto Ao. 1603. diſtributa Hamburgenſibus, & Monetæ Hamburgenſes cum folio urticæ, quod Holſatiæ eſt inſigne. 4.) Ordo Armati Brachii floruit in Dania, regnante Chriſtiano IV. Ejusdem Origo aſſeritur, figura adducitur, & Equites recenſentur. 5.) Ordo Armati Brachii poſtea additus fuit Ordini Elephantino, laterique Elephantis inſertus. Cap. IV. Sect. 1.) Refutantur illorum Opiniones, qui ſtatuunt Regem Glor. mem. Fridericum II. Ordinis Elephantini fuiſſe Auctorem. Fridericus II. Creatus eſt Eques aureæ Periſcelidis: recenſentur Reginæ Angliæ Elizabethæ literæ. 2.) Seldenus redarguitur, qui Originem Ordinis refert ad Fridericum II. 3.) Sed Fridericus II. Ordinem hunc reſtauravit. Variæ Ordinis figuræ ejusdem ætate uſitatæ fuerunt. 4.) Duce Holſatiæ Ducatum Slesvicenſem feudi nomine accipiente, varii creati ſunt Equites Elephantini, Henricus Rantzovius, Benedictus ab Alefeld Ao. 1680. 5.) Fridericus II. in Coronatione ſua varios conſtituit Equites. Solennes Cerimoniæ adhibitæ in Creatione Equitum. Rebol-

ledi

ledi cenſura propter imaginem Mariæ Ordini Elephantino ablatam refutatur. Cap. V. Sect. 1.) Redarguitur Gregorii Leti opinio de Origine Ordinis Elephantini tempore Friderici I. & Chriſtiani III. 2.) Chriſtianus III. geſtavit torquem aureum cum Delphino. Virtutes Delphini laudantur. Delphin dicitur Arabicè Dux, & amat ſuos fœtus. 3.) Refellitur illorum opinio, qui Johannis I. Regis tempore Ordinem Elephantinum inſtitutum eſſe autumant. Adducitur Effigies Equitis Elephantini Comitis de Reinden A. 1494. Cap. VI. Sect. 1.) Marchio Mantuanus creatus eſt Eques Auratus Ordinis Elephantini A 1474. à Rege Chriſtiano I. Philippus Bonus, qui primus Aurei Velleris conditor fertur, A. 1430. ſequutus eſt inſtitutum Regum Daniæ. 2.) Errant, qui Chriſtianum I. Roma reducem primo Ordinem Elephantinum inſtituiſſe ſtatuunt. V. E. Lœſcheri & Eliæ Ashmole ſententia evertitur. Recitatur Oweni Bilde Epiſtola ad Cancellarium Johannem Friſium de Origine Ordinis Elephantini tempore Chriſtiani I. 4.) Ejusdem Epiſtola hic refutatur, & contra Owenum Bilde aliosque probatur, Regio Chriſtiani I. Diplomate A. 1464. & literis Regiis Chriſtiani II. quibus Erico Valckendorphio aureum Elephantem cum turri conceſſit in publicum inſigne, nec non Pii II. & Sixti IV. Pontificum bullis, Ordinem Elephantinum longè ante Chriſtiani I. iter Romam fuiſſe in uſu. 5.) Exhibentur aliæ ejusdem Sixti IV. Bullæ de Statutis Ordinis Elephantini ab illo confirmatis, congregatione Equitum in ſacello Rœſchildenſi, & Privilegiis Equitum Torquatorum Ordinis Elephantini. Cap. VII. Sect. 1.) Confirmatur vera ſententia de uſu Ordinis Elephantini longè ante Chriſtiani I. tempus. 2.) Afferuntur varia teſtimonia Anonymi in MS. Olai Wormii, Thomæ, Bartholini, Oligeri Jacobæi. 3.) Ordo Elephantinus olim appellatus eſt Ordo S. Mariæ, nec non Selſkab i. e. ſodalitium & fraternitas. 4.) Ex Regiis Diplomatibus & Bullis Papalibus elicitur Ord. Eleph. antiquitas ante Chriſtiani I. iter Romam. 5.) Afferuntur duo Chriſtiani I. Diplomata Regia de Ordine Elephantino, quorum primum ſcriptum eſt A. 1457. ad Geminianum Triviſanum Oratorem Palatinum creatum eodem Anno Equitem: Alterum Diploma A. 1462. Gottorfiæ datum

tum eſt ad Marchionem Mantuanum, cui torquem geſtandum Rex Chriſtianus I. dedit. 6.) Capella Rœſchildenſis fundata olim fuit à Chriſtiano I. ad congregationem Equitum Ordinis Elephantini: Variæ Regiæ literæ de Sacelli hujus confirmatione & privilegiis: Capella hæc olim vocata fuit Trium Regum, poſtea Regia Capella à Friderico I. 7.) Recenſentur ſtatuta aliquot & Regulæ, quibus obſtricti olim erant Ordinis Elephantini fratres ſive Equites quorum congregatio fiebat in dicto Sacello. Cap. VIII. Sect. 1.) Breviter recenſentur variæ Danorum expeditiones, in Africam, Aſiam, Gothi & Longobardi in Italia & Hiſpania varia geſſerunt bella, nec non Normanni in exteris Regionibus. 2.) Tempore Caroli M. Oligerus Danus ſec. 8. dimicavit in Aſia, teſte Turpino Remenſi, Naudero. 3.) Reginfridus ſive Regnerus Lodbrogh ſeculo 9. ad Helleſpontum, Hiſpaniam, vicinas mari mediterraneo regiones & Conſtantinopolin inſtituit, teſte Saxone, Alberto Stadenſi, Mariana affirmat, Normannos ſeculo 9. præliis fregiſſe Mauros in Hiſpania & Africa. Normanni ſeculo 10. prælio contenderunt contra Mauros & Olyſſiponem, teſte Pontano, nec non Saracenos, teſte Purcha. 4.) Danorum & Norwegorum opera Sec. 11. expugnatam fuiſſe Niceam A. 1097. tempore Gothofredi Bullionæi teſtantur Fullerus & Hiſtoria Hieroſolymitana, eosque in Palæſtinam profectos fuiſſe ſtudio recuperandi terram Sanctam contra Saracenos aſſerunt Abbas Stadenſis & Pontanus Ao. 1103. 5.) Rex Siguardus Seculo 12. LX. navibus transvectus ad orientales oras plurimas reportavit victorias, Alcairum vicit, & circumnavigatis, Majorca, Minorca, Sicilia per Græciam ad Judæam venit, deinde claſſe ad littora Ptolomaidis appulſa, Hieroſolymam adiit, & ſimul cum Balduino Rege Hieroſolymitano Sidonem vicit: inde Conſtantinopolin & Cyprum petiit, teſt. Chron. Norweg. Adrichomio, Fullero; Plura teſtimonia Adrichomii Tyrii, Fulleri afferuntur de Sidone capta & Nicæa ope Danorum & Norwegorum, eorumque rebus præclarè geſtis in Syria. 6.) Ericus Rex Daniæ contra Mauros in Hiſpania pugnavit, ac Lisbonam ſimul expugnavit, teſt. Chron. Saxon. Helmondo, Saxone, initio Sec. 12. Calviſius a. ad A. 1147. Erici mentionem facit. 7.) Canutus VI. contra Saracenos Sec. 12.

An-

Anno 1189. classem misit, captis Siluma & Ptolomaide, & Sanctius Rex Portugalliæ ope Danorum & Norwegorum Silviam 1189. cepit, testibus Hvitfeldio, Platina, Pontano, Fullero aliisque. 3.) recitantur literæ Regis Galliæ, Ludovici, datæ in favorem Haquini Regis Norvvegorum, in Subsidium terræ Sanctæ profecturi A. 1248. Cap. IX. Sect. 1.) Ordo Elephantinus originem traxisse fertur à cœso in Oriente Elephanto. 2.) Vigelii, Meursii, testimonia de ordinis origine ab expeditionibus Africanis. 3.) Danos fuisse in Africa Sec. 8. tempore Caroli M. testantur præter Phalcocondylam, Aemylius, Frantzius; Micrælii testimonium de Danis & Normannis tempore Caroli M. eorumque rebus præclarè gestis in Oriente aliisque locis. Haraldus multa præclara gessit contra Saracenos & Schytas, testibus Saxone Grammatico, Wilhelmo Malmesburiensi, Adamo Bremensi, Casp. Kirchmanno. De Danorum Græcis Stipendiis adducitur testimonium Pauli Vindingii. 4.) Inter Danos & Alexandrinos frequens olim fuit usus commerciorum seculo 12. teste Benjamine Navarræo in Gothlandia reperti sunt multi nummi Antiqui Arabici. Dani tempore Regneri Lodbrogh Olyssiponam Mauris eripuerunt teste Pontano; Varia loca Orientis Danorum ope capta. 5.) Testimonia Bechmanni, Pierevville & Bernhardi Justiniani de Origine Ordinis Elephantini è militia S. Cruciatæ. Elephantinorum olim usus erat in bellis orientalibus. Nec impossibile fuit Elephantum vita privare. Elephantum in pugna occidit Eleazar 1. Macchab. 6. Danus quidam Magnus Jacobi A. 1675. sclopeto Elephantum in Africa necavit. Hujus Elephantis auris & dentes reperiuntur in Basilica Regia Havnienſi. Dentes Elephanti etiam vocantur cornua. 6.) Olim mos erat detracta hostibus insignia vel spolia armis suis vel insignibus inserere. Petrus I. Arragoniæ Rex 4. Maurorum Regum capita armis suis inseruit A. 1096. Cornu Olivant antiquitus usitatum erat & Danis notum. 7.) Heroës quidam Boreales in Norvvegia olim cognomen habuerunt ab Elephanto, & in insignibus Proboscides Elephantinas, & Elephantum ac crucem. Annis abhinc 600. Norvvegi habuerunt Leonem in armis; Batavorum Leones in insignibus ab Expeditionibus Sacris originem habere asserit Heu-

terus & Hœpingius. Cap. X. Sect. 1.) Origo Ordinis Elephantini invaluiſſe fertur annis abhinc 500. 2.) per Elephantum deſignatus eſt olim Rex & Princeps. 3.) Romanorum Imperator Cæſar dictus eſt à cœſo Elephanto. Elephantinus Ordo originem habuiſſe dicitur à cœſo Elephanto. 4) Multi Ordines Equeſtres inſtituti ſunt Sec. 11. 12. 13. tempore ſacrarum expeditionum, Valdemarus II. A. 1188. Creatus eſt Eques à Canuto VI. Idem Canutus VI. Ordinem Elephantinum inſtituiſſe fertur. 6.) Hanc ſententiam teſtimoniis ſuis confirmant Oligerus Jacobæus, Voigtius, Marcus Gibe, Thomas Bartholinus. 7.) Exhibetur Moneta rariſſima & antiqua cum Elephanto & imagine Mariæ Virginis per Cardinalem Beſſarionem ex Oriente Romam allata. Caſſiani à Purco de hac moneta judicium, Regium ſcil. fuiſſe militum Chriſtianorum inſigne in Oriente contra Saracenos, ac referendum eſſe ad Ordinem Elephantinum in Dania. Talem nummum Orientalem cum Elephanto & Mariæ Icone, nec non corniculata Luna habuit Illuſtriſſ. Cancellarius Früſius. 8.) Corniculatam Lunam, quæ Turcarum inſigne eſt, continebat olim Ordo Elephantinus. Cap. XI. Sect. 1.) de variis mutationibus ac figuris ordinis Elephantini, ejusque incremento ac diverſis Inſignibus ab antiquiſſimis temporibus ad præſens usque tempus. Antiquiſſimam Ordinis figuram cum quatuor Elephantis turritis ac crucibus, nec non imagine Mariæ exhibet Johannes Boiſſeau. Aliam antiquam cum 4. Elephantis & calcaribus & Mariæ effigie ac tribus clavibus habet Petra Sancta. 2. 3. 4. 5. 6. 7. (8.) Variæ exhibentur figuræ Ordinis Elephantini uſitatæ regnantibus in Dania Glorioſiſſimis Regibus ſtirpis Oldenburgicæ, Chriſtiano I. Johanne, Friderico I. Chriſtiano II. Chriſtiano III. Friderico II. Chriſtiano IV. Friderico III. 9.) Chriſtianus V. ordinem Elephantinum noviſſimè adauxit, & ſplendidè ornavit. 10.) Brevis deſcriptio ſolennis congregationis Equitum Ordinis Elephantini & Danebrogici *A.* 1694. d. 4. Julii in arce & Capella Equeſtri Fridericiburgenſi peractæ, & noviſſimè adaucta utriusque Ordinis Elephantini & Danebrogici ornamenta recenſentur. In Ordinem Elephantinum A. 1694. d. 5. Julii recepti fuerunt ſex Principes Germaniæ. Cap. XII. Statuta Ordinis Elephantini A. 1693.

ab

ab Aug. Gl. m. Chriſtiano V. adaucta hic recenſentur. Cap. XIII. Sect. 1.) de Ordinis Elephantini ac Equitum ſplendore ac Gloria. 2.) De ordinis Domino, Sociis ac Equitibus, eorumque ſymbolis, nec non ſciagraphia Equeſtris Sacelli Fridericiburgenſis. 3.) de Ordinis Miniſtris. Cap. XIV. Sect. 1. 2. 3. 4.) Encomium Elephanti ob multas virtutes, nec non varia Heroicarum virtutum emblemata per Ordinis Elephantini teſſeram Elephantum ſignificata hic afferuntur. 5.) Applicatio inſtituitur ad Illuſtriſſimos Ordinis Elephanti Equites. 6.) Epilogus.

D. III. Ejusd. In *Collegio Medicéo Diſſertationem I. de Illuſtri Veterum Militia* publicè ventilandam exhibuit *Dietericus Sechman*, Reſpondente *Johanne Grammio*, 1. plag. ½. in 4. Cap. I. de Nomine militis. Cap. 2. de Origine militiæ. Cap. 3. de Inauguratione militis.

D. VI. Ejusd. In *Collegio Regio Diſſertationem Opticam* publicè ventilavit *Petrus Nicolaides Horrebœ*, Reg. Commun. Alumnus, Reſpondente *Georgio Wilhelmo Schmidio.* 1. plag. in 4to.

D. XI. Ejusd. Prodiit *Georgii Frider. Franci de* FRANKENAU, Med. D. Ejusd. & Philoſ. P. P. Acad. Cur. ANASTOMOSIS RETECTA, ſive Diſſert. Phyſiol. poſterior, mutuas vaſorum oſculationes, ſecretiones animales, & membranarum uſum oſtendens, Reſpond. *Daniele Wagnero*, Regiom. Boruſſo, (plag. 6.)

Sequitur in ea Auctor ductum prioris Diſp. & ab initio ſtatim np. §. 19. educit pro Affirmatione militantium à primis etiam temporibus huc usque quotquot fuerunt tam veterum quam recentiorum teſtimonia & auctoritates §. 20. in genere præmittit aliquot obſervationes hinc inde in corpore inſtitutas *à Swammerdamo, Bohnio, Bartholino, Pitcarnio, Borgero* &c. tàm in artubus quam variis ſimul locis ac vaſis eam probantes. §. 21. aliquot neotericorum experimenta in capite hujus cauſſa facta recenſet, ſcil. tàm in cerebri cortice, quam plexu choroide. §. 22. Varia occurrunt experimenta circa medium ventrem vaſa præſertim pulmonalia & extrema tracheæ tentata à Curioſiſſimis Viris, *Williſio, Malpighio, Schelhammero, Maurocordato, Hardero* &c. §. 23. in imi ventris multiplicis functionis diverſa inquirit viſcera, ut ibidem quoque hypotheſin ſuam erigat variorum experimen-

rimentorum ope primò in Epate cum vaſis Venæ cavæ & portæ, tum & connexione mutua cum poris bilariis, item cum vaſis meſaraicis & ſplenicis celebratorum. §. 24. In renum vaſis emulgentibus ac urodochis varia ſuppeditat exempla, ut & in veſica ac inteſtinis clariorem prioribus facem præferentia. §. 25. In generationis Organis & quidem Virorum ſatis conſpicuas ibidem reddit utriusque generis vaſorum ſpermaticorum, atque inde prodeuntium Lymphaticorum ἀναστομώσεις multiplici experientia; ſimiliter & §. 26. agit tam cum ſequioris ſexus vaſorum ſpermaticorum atque ad uterum excurrentium conjunctione ſtabiliendâ, quam & illâ, quam cum matre interdum fetus habet communem. Subjunguntur ibidem & alia exempla in lactantium mammariis venis atque ipſis oſſibus. §. 27. Ab ovo quaſi & prima formatione generationis lege hanc vaſorum repetit unionem, atque ſanguinis ipſius continuo circuitu, celerique ejus effluxu ob vulnus venæ inflictum comprobat. §. 28 à modo, quò pinguedo in morbis, inedia & atrophia reſorbetur, & quandoque in venas rurſus intrat, quemadmodum & hydropicorum aqua non raro ſponte a. poſt data hydragoga fortiora recipitur in venas, demonſtrat. §. 29. Similitudine variæ inoculationis ſurculi cum arbore è *Columella* & *Plinio* illuſtrat, ſimilemque aëris in omnibus vegetabilibus progreſſionem & periodum expendit. §. 30. Autopſia experimenti illius *Leeuwenhœckiani Arcan. Nat. detect. Epiſt. 65. ſeq.* deſcripti, cui ipſe ante 12 annos in Belgio intererat, & palmarium cenſet, reliquorum autopſiæ merito præferendum, ſententiam ſuam pluribus firmare conatur; quale quoque ſcribendi anſam dedit Auctori, ut eam reſuſcitaret, ceu ipſe in fine fatetur. §. 31. Ad *M. Aur. Severini*, *Borelli*, *Stahlii*, *S. Dionis* &c. objectiones in ſuperiori Diſp. formatas reſpondet, debere np. tales vaſorum uniones patere poſt mortem, cultri ope inveſtigari, ſublatis arteriis vel venis eximi, in partibus ſummis ſentiri pulſum, inciſa venâ ſalvatellâ effundi ſimul ſanguinem arterioſum, in ſanguineis & phlegmaticis ſumme conſpicuas tales debere eſſe, perire item in eximio decremento & arctatione partium muſculoſarum, mille naſci incommoda, obſtructiones, corruptiones &c. languere in extremis & interci-

pi

cipi per ſuppoſitam intermediam carnium ſpongioſam ſubſtantiam vim impulſivam, venarum metuendam eſſe nimiam dilatationem & ruptionem à libero in venas influxu; nec venularum orificia permanere ſemper ita aperta, quia conſiſtentia earum ſit mollis & lubrica non dura & oſſea, ideoque concidere; non in relaxatis carnium fibris, quando quieſcunt, ſanguinem in venas capillo tenuiores multò poſſe ſe inſinuare, harumque ſuctionis & accretionis ope fieri debere, & quæ ſunt plura. §. 32. Pariter & *Regn. de Praaf.*, *Joh. Bohnii*, *S. Dionis*, *Bergeri*, *Gottſched*, *Everardi*, *C. Bartholini*, *Hobokeni* aliorumque contrariæ huic diſcutiuntur rationes: ſcil. nullum ſanguinem teſticulorum parenchyma venularum extremitates aliasve vias difficiles ingreſſurum, ſi unirentur vaſa, ſed quâ datâ porta rueret; patere ſumma æquè oſcula indifferenter deorſum propulſo ſanguini, ac aliis corporis partibus; fruſtra vero liquorem aut flatum in hepate aut teſtibus ex arteria in venam propelli ablato parenchymate aut membranâ quæ eas involvit, aut ſtylum pervio foramine per illas admitti; adeſſeque interſtitia in muſculorum fibris: adverſari omnino unioni vaſorum uteri cum placenta, & liquorem per arterias umbilicales ſiphone injectum in placenta nusquam effluere, ſed per venam redire umbilicalem. §. 33. maximum atque duriſſimum primò ſolvit nodum, qui conſiſtit in nutritione & accretione partium & quidem ſuâ ex hypotheſi: Quomodo exſudationes item à partium leviſſimâ excoriatione, ſudores è ſeroſa fiunt ſubſtantia, ut & ſi vulnere aut ſuppuratione diſcindantur canaliculi, vel integræ planè tollantur partes, ut minimæ extremitates ſe invicem rurſus invenire & coaleſcere, aut ſanguinis circulatio poſſit reſtitui, quin & num continua foret verenda hæmoptyſis, atque effunderetur ſanguis in ſtatu naturali vi compreſſus in bronchias; aut an eodem recreſcant ordine oſcula priſtina, & eundem ſervent exquiſitum corpuſculorum coalitum partes reparandæ pluribus ibid. indigitat. §. 34. Docet dein ex ipſius ſuppoſitis modos varios ſecretionis ſanguinis, & per varia glandularum cribra hinc inde in corpore trajectus, qui vix minus prioribus ſunt litigioſi, & requirit huc ante omnia membranarum ſeu tunicarum conſtitutionem, quæ ubique partium non eſt eadem, videturque fundamentum

habere cumprimis in tunicarum compoſitione arteriarum venarumque, quarum (1ma) eſt retiformis vel vaſculoſa, ut extima ſ. communis, ſub cujus expanſione frequentiſſime cuncta lymphatica originem ſuam trahere autumat. (2da) glanduloſa, alteri ſuccedens, & in duas lamellas ſeparabilis, à cujus varia texturâ & configuratione diverſorum humorum in corpore ſecretionem deducit more Diapedeſis fuſius ab ipſo aliquando deſcribendæ. (3.) muſcularis ſ. fibrata motum imprimis ſanguinis progreſſivum in ultimis conſervans partibus. (4.) interior tenuiſſima, nervoſa & membranacea, immediatè uniens utriusque generis vaſa ſanguiveha, reliquis à ſero venientibus particulis, præterquam rubris, concedens tranſitum. Ex harum tunicarum diversâ texturâ, figura, compoſitione & terminatione in partibus omnes humorum à M. Sea. ſeparationes derivat, quæ & Pathologiæ magnam affundunt lucem. §. 35. Agit de fine, utilitate atque neceſſitate ἀναγομώσεως. §. 36. Suam hypotheſin L. B. commendat, defectus excuſat, ſcribendi occaſionem pandit, & *Quinctiliani Lib. XII. cap. 6.* denique concludit verbis.

D. XIX. Ejusd. In *Auditorio Collegii Regii Schediaſma Hiſtorico-Criticum I. de Numero & ordine Decem Perſecutionum Eccleſiæ ſub Imperatoribus Ethnicis*, publicæ συμφιλολογήντων disquiſitioni ſubmiſit *Johannes Daniel Ramus Melch. Fil.* Reſpond. *Petro Laurentii Hunderupio* 2½. pl. in 4. Cujus & ſecuturæ hoc ſummarium præmittitur: Proœmium. In quo Perſecutiones Eccleſiæ teſſera. Primò in Servatorem motæ, mox in Apoſtolos, deinceps in totam Eccleſiam ſcandalis Diaboli odio ſparſis, bellisque Pſeudo-Angelico & Judaico, Hæreticorumque inſanis auſibus, ſed extra ſanguinis periculum adhuc poſitam. Donec arma movere cœperunt Imperatores Ethnici. Quorum furori præluſit Tiberius Claudius, Judæos, ſub quibus Chriſtianos comprehendi obiter notatur, Roma expellens. Occaſionem præbuere ipſorum in Chriſtianos calumniæ. Complementum addidêre cœdes & latrocinia, exquiſitiſſimis pœnarum generibus, exercita. Inſtituti ratio ſiſtitur. II. Qui in catalogum perſecutorum irrepſerunt, recenſentur, ſed examen progreſſui remittitur. Baronii Sulpitium reprehendentis ἀβλεψίαν. Dodwelli de paucitate Perſecutorum ex Imperatoribus aſſertio ejusque fundamenta perfunctoriè ſaltem notatæ. III. Nero primus

mus Perſecutor primo quinquennio bonus. Annus inceptæ & finitæ perſecutionis dubiè determinatus. Scriptorum de hac perſecutione teſtimonia. Pauli & Petri martyrium, de primario hujus perſecutionis inſtrumento tunica moleſta. Neronianæ perſecutionis Univerſalitas contra Dodwellum, Gûrtlerum & Cuperum vindicata. Horum argumenta à Lœſchero diluta. Noſtra aſſertio Oroſii teſtimonio nixa. Ejusdem vindiciæ. Aliud argumentum ex perſecutionis cauſa. Quæ non tantum incendium urbis fuit, quod tamen ad alios, quàm qui Romæ degebant, poſſe extendi fruſtra à Dodwello & aliis negari monetur; ſed & ipſa religio Chriſtiana, Ethnicis exſecrabilis ſuperſtitio habita atque appellata, ceu ex Lactantio & Inſcriptione Hiſpanica liquet.

D. XX. Ejusd. In eodem *Collegii Regii Auditorio*, *Diſſertationem Criticam* de *Behemoth*, publico Examini, pro Regiæ menſæ beneficio ſubmiſit *Clemens* Schade/ Reg. Commun. Alumnus, Reſpond. *Canuto Juulſtrupio.* 3. pl. in 4. Abſolvitur 3. Capp. I. Cap. I. Sect. 1. voce Behemoth certum notari animal. 2. Rabbinorum de Behemoth, Tauro à Meſſia mactando, ſententia perſtringitur. 3. Sanctii de bove opinio refellitur. 4. Patrum & Scholaſticorum per Behemoth Principem Diabolorum intelligentium ineptiæ notantur. 5. *Dan. Crameri* & *Sam. Bocharti* interpretamentum de Hippotamo discutitur. Cap. II. §. 1. Elephantem per Behemoth deſignari aſſeritur. 2. fuſe probatur ex applicatione omnium in textu Jobæo prædicatorum. Cap. III. Objectionibus Bocharti reſpondetur. Idem argumentum olim tractatum à *Caſpar. Lœſchero diſſert. Phyſico-Philolog.* Lipſ. 1664. & *G. C. Kirchmayero* Diſſert. de Behemoth & Leviathan, ſubjecta Zoologiæ Sperlingianæ, ſed quarum copiam ſibi negaram in præfat. queritur.

D. XXIII. Ejusd. in Ejusdem *Collegii Regii auditorio Theſes Metaphyſicas loco Diſſertationis ordinariæ* pro Regiæ Menſæ beneficio Examini Philoſophantium ſubmiſit *Petrus Blicherus* Regiæ Commun. Alumn. Reſpond. *Jano Coldingio*, *Japeti Filio* ½. pl. in 4.

Extractus ex literis Clariſſ. Viri Dn. Mich. Frider. Chemnitii de Stromberg, Med. D. & Phyſ. Aalburgenſis in Iutia d. 28. Aug. A. 1703. ad Georg. Fridericum Francum de Frankenau Med. D. & PP. Hafnienſem.

Anno 1703. d. 26. Aug. Aalburgi in Jutia ſus fœta pariebat tres

tres porcellos, quorum unus monſtroſus, reliqui naturales. Iſte caput Elephantinum habebat, ubi è fronte propendebat proboſcis in fine unico foramine prædita, forſan pro aëre captando, in medio vero proboſcidis cavitatis officulum incurvum aliquod deprehendebatur. Sub proboſcide oculus latebat ſatis magnus, ita ut utrinq; ad latera np. proboſcidis ſpectatus duos mentiretur oculos; levata vero proboſcide unus eſt, in quo tamen nullam pupillam deprehendere potui, ſed inſtar veſiculæ rubræ comparet, adſunt tamen duæ diſtinctæ palpebræ quaſi in duobus oculis, in medio vero apparet manifeſte non niſi unum eſſe. Os vero porci caret naribus, & eſt valde acutum ſine cartilagine & oſſe, lingua magna & lata, utrinque ſerrata quodammodo & aſpera, velut in anſeribus aut anatibus. Ungulæ pedum ſunt recurvatæ ceu ex adjecta icone, rudi quidem penicillo delineata, conſpicitur.



Immerſi porcellum in vitrum cum olei terebinth. quo poſſit commodius conſervari, & Muſeo Veſtro curioſiſſimo inferri. In ſuperiore maxilla anterius unus dens plane mobilis, & in utroq; latere circa finem itidem unus, uterque valde vacillans, in maxillæ inferioris utroq; latere pariter duo dentes.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis MAJI, A. M DCC V.

ROSTOCHII.

Die X. *Martii* Universitatis Rost. Rector *Matthias* Steinl J. U. D. & Cod. PP. Funus *Gertrud Laurembergia*, Conjugis quondam *M. Christiani Hildebrandi*, Log. PP. Duc. FCtis Philosoph. ut & totius Acad. Senioris Programmate publico Latino indixit. (plag. 1. in 4to.)

Ex ejus vitæ curriculo illud notamus, *quod magna sedulitate sacrum Codicem evolverit, eamque exinde sibi promptitudinem conciliaverit, ut, instituto de rebus sacris discursu, illico ex sacris literis dicta probantia sine omni difficultate ac hæsitatione allegare valuerit, citatis & libris, ubi continentur, & capitibus.*

Die XI. Martii Disputationem Physico-Medicam *de Salubritate Aëris Rostochiensis*, von der gesunden Lufft zu Rostock / Præside *Georgio Dethardingio*, Med. Doct. ejusdemque ut & Mathem. superior. Prof. Publ. Ord. publico examini submisit *Johannes Gerhard*, Fridl. Megapolit. S. S. Th. & Ph. St. (constat $7\frac{1}{2}$. plag. in 4to)

In Præfamine indicat Autor, se exemplis aliorum, licet admodum rariorum, Aërologiam tractantium, commotum, hôc tempore, quò hinc inde pestis metus urbes occupat, de Aëris Rostochiensis salubritate has conscripsisse paginas. Tractationis autem ipsius Cap. I. agit *de Aëre in genere*, & missis variorum superfluis circa Aëris Essentiam factis descriptionibus ac quæstionibus,

nibus, §. 1. citatis; potiùs §. 2. laudat conatus eorum, qui ſervo huic fugitivo, mediante anthliâ pnevmaticâ, compedes injicere docuerunt: illorumque experimentis innitens §. 3. Aërem definit, & particularum, quas ipſi tribuit, elaſticarum naturam, efficaciam & mutationes declarat. §. 4. Fontem illarum eſſe globum terraqueum, hujusque concreta magis minusve porola illas copioſiſſimè ſpargere, tàm rationibus, quàm experimentis adductis, evincit; & §. 5. Indolem ſ. figuras particularum per inductionem elicit. Quænam Modificationes Atmoſpheræ ab Aſtris in genere §. 6. quæ verò in ſpecie à Sole ſint exſpectandæ §. 7. fuſiùs examinat. Unde Atmoſpheræ mutatio circa quatuor anni tempora? Æſtatem ſc. Hyemem, Ver & Autumnum? proveniat §. 8. Unde faciei ejus humidæ per Rorem, Nebulas, Nimbos, Imbres, Pluvias, Nivem, Grandinem & Pruinam? Unde ſiccioris per frigus & calorem, metamorphoſes oriantur? §. 9. delineat: & cum omnes jam dictæ mutationes modò citiùs aut tardiùs, modo magis aut minùs irruant pro Aëris motu progreſſivo, quem Naturæ Scrutatores Ventum nominant, de ejus ordine & effectu pauca quædam annectit. CAP. II. *Salubritatem & Inſalubritatem Aëris* complectitur; & §. 1. de Aëris neceſſitate ad ſervandam vitam, & alteratione in morbis per migrationem in alia loca, vel per correctionem ope ſuffimigiorum: §. 2. primùm de Viis, per quas Aër corpus noſtrum ingreditur, np. Inſpiratione, & aëris cum ſanguine in pulmonibus connubio; Deglutitione; & per poros cutis Transitu: deinde de particulis quæ ſanguini communicentur, numve illæ debeant eſſe elaſticæ, nec ne? & ultimò de Effectibus aëris in corpore noſtro obviis, ſc. ſanguinis motu inteſtino, atque nutritione, prolixè differit. §. 3. Qualitatem aëris, & quomodo illa per effluvia herbarum & florum aromatica ſalutaris, vel mineralium & metallifodinarum memphitide, aut locorum uliginoſorum fœdis halitibus noxia reddi, aut animalium fœtidorum præſentiâ, aut mortuorum cadaveribus inquinari poſſit §. 4. 5. 6. demonſtrat. §. 7. Salubritatem & inſalubritatem aëris quatenus à cœlo eſt, & in diverſis zonis, torridâ ſc. frigida & temperata, ſpeciatim in plaga ſeptentrionali exiſtit §. 7. quate-

nus

nus à Ventis, in hac vel illa terra ſpirantibus, dependet §. 8. vel quatenus ab hominibus ipſis eorumque conſuetudine, dum alii tetro alii ſvavi delectant, derivari poteſt, §. 9. conſiderat, ac tandem §. 10. de commodis, quæ mens humana ex aëre capiat, ratiocinatur. CAP. III. *Salubritati Aëris Roſtochienſis* dicatum eſt, ejusque §. 1. Etymologiam nominis Roſtochii; §. 2. Urbis ſitum in Ducatu Mecklenb. §. 3. Elevationem poli; §. 4. Solum §. 5. Primordia, incrementa & decrementa civitatis; §. 6. Academiæ antiquitatem continet. Poſthæc criteria ſalubris vel inſalubris aëris Roſtochio applicat, dum §. 7. Situm ejus in temperata regione, §. 8. optimam ſoli cui incumbit conditionem, extollit. §. 9. Reſpondet illis, quæ de noxia Maris Balthici vicinitate, atque exinde proveniente Scorbuto, à malevolis objici queant. §. 10. Salubritatem aëris Roſtochienſis incolarum vigore corporis, proceritate, membrorum ſymmetriâ, formâ, longævitate, fœminarum fertilitate, atque mentis bonâ indole, comprobat: & §. 11. de Eruditis Roſtochii prognatis; §. 12. de Valetudine morbisque incolarum quædam affert: tandemque §. 13. Roſtochium olim ab exteris, ſanitatis gratiâ, tq. Aſylum, fuiſſe quæſitum, teſtimoniis roborat. Adjectus eſt, pro meliori rerum in hac diſſertatione peractarum, inventione (repetitione) *Index.*

D. XIV. Ejusd. D. Henr. Aſcanius Engelke / PP. Diſſertationum Theologicarum in *B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum Duodecimam* exhibentem *Cap. XVIII.* de *S. Cœna*, & Cap. XIX. de *Eccleſia & Eccleſ. Miniſtris*, Reſpondente *Antonio Boldewin.* Kling/ Haderslebia-Holſ. (pl. 3½.)

Circa finem hujus Menſis prodiit Meditatio Sacramentalis de *tribus Baptismi partibus Aqua, Spiritu, Verbo*, Auctore *Johanne Meineco*, Eccleſ. Ramböenſ. Paſtore. (pl. 22. in 4to.)

Præfationem *D. Joh. Fechtii* huic meditationi præfixam eſſe deprehendimus, quam, quia nonnullas quæſtiones, argumento huic familiares, pertractat, paulò penitius inſpiciemus. In ea verò ex variis in Miniſterio Eccleſiaſtico, quô jam quadraginta ferme annos fungitur, ſibi oblatis circa S. Baptiſmi adminiſtrationem caſibus, unum hiſce verbis conceptum adducit: "Diſtat "uno Durlaco milliari pagus, cui Langenſteinbach nomen eſt, ubi"

"cum ædituo naſceretur infans, eâ corporis infirmitate, quæ "proximam minaretur mortem, obſtetrix eâ de re monet paren- "tem, jubetque ſine ullâ interpoſita morâ eundem tingere ſa- "cro lavacro. Æditus, quanquam ſacris ejusmodi actionibus "quotidie adſtitiſſet, conſpexiſletque, quo pacto quibusque ver- "bis baptizarentur infantes, animo tamen ex inopinato caſu "anxius & ignarus, quid ageret, adprehenſo, quod ad manus "forte fortunâ fuerat, vitro, vinoque, quo repletum erat, in ca- "put infantis effuſo, iſthæc tantum verba pronunciavit: *In no-* "*mine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* Integrum præteriit menſis ſpa- "tium, antequam illæ facti circumſtantiæ emanarent in publi- "cum, & interea infans receptis viribus in ædem ſacram deporta- "tus mulieresq; quæ parienti & baptizanti adſtiterant, pro more "& juxta manuductionem Ordinationis Eccleſiaſticæ interroga- "tæ, conſueto ritu baptizatum eſſe infantem reſponderunt. Re "verò poſtea accuratius exploratâ, & erroribus in baptizando "commiſſis cognitis triplicem enatam ſibi fuiſſe quæſtionem di- "cit." I. *Utrum magis conſultum eſſet, in ſummo neceſſitatis caſu ab obſtetrice baptiſmum, quàm ab ullo præſentium alio, adminiſtrari?* Quam ita decidit, ut, adductâ priùs Dannhaueri ſexum nobiliorem & infantis patrem reſpiciente ſententia, obſtetrices benè antea informatas rationibus, quas inſimul affert, validis inductus præferat. II. *Utrum, ſi aquæ elemento baptizatus fuiſſet æditui infans, ratus validusque fuiſſet baptiſmus, etſi verba, quibus ex inſtituto Chriſti baptizari debet, non fuerint integrè recitata, omiſſis nempe iis, quæ tamen videntur eſſe præcipua:* ego baptizo te? Ad quam, aſſerto prius, vino baptizatum non eſſe baptizatum; & materiam terreſtrem in aliam quamlibet non poſſe converti, negando reſpondet, & *ne latum quidem unguem* à verbis deviandum eſſe cum D. Finckio exiſtimat. III. *An validus ſit baptiſmus, qui adminiſtratur aquâ, per conſecrationem præcedaneam non benedictâ, cum verba illa:* ego baptizo te, *applicatoria potius videantur, quàm ut conſecrationem in ſe ipſa complectantur?* Præſuppoſito, quod in ſola verborum inſtitutionis repetitione conſecratio conſiſtat, non rejectis tamen reliquis, ſi adſint precibus, & aſſerta quiſiti hujus: *Annon vel æquum ſit vel neceſſarium, ut ante applicatum ſubjecto baptiſmum, elemen-*

mentum aquæ, vel per integræ inſtitutionis, non partis tantùm illius, ſolennem repetitionem nimirum: Euntes docete omnes gentes, baptizantes &c. vel per annexam ſimul precationem, ut *Spiritum S. cum lavacro aquæ abundanter in baptizandum per JEſum Chriſtum effundere, perque ipſius gratiam juſtum eundem & hæredem efficere velit æternæ vitæ, ad ipſum baptiſmi actum præparetur & ſanctificetur?* æquitate, negataque neceſſitate, negativam amplectitur, dicitque, hâc omiſſâ, miniſtri actionem quidlibet potius aliud fore, quàm Sacramentum. Tandem ad præſentis Meditationis Autorem, quem ad eam conſcribendam Fechtius noſter excitaverat, delabitur, ejusque in hac adhibitam dexteritatem & induſtriam deprædicat. Sed adeamus nunc quoque Autoris Præfationem. In hac primò ille evincit, adeſſe Spiritum S. in baptiſmo præſentem per modum materiæ, quæ effunditur, quâ abluimur, quâ baptizamur; deinde occaſionem Scripti hujus oſtendit. Ediderat ſc. ſuperiori ſeculo nimirum A. 1697. Guſtrovii opuſculum de *Baptiſmi materia cœleſti*, quod cum vidiſſet Fechtius invitavit eum ad ſolvendas quasdam alias, pariter ad Sacramentum baptiſmi ſpectantes, quæſtiones, cujus invitationi obtemperaturus modò dictum opuſculum aliâ licet facie, planè novum, plurimisque in locis correctum atque auctum denuò prodire fecit. Pertractantur verò in illo Quæſtiones ſequentes: I. Quàm ſit (poſtquàm omnes & ſingulos redemit Chriſtus) omnibus ac ſingulis hominibus neceſſarius Spiritus S *p. 5. ſqq.* II. Quibus DEUS mediis utatur donandi nobis S. ſuum Spiritum? *p. 28. ſqq.* III. Velitne DEUS, in baptiſmo (medio Spiritus S. adipiſcendi haud exiguò) certam quandam adhiberi materiam, qua ſine S. ſuum Spiritum dare baptizandis nolit? *p. 42. ſqq.* IV. Si Spiritus mediante aquâ, ergone (quemadmodum in S. Cœna corpus & ſanguis Chriſti, ita in Baptiſmo Spiritus S.) ad modum cœleſtis materiæ effundatur? *p. 51. ſqq.* V. Deturne præter Spiritum S. adhuc alia quædam, eaque cœleſtis, materia in Baptiſmo? *p. 88. ſqq.* VI. Nihilne (quum verbo opponantur Sacramenta) in Sacramentis detur absque verbo, adeoque ſine verbo ad aquam Spiritus, ad panem & vinum corpus & ſanguis Chriſti, haud accedant? *p. 96. ſqq.* VII. Quodnam ſit proprium cujusque Sacramen-

ti verbum? *p.* 109. *ſqq.* VIII. Quid fiat de Oratione Dominica, numne & iſta in Sacramentis ad Conſecrationem formaliter & ſtrictè dictam aliquid conferat? *p.* 117. *ſqq.* IX. Conſecrationis effectus, unio, quid ſit, & quàm ſit brevis? *p.* 133. *ſqq.*

STARGARDIÆ.

D. XIX. Januar. In Memoriam Coronationis FRIDERICI, Regis Pruſſiæ, *Joach. Frid.* Schmidt / SS. Theol. Doct. Prof. & Rect. Reſp. *Chriſtian.* Borckenhagen / Stargard. ex 1. *Petr. II.* 17. de *Deo timendo, & Rege honorando* Diſſertationem Theologicam propoſuit. (pl. 4.)

Idem *J. Frid.* Schmidt / A. 1704. d. 20. Jan. Sermonem funebrem in exequiis *Nicolai Benedicti Paſchæ*, Collegii Gröningiani Prof. Publ. ejusdemque & Scholæ Rect. per XXVIII. annos ex 1. *Cor. XIII.* 8. 9. 10. habuit (pl. 5½.) in fol.) Ex adjecto in fine *Paſchæ* vitæ curriculo (pl. 2½.) potiora excerpemus: Natus eſt A. 1643. d. 4. Dec. imminente hora prima poſtmeridiana Zittaviæ. Pater ipſius fuit *Nicolaus Procopius Paſcha*, apud Zittavienſes Archi-Diaconus ad St. Johannis. Mater verò *Dorothea Profeltin.* Avus *M. Joachimus Paſcha*, Paſtor apud Zittavienſ. ad St. Joh. primarius, in numerum relatus præſtantium illorum virorum in Marchia natorum, quorum icones, cura Viri de patria maximè meriti, *Martini Friderici Seidelii*, Conſiliarii Brandenburgici ex ære expreſſæ, publicæ luci expoſitæ. Avia *Urſula*, *Urbani Hoffmanni*, Superintend. & Paſtoris Rupinenſis filia. Proavus *Joachimus Paſcha*, Berolini fuit Præpoſitus, & Elect. Brandenburg. JOACHIMO II. à concionibus aulicis ac conſiliis eccleſiaſticis, tandem General. Marchiæ Superintendens. Abavus *Martinus Paſcha*, civis Neo-Rupinenſ. Avus lineæ maternæ *Georg. Profeldt*, Eccleſiaſtæ munere functus eſt apud Chemnicenſes in Bohemia. Præceptoribus, interque eos *Eliæ Weiſio*, *Chriſtiani Weiſii*, Rectoris Zittavienſis celeberrimi, Patri traditus tantos fecit progreſſus, ut A. 1664. Wittebergam petere dignus fuerit habitus. Variis antea eruditionis Philoſophicæ ſpeciminibus editis A. 1666. d. 15. Oct. in ordinem Magiſtrorum cooptatus fuit. A. 1671. d. 12. Julii in numerum Philoſophiæ Adjunctorum eſt receptus.

Anno

Anno 1674. dignitas Profeſſoris Log. & Metaphyſ. extraord. in Acad. Gryphiswald & A. 1677. Superintendentis & Paſtoris Seydenſis à D. Calovio oblata fuit, maluit tamen juventutis informandæ operam ſuſcipere. Hinc eod. tempore Stargardiam vocatus Profeſſor & Rector in Collegio Gröningiano & Schola abiit. A. 1678. d. 10. Jun. Dorotheæ Sophiæ, *M. Martini Löperi*, Paſt. ad Æd. Spirit. S. filiæ junctus fuit, ex qua ſuſcepit ſeptem liberos, ex quibus natu maximus *Joach. Wilhelmus* Med. Doctor eſt. Diſputavit in Academiis quinquagies ſepties. Diſſertationes verò, quas Wittebergæ adhuc de rebus habuit metaphyſicis, in unum collectæ volumen prodierunt titulo *Collegii Ontologici Thetico-axiomatici Præpoſito.* Dignum eſt habitum iterata impreſſione, prior editio extat in quarto; poſterior in octavo, titulo nonnihil mutato, qui eſt *Ontologia Thetico-axiomatica. Compendium* etiam edidit *Logicum.* In Manuale Scharfianum conſcripſit *Quæſtiones extemporales.* Dolendum autem priorem tantum partem luci eſſe expoſitam. Artis numerandæ ſpecimen etiam communicare cum poſteris voluit, dum lingua vernacula Arithmeticam concinnavit, cui titulus: Kurtzer Unterricht von der Arithmethick. *Arithmetica* autem *Curioſa*, & alia ab ipſo confecta MSS. latent adhuc inedita, digna, quæ doctorum proponantur oculis. Plurimas Diſputationes Stargardiæ habuit. Notatu dignum benignisſimæ Dei in B. defunctum voluntatis eſt exemplum, quod in ejus vitæ Curriculo legitur: Habuit nimirum Anno 1671. Wittebergæ in ædibus *Sauerbreyii Muſeum*: per quietem verò admonitus de hoſpitio mutando: Id quod etiam fecit, & quatuor hebdomadibus poſt tota domus ingenti conflagravit incendio, quo unâ quinque periére homines. Eademque Dei voluntate ſic dirigente beata morte deceſſit d. 2. Januar. manè inter horam 4. & 5. natus annos LX. menſem I. & dies VII.

REGIOMONTI.

Quas hactenus ſigillatim commemoravimus Diſputationes Logicas, nunc Auctor auctiores hoc titulo prodire fecit:

M. Pauli Raben / Profeſſ. Regiom. *Primitiæ Profeſſionis Logico-Metaphyſicæ*, ſive *Commentarii in Librum Categoriarum Ariſtotelis*, Lectioni-

ctionibus publicis primi Semestris à Professione hac susceptа in calamum non modò Auditoribus suis dictati, sed & novem Disputationibus publicis ventilati, nunc in usum studiosæ juventutis auctiores recusi, præmisso ex Discursibus in Commentarios hosce Proœmiò de *Authore libri Categoriarum*, & de *Distinctione librorum Aristotelis* in *Exotericos* & *Acroamaticos*. Et addita Appendice genuina: I. Orationis de *Novellis Philosophis* eorumque *Philosophia*, Præfationis loco ante Disputationem Inauguralem pro Loco novæ hujus Professionis publicè habitæ. II. Præfationum Disputationibus aliis publicis antehac præmissarum, in quibus singulis quæstio aliqua Philosophica dilucide discutitur, cum Indicibus necessariis. Regiomonti A. MDCCIV. Ex Officina Georgiana. (1. Alph. pl. 17½. in 4to.)

Prodiit haud ita pridem Quaternio Concionum, qui hoc titulo gaudet:

D. Bernhard von Sanden / Königl. Preussisch. Bischoffs / Ober-Hoff-Predigers und Prof. Theol-Primar. Predigten über die 4. Advents-Evangelia, nebst einem Anhange von dem verfallenen Christenthum / von dem Wohl-Sel. Autore A. MDCCII. in der Königl. Preussisch. Residentz-Kirche gehalten / von ihm selbst auffgesetzt / und zum Druck gegeben / Königsberg. (pl. 9. in 4to.)

D. XXII. Sept. M. Mich. Schreiber / Eloqu. & Hist. PP. Bibliothec. Wallenrod. in fun. *Tobiæ* Schweichel / Past. Brandenburg. concinnavit Progr. funebre, cujus titulus: Traur- und Trost-Facketn. (pl. 2.)

D. XVIII. Oct. idem fecit in fun. *Danielis Stobbe*, Senatoris & Camer. Lœbnicens. (pl 2.)

D. XIX. Januar. Idem in anniversaria *Coronæ Prutenicæ* solennitate habuit Orationem de *Gemmis in Cidari hac aurea relucentibus*, quem excepit *Frider. Emanuel à Troben*, Nob. Pruss. habita Oratione de Emblemate, quo Corona Regis FRIDERICI inter aureos solis radios apricata hoc lemmate decorabatur: JUBAR CUM FOENORE REDDIT. Oratio ipsa typis excusa est. (pl. 3.) Præcesserat Programma invitatorium de more triumphatorum

apud

apud Romanos, qui coronam in ædem Jovis deferre, ibidemque consecrare solebant.

Eod. die in funere *Annæ Ringeltaubiæ*, *M. Joh. Thilii*, Conjugis, in puerperio denatæ: Reinliches Tauben-Opffer / welches sie in ihrer durch den Todt geschehenen völligen Reinigung und Kirch-Gang in den Tempel des Himmels dem Allerhöchsten dargestellet. (pl. 2.)

D. XXII. Ejusd. in fun. *Mariæ Bockiæ*, *Valentini Pietsch*, Pharmacopæi Aulici, applicavit verba ex Cant. III. idiomate germanico, cujus hæc est Epigraphe: Heilige Verwunderungs-Frage Cant. III. 6. welche aus ihrem Leben / und erfolgten seel. Todt hat erörtern wollen ꝛc. (pl. 2.)

D. 1. Febr. in funere *Henrici Kenckelii*, Scabinatus Palæop. Assess. Stern und Glück der Kinder Gottes. (pl. 1.)

D. XII. Ejusd. in fun. *Danielis Kalau*, S. R. M. Aulici Consiliarii, nec non Rerum bellic. Commiss. Rechtschaffene Vorbereitung zum Tode. (pl. 2.)

D. II. Mart. in fun. *Gertrudis*, natalibus *Eifflerie* B. *Petri Molleri*, Med. D. & PP. Viduæ, Poëtriæ Laureatæ; Unverwelcklicher Lorbeer-Krantz. (pl. 2.)

Nata est Parente *M. Eifflero*, Log. & Metaph. PP. nec non Colleg. & Convict. Insp. Prim. matre *Elisabetha*, *M. Weieri*, Hist. PP. Acad. Sen. & Bibliothecar. Aulic. filia in thalamum ducta A. 1656. d. 14. Febr. quum vix XIV. ætatis annum esset emensa: liberor. XV. mater, A. 1686. vidua facta. A. 1671. in Ordinem Carpophororum recepta, *Mornille* dicta, & Veronica donata à Floridano est, hoc cum lemmate: Der Himmel im Hertzen gebildet. Denata d. 16. Febr. vitæ summa LXIII. ann. IV. mens. & III. d. excurrit.

D. V. Ejusd. De *Efficacia verbi divini* Disputationem, pro Loco Professionis Extraord. in Theologia obtinendo, ventilavit *Christoph. Conrad. Gœrizius*, S. Theol. D. Respond. *Salom. Theoph. Pomian Pesarovio*, Gedan Boruss. (pl. 2.)

D. XII. Ejusdem Joh. Fridericus Starcke / Med. D. & P. P. designatus, Respondente *Jacobo* Finckenau / Mariæb. Pruss. pro Receptione in Facultatem Medicam de *Dysenteriâ* Disputationem

habuit, quâ *Etymologia* & *Synonymiâ* tam græcâ quàm germanicâ §. 1. traditis; §. 2. Signa Diagnoſtica hujus affectûs duplicia, tàm quæ Dyſenteriam imminere quàm quæ eam jam præſentem adeſſe indicant, recenſet: ex quibus & excrementorum imprimis ratione, Authores non paucos authoritate Galeni inductos tres Dyſenteriæ gradus ſtatuere, refertur, & quid de veritate horum ſentiendum ſit, infra fuſiùs ſe docturum promittit. Monet item his ſignis varia alia Symptomata ſupervenire, quæ tamen non ſemper omnia, ſed mox plurima, mox ex his pauciora adſint. § 3. antequam ad ſigna quibus cognoſcitur an tenuia, an verò craſſa inteſtina in Dyſenteriâ ſint affecta, progrediatur, quædam de parte affectâ in Dyſenteriâ primariâ & ſecundaria præmittit; atque duplicem in hoc Affectu adeſſe morbum, alterum ſanguinis primarium, alterum inteſtinorum ſecundarium, tum authoritate Medicorum præcipuorum, tum rationibus variis probat § 4. in cauſam Dyſenteriæ proximam inquirit, quam Veteres & plurimos Recentiorum Inteſtinorum ulcus vel exulcerationem eſſe, rationibus ſat prægnantibus & avtopſiâ in cadaveribus Dyſentericorum diſſectis, demonſtrare velle oſtendit. §. 5. tamen, non deeſſe etiam quosdam Recentiorum, qui contrariam ſententiam fovent, in Dyſenteriâ ſcilicet etiam jam factâ ulcus non adeſſe, nec cauſam ejus proximam eſſe Inteſtinorum exulcerationem ſubjungit: variorum Authoritates & rationes quibus hanc ſuam ſententiam tanquam fulcris ſtabiliunt, in medium producit: cui ſententiæ Ipſe quoque Author ſubſcribit § 6. Authoritates & rationes Adverſariorum contrariis authoritatibus atque rationibus oppugnat. §. 7. Duplicem *cauſam proximam* in Dyſenteriâ agnoſcit: alteram *primariam & immediatam* quidem, vel ſeri mucoſi vel aliorum pravorum humorum vel ſanguinis abſceſſionem & ſecretionem, à tota ſanguinis circulantis maſſa, quæ ſequitur ſtatim nimiam ſanguinis perturbationem & ejus præternaturalem fermentationem & diſſolutionem colliquativam: *Alteram ſecundariam*: ſcilicet fibrarum nervearum Inteſtinorum nimiam vellicationem, irritationem, & ſtimulationem, ab humoribus acidis, auſteris & acribus, à ſanguine ſecretis inductum, quâ fibræ ſpirales, motum periſtalticum Ventriculi

culi & Inteſtinorum inſtituentes, concitatiori motu moventur, & celeriùs humores, ad cavitatem inteſtinalis tubi delati propelluntur, & tandem per anum expelluntur. *Cauſam mediatam* porrò ſtatuit quodcunque peregrinum pertinaciter inteſtinis adhærens, & ſuis cuſpidibus & ſpiculis, fibras inteſtinorum nerveas vehementer vellicans, & impetuoſè ſtimulans: *Cauſas remotiores* verò, omnia iſta, quæ maſſam ſanguineam depravare, & inficere valent, quales ſunt cibi viſcidi, crudi, acidi, auſteri, &c. Eſus fructuum æſtivorum &c. quo & aſſumpta purgantia vel Draſtica vel malè præparata, Inunctio ℔ij junctarum intempeſtiva, & ſimilia referuntur, ſtatuit. §. 8. Dyſenteriam (1) *in levem & gravem; ad levem Benignam, ad gravem Malignam* referendo: (2) in *privatam & publicam* hancque iterum in *Epidemiam & Endemiam* (3) in *primogeniam & poſtgeniam*, quæ rurſus in *Criticam & Symptomaticam* dividitur (4) denique in *brevem & diuturnam*, diſtinguit. §. 9. Ad Prognoſtica quod attinet, Signa quæ Dyſenteriam, gravem, periculoſam, longam & lethalem, quæ item non periculoſam aut lethalem indicant, recenſet. §. 10. pro Cauſarum varietate, quæ medicamenta indicentur, enumerat, & §. 11. Omiſſis omnibus purgantibus, quod rariſſimè cum fructu adhibeantur, cùm augeant ſanguinis fermentationem, & fibras nerveas Inteſtinorum magis, tanquàm crabrones, irritent: Rejectis etiam Emeticis, cum humores peccantes facilè ad Ventriculum & ſuperiora Inteſtina trahant, & alvi dejectiones frequentiores reddant; varias Remediorum formulas, ex balſamicis & ſtypticis, pro ſingulis Cauſarum Indicationibus, ſuppeditat. §. 12. Symptomata atrocia urgentia recenſet (1) *ipſa tormina* (2) *Vomitum* (3) *Singultum*, (4) *Teneſmum* (5) *Ulcus & gangrænam*, & contra ſingula convenientia remedia ſubnectit. §. 13. quæ & qualis Diæta juxta ſex res naturales inſtituenda ſit docet, & Tractatum claudit. *(conſtat plag. 4. in 4to)*

D. XVIII. Ejusd. M. Joh. Friderus, Regiom. Pruſſ. pro Receptione in FCtem Philoſoph. diſputavit de *Ariſtotelis Religione, contra Judæorum traditionem*, Reſp. Joh. Behm, Holland. Pruſſ. (pl. 4.)

D. XIX. Ejusd. Præſide paulò ante nominato *D. Gœrizio*,

Disputationem de *Efficacia Sacramentorum*, publicæ ventilationi subjecit *Balthasar Boy*, Reg. Pruss (pl 2.)

D. XXVI. Ejusd. Præside jam jam adducto *D. Starckio*, & Resp. *Jacobo* **Finckenau** / Mariæb Pruss. habita est pro Loco Profess. Extr. Disputatio Medica de *Suffocatione ex liquore recenter fermentante.* (pl. $3\frac{1}{2}$.)

In Proœmio præmissis de respirationis necessitate & quatuor ejus lætionis modis ratio instituti redditur. §. 1. Etymologia vocis tàm græca quàm latina, & §. 2. Homonymia vocabuli suffocationis proponitur, ubi simul quindecim suffocationis species enumerantur, & ad ipsam disputationem transitur. §. 3. Demonstratur homines ab effluviis vini & cerevisiæ fermentantium suffocari posse tam ratione, quàm experientia Zacut. Lusitan. Camerar. Petr. Borell. §. 4. Signa diagnostica præsentis affectus traduntur §. 5. de pulmonum substantia & officio in respiratione, in qua se habent ad aëris receptionem & expulsionem purè passivè. §. 6. & 7. in naturam aëris imprimis athmosphærici inquiritur, ejusque gravitas atque elasticitas nec non in suas distinctas regiones divisio breviter explicantur. §. 8. de respiratione agitur, ubi data actionum humanarum divisione respiratio actio ex voluntaria & automatica mixta dicitur atque exponitur, qua ratione aër in pulmones recipiatur atque ex iis iterum expellatur, & quem habeat usum. §. 9. causa proxima evolvitur, quam constituunt particulæ volatiles, sulphureæ, narcoticæ, ex liquoribus fermentescibilibus, vini sc. & cerevisiæ exhalantes quæ figunt activitatem aëris ad sanguinis spiritualescentiam requisitam, unde spiritus tàm vitales, quàm animales quasi extinguuntur, atq; motus sanguinis uterq; impeditur. Quæ omnia ulterius duobus similibus illustrantur. Quod verò in vino & cerevisia ejusmodi partes volatiles, sulphureæ, narcoticæ reperiantur probatur de utroq; seorsim 1) ratione, 2) auctoritate Hipp. 3) experientia Foresti: Roosteri apud Bonet. in Medic. Sept. Zacut. Lusit. Bartholin. §. 10. Causæ remotæ præcedentes enumerantur. §. 11 Prognosis traditur & monstratur, quod 1) quoniam morbus hic præceps sit, celeri egeat cura 2) quod spuma circa os in hoc affectu sit certum vitæ non redituræ signum, quamvis

vis ab aliis in dubium vocetur. §. 12. Curatio inſtituitur medicamentis tam externis quàm & internis, ut & remediis è chirurgia petitis ubi etiam variæ traduntur remediorum formulæ. §. 13. Diætetica in hoc affectu ſecundum ſic dictas res non naturales præſcribitur.

D. XXVII. Ejusd. Sub Præſ. *Petri Schwimmeri*, U. J. L. & PP. Reſp. *Frid. Emanuel à Froben* Nob. Pruſſ. Diſp. de *Judice Feudali* habuit, quæ Diſputatio in quatuor capita eſt diſtributa CAP. I. de *Judice Feudali in genere* (pl. 6)

Ubi ſignificatione vocis expoſita §. 1. ſqq. Judex dividitur pro diverſitate Jurisdictionis in ordinarium & extraordinarium: eccleſiaſticum & ſecularem: hic iterum in Criminalem & Civilem: Civilis rurſus in allodialem & feudalem, qui controverſias Feudales examinare, easque decidere poteſt §. 7. CAP. II. *exhibet Cauſas in quibus Dominus feudi judicat.* Pro diverſitate cauſarum Feudalium, diverſos quoque eſſe judices, & ſi inter convaſallos controverſia ſit Dominum judicem competentem eſſe dicitur in §. 1. &, ſi plures ejusdem Feudi litigioſi ſint Domini, omnes judices eſſe §. 3. etiamſi Dominus ſit laicus, Vaſalli vero litigantes Clerici §. 4. aut Dominus alium agnoſcat ſuperiorem, paresque Curiæ habeat §. 5. vel Vaſallis litigantibus conditione par aut inferior ſit §. 6. aut privatus vel ruſticus ſit §. 7. Vel Fœmina §. 8. & licet alteruter litigantium perſona ſit privilegiata §. 9. aut in iſto loco ubi Dominus jus dicit, non habeat domicilium habitationis aut de feudo litigioſo nondum inveſtitus ſit, aut juramentum fidelitatis præſtiterit §. 10. Ut Domini Jurisdictio competens ſit, nihil intereſſe dicitur, quale ſit feudum litigioſum, qualisque actio §. 12. iſtamque Jurisdictionem Domini Vaſallos invito domino non poſſe prorogari §. 13. ſed ſi alibi litigantes à Domino admoniti, à lite nollent deſiſtere, feudo propterea illos privari poſſe §. 14. Jurisdictio iſta feudalis ordinaria eſſe dicitur §. 15. Excipiuntur cauſæ Vaſallorum litigantium in quibus Domino non competit Jurisdictio: ſi ſc alteruter litigantium feudum litigioſum novum eſſe contendat, vel feudum eſſe neget, vel ſi iis Vaſallorum quoque Domini commodum vel incommodum concernat: vel Dominus

alterutri litigantium ſit Conſanguineus &c. inter Convaſallos lis ſit circa rem allodialem, §. 16. CAP. III. *exhibet cauſas in quibus pares curiæ judicant.* Horum Jurisdictio Competens eſſe dicitur, quando lis eſt inter Dominum & Vaſallum §. 1. Unde pares Curiæ dicantur? §. 2. In Cauſa Domini judices ſunt pares curiæ immediati, non mediati §. 3. qui feudum aliquod realiter poſſident, non, qui ſpem ſaltem habent ſuccedendi aut ſimultaneè duntaxat inveſtiti §. 4. qui pares ſunt ejusdem Curiæ, non qui diverſæ §. 5. qui habiles ſunt §. 6. 7. quibus competit Jurisdictio ſive Dominus ſit actor ſive reus, ſive Controverſia principaliter ſive per conſequentiam concernat Dominum: ſive ipſi lis ſit cum immediato ſive cum mediato Vaſallo &c. §. 8. Et quidem omnibus Curiæ paribus non vero tantum electis iſta Jurisdictio à Lege conceſſa eſſe dicitur §. 9. Niſi quidam ex paribus per Compromiſſum Domini & Vaſalli eligantur §. 10. Ubi tamen Domini electio ordine prior, & poſtea ſequi debet Vaſalli electio, niſi aliter conventum §. 11. Quot pares Dominus elegerit judices, tot, non plures, & Vaſallus cum Domino litigaturus eligere tenetur §. 12. Vaſallo in mora eligendi exiſtente, pares à Domino electi ſoli judicent §. 13. Electi non poſſunt ſe excuſare à munere judicandi, & non tenentur novum juramentum præſtare. Aliquando una cum paribus & Dominus judex eſt, quando dubitatur an paribus, an vera Domino competat cognitio §. 14. CAP. IV. *exhibet Cauſas ubi nonnunquam Ordinarius judex: nonnunquam arbiter judicat.* Judici Ordinario competere Jurisdictio dicitur (1) quando de feudo nondum conſtituto ſed promiſſo controvertitur inter Dominum & eum cui facta promiſſio eſt (2) quando Dominus & Vaſallus inter ſe litigantes in Ordinarium judicem compromittunt (3) quando pares deficiunt (4) quando fructus feudi ſeparatim petuntur §. 1. (5) quando pares omnes teſtes ſunt & non ſuperſunt alii qui judicis officio fungi queant (6) quando Dominus ab extraneo convenitur (7) quando Vaſallus ſe talem eſſe inficiatur (8) quando Vaſalli litigantes diverſos habent Dominos (9) quando lis inter Dominum & Vaſallum eſt Criminalis &c. §. 2. De feudo licitum eſſe compromiſſum dicitur §. 3. modo id Dominus comproba-

probaverit, §. 4. ejus consensu deficiente compromissum non valere dicitur, nisi ipsius præjudicium non concernat §. 5. sententia enim arbitri Domino non præjudicat nisi arbiter domino consentiente sit constitutus §. 6.

HOLMIÆ.

Biblia Svecana, quorum bis antea scil. *T. II. mens. Jan. p.* 14. & *T. IV. mens. Januar. p.* 12. mentionem fecimus, superiori demum annô in publicum sunt emissa; titulus ita habet:

BIBLIA, thet aer all then Helliga Skrifft paa Svenscha / effter Kön: nung Carl den 12dsts Befalning / med förrige Editioner jaemförd / Summarier og Marginalier öfwersedde / Concordantier och Anmaerkeningar foroekade; Nyn Register / och Bibliſk Tyderaekning / indraettade; med mera / som foretalet naermare Uthwyſar. i. e. *BIBLIA, ſive tota Scriptura Sacra Sveticè, juſſu Regis Caroli XII. cum editionibus prioribus collata, ſummariis & marginalibus reviſis, Concordantiis & Annotationibus auctis, aliisque, quæ Præfatio prolixiùs docet, additis.* Stockholmiæ, ex typographia beati H. Keyſers, A. 1703. in fol. Reg. Constant Alphab. 6. cum mappis Geographicis, delineatione Templi Hieroſolymitani, aliisque tabulis æri nitidiſſimè inciſis.

Quæ de hac verſione plura, ut & de prioribus Bibliorum in Svecicam linguam translationibus dici poſſent, vid. in Actis Erud. Lipſ. A. 1704. menſ. Aug. p. 341. ſeqq.

Circa finem Anni proximè elapſi defunctum accepimus *M. Benedictum Cameen*, Wermelandiæ Daliæquè Superintendentem, Conſiſtorii Carlſtadienſis Præſidem, & Gymnaſii ibidem Ephorum.

UPSALIÆ.

Ex quo ultimo *T. II. Nov. Lit. p.* 204. Academiæ Upſalenſis faciem repræſentavimus, ita eam mutatam accepimus:

Theologicam Facultatem, præter *Diurbergium* antea memoratum, abſolvunt:

Johannes Palmroth, SS. Theol. Licent. &
Johannes Esbergius, SS. Theol. Doct.

Prima-

Primarii autem Profeſſoris Theol. locus ab exceſſu *Normanni* vacavit hactenus.

In Facultate Juridica *Carolo Lundio* acceſſit in locum *Aurivillii* ſuffectus *Johannes Reftelius* Juris Rom. Prof.

Medici iidem qui antea.

Facultati autem Philoſophicæ acceſſere:

Johannes à Bellmann, Eloq. Prof. & Acad. h. t. Rector,
Petrus Elvius, Matheſ. Prof.
Olaus Celſius, Græcæ L. Prof.
Daniel Lundius, Orient. Lingg. Prof.
Fabianus Törner, Philoſ. Theor. Prof.
Johannes Eenberg, Deſign. Philoſ. Pract. Prof. qui nuper publico dedit Scriptum, cui Titulus;

Kort Berättelſe af the maerckvaerdigſte Saker / ſom för the fraemmande aere att beſee och fpernimma uti Upſala Stadh / och naeſt omgraenſende Orter &c. i. e. *Brevis narratio rerum memorabilium, quæ à peregrinis æſtimari ſolent Upſaliæ, & in vicinia ejusdem. Additæ ſunt Icones neceſſariæ, ut & de nupero funeſto incendio urbis Upſalenſis relatio.* Upſaliæ 1704. in 12mo pl. 16. Recenſuerunt illam Collectores Actorum Erud. Lipſienſ. menſ. Aug. 1704. p. 337.

Bibliothecarii munere hodie fungitur *Ericus Benzelius* Erici Archi-Epiſc. Upſal. fil. cujus, præter *Homiliam Chryſoſtomi verſione ac notis illuſtratam*, & ſub præſidio *B. D. Laur. Norrmanni* (v. N. L. Tom. VII.) de emittendo in publicum *Philonis Lib. IV. de LL. ſpecial. Decalogi* hactenus inedit. promiſſi mentionem fecimus Anno 1702. menſ. Julio. p. 199. Ejusdem *Monumenta Eccleſiæ Svecanæ* jam ſub prælo ſudare perhibent.

Præterea *Johannes Kemper* Ling. Rabbin. Prof. Extraord. Academiam reliquit *Jeſperus Svedberg* SS. Theol. D. & Prof. Prim. ad Diœceſeos Scarenſis Epiſcopatum vocatus, qui ante abitum Diſputationem Inauguralem d. 2. Maji 1703. habuit de *Miniſtri fidelis officio in Epiſtola ad Titum repræſentato*, excuſam in 8vo pl. 4½. In cujus Præfatione ſimilem *Commentarium in utramque ad Timotheum Epiſtolam* promiſit.

Exceſſe-

Exceſſerunt autem è vivis: (1) *Laurentius Norrmannus*, antea Theol. Prof. Prim. & Acad. Bibliothecarius, jam vero ad Epiſcopatum Gothoburgenſem vocatus, anno æt. 52. d. 21. Maji, 1703. Natus eſt A. 1651. in Sudermannia Sveciæ Provincia, Patre *Joh. Norrmanno*, ſummo redituum Curatore Celſiſſ. Comitum gentis Oxenſtierniæ. Jactis in patrio Stregneſienſium Gymnaſio fundamentis, ſtudia humaniora Upſaliæ, deinde etiam apud exteros, in Germania, Belgio & Anglia excoluit. Domum reverſus, Secretarii apud Comitem *Magnum Gabrielem de la Gardie* munus obiit, & Collegii Regii Antiquitatum Aſſeſſor eſt conſtitutus. Poſthæc Extraordinarius Philoſophiæ & LL. Græcæ & Orient. Prof. in Acad. Upſalenſi, & mox etiam Ordinarius in Londinenſi Scanorum, adjecta Bibliothecæ præfectura, eſt deſignatus; ſed Upſaliæ retentus, ibidem Logices ac Metaphyſices primò, deinde Græcæ Linguæ, ac poſtea Theologiæ Profeſſionem, Bibliothecarius ſimul & Paſtor Waxſalenſis, obtinuit, donec tandem literis Caroli XII^mi Epiſcopus Gothoburgenſis renunciatus, brevi poſt à Deo placida morte evocatus eſt, relictis cum vidua *Elizabetha Roman*, liberis 6. ſuperſtitibus. Præter alia ejus Scripta, quibus immortalitatem meruit, nobis etiam hinc inde memorata, abſolutiſſimum illud *Lexicon Græcum*, cui per plurimos annos inſudavit, commendari inprimis meretur, ſed cujus nulla edendi ſpes jam ſupereſt. Pluribus vitam ejus expoſuit *Carolus Lundius* Juris Patrii Prof. in Orat. Funebri, III. Id. Octobr. A. 1703. habita, & Upſaliis excuſa in 4to pl. 10¼.

(2) *Olaus Rudbeckius* Pater, Academiæ hujus Senior, & à multis annis Curator, nec non Profeſſor honorarius emeritus, 1703. menſ. Sept. Natus is fuit A. 1630. Patre D. *Johanne Rudbeckio*, Diœceſeos Aroſienſis Epiſcopo. In juventute ſua artes humaniores, mechanicam item, pictoriam, muſicam, pyrobolicam, inprimis autem Medicinam & Anatomicam, cui in Acad. Upſalenſi ductu *D. Johannis Franck* operam dedit, ſumma cum laude exercuit. Poſtea cùm aliquamdiu in Batavis eſſet peregrinatus, in ejusdem Dr. Francki locum, ad obeundam Botanices & Anatomiæ Profeſſionem, ſubrogatus, cum reliquis ſcientiis Antiquitatum quoque, Geographiæ & Hiſtoriarum ſtudium conjunxit.

Curator etiam Academiæ perpetuus est constitutus, in qua statione 72. annos, binos menses, 3. hebdomadas & 5. dies natus, decessit, viduam relinquens *Wendelam Lohrmann*, & filium *Olaum Rudbeckium*, suum in Professione Anat. & Botan. successorem. Indicem scriptorum ejus exhibet *Joh. Schefferi* Svecia Literata, edita à *Joh. Mollero* Hamburgi 1698. *pag.* 212. quibus adjiciatur insigne *Opus Botanicum* ex 11000. plantarum iconibus coacervatum, quod in templo Cathedrali repositum, igni per urbem grassanti in prædam cessit. Publica Oratione funebri pridie Cal. Dec. A. 1703. ipsi parentavit *Johannes Esbergius*, Theol. D. & Prof. Ordin. quæ etiam typis excusa est in 4to pl. $6\frac{1}{2}$.

ABOÆ.

D. Joh. Gezelius Academiæ Pro-Cancellarius, & Ecclesiæ Episcopus, nunc in eo est, ut Biblia Sacra perpetuo Commentario, lingua Svecica scripto, & cui per XXV. annos, & quod excurrit, insudavit, illustret. Ejus rei ergo sequentia ex Epistola illa, A. 1699. d. 23. Decemb. ad Regem suum CAROLUM XII. exarata excerpimus:

Dabit clementissime Sa. Ra. Va. Maj. veniam mihi subjectissima devotione exponendi, quot quibusve modis Ecclesiæ DEI in latissimis Sæ. Ræ. Væ. Majtis regnis, per sacrum hunc laborem, Cœlesti gratia auxiliante, inservire ferat animus, ita quidem, ut hoc operis, affulgente clementissima DEI nostri benedictione, ad verum & genuinum Scripturæ Sacrosanctæ sensum apprehendendum, proficuum & utile sit medium, ut hujus interventu doctrina cœlestis in sua puritate nos inter sarta tectaque retineatur & efficacia ejus fructusque in nos felicius extendatur. Siquidem I. *Textus biblicus* qui nunc ex purissimo Sæ. Ræ. Væ. Majtis jussu censetur, & sub prælo sudat, fideliter in hoc opere retinetur, in subjunctis autem *annotati nibus* unus alterve locus sobriè evolvitur excutiturque, in ipso textu non adeo commode mutari aptus natus, qui tamen in sensu suo emphatiκωλυτερω accuratius reddi, & ad textum Originalem, divique Lutheri interpretationem magis sollicite vult exigi. II. *Libri cujusque biblici*

biblici contenta primaria & chronologiæ ſingulorumque *capitum* concinnæ ac juſtæ *ſectiones* exhibentur, adpoſitis ad ſingulos verſus *locis parallelis* veris & indubitatis. III. *Divi Lutheri gloſſæ marginales*, ſæpe in prioribus Svecanis ex vero ſuo ſenſu non redditæ, adhæc indiſcriminatim aliis gloſſematis immixtæ, ſedulo transferentur & à reliquis eleganter ſeparabuntur IV. *Exegeſis è variis* variorum idiomatum *Commentariis*, præ aliis ex iſtis in orthodoxa noſtra religione, ſolicite & exquiſitori cum induſtria collecta concinnataque prodibit, ut quivis adeo locus illuſtrationis alicujus indigus, vera ſua luce & genuino verborum ſenſu, quoad quidem per propoſitam brevitatem licuerit, majori tamen ſe ſufficientia commendaturus, quam multæ majores & diffuſiores, donetur atque explicetur. Inprimis V. *Dicta & loca quævis biblica*, quæ *ſanæ noſtræ fidei adſerendæ inſervient* pluribus Scripturæ locis *confirmabuntur* teſtimoniisque & argumentis exinde manantibus præmunientur. *Confutatis* VI. præcipuis, quæ veritatis oſores obgerunt *exceptionum momentis*. Quin VII. *Loca Scripturæ*, quibus adverſarii ad falſam ſuam doctrinam incruſtandam infucandamque abutuntur, ex prava & perverſa interpretatione hic vindicabuntur, inque ſententia ſana & orthodoxa communientur. VIII. Etſi in opere quod juſtam intra molem ſubſiſtere neceſſum habet, *doctrinæ* atque *uſus* conformandæ *vitæ Chriſtianæ* conducentes, non perpetuo adduci poſſint, eo quod etiam ex uno ſæpe dicto imo verbo, aliquando plures fluant eliciunturque frequentiſſime tamen ubi genuinam ſedem capiunt, digito quaſi ſignantur, qui vero poſtmodum peculiari quodam indice monſtrabuntur, oſtenſo ſimul quomodo eandem ſacram utilitatem ex pluribus homogeneis quærere liceat. IX. Quicquid præterea in majoris molis Operibus Biblicis aliarum linguarum invenitur ceu ſunt uberiores vel locupletiſſimi *indices*, *Delineationes ſacrorum numiſmatum, ponderum menſurarum &c.* Quin etiam *Tabulæ* ex aliis maxime neceſſariis *geographicæ*, cæteraque hujusmodi, juſto delecta adhibebuntur & huic operi ſuis ſingula ſedibus inſerentur.

LONDINI GOTHORUM.

Serius ad nos delatas quasdam Disputationes nunc demum exhibere malumus, quam planè intactas eas relinquere.

D. VIII. & IX. Sept. A. MDCC III. Disputationem Theologic. Synodalem in August. Confess. invariatæ Articulum XIII. de *Usu Sacramentorum* Moderante *D. Matthia Steuchio*, Diœceseos Scaniæ & Blekingiæ Episcopo, & Acad. Pro-Cancellario, sub Præsidio *Joh.* Hofwerberg / Præpositi & Past. Malmogiens. defenderunt *Petrus Thomæus*, Past. in Oußby & Loshult; *Casp. Schönbech*, Past in Wellinge & Katterup / & Andr. Tiliander, Past. in Arrie & Hökopinge. (pl. 4½.)

Sub auspicium A. M DCC IV. prodiit *Elenchus Lectionum Academicarum* in Acad. Gothorum Carolina habendarum, ex qua Professores in ea docentes nominare placet. Sunt verò

In Facult. Theol.

Jonas Linnerius, S. Th. Prof. Primar.
Joh. Poppelmann.
Thomas Ihre.

In Facult. Jurid.

Joh. Lunderstein / J. N. G. & Mor. Prof. Ord.
Andreas Riddermarck / Jur. Patr. PP. & Ord.

In Facult. Med.

Jacobus Fridericus Below, Med. D. & Prof. Ord.

In Facult. Philosoph.

Andreas Stobæus, Hist. & Poes. PP. & Ord.
Haquinus Stridzberg / LL. Or. Prof. Ord.
Jonas Hörling / Eloqu. Prof. Ord.
Erlandus Lagerlöf / Log. & Metaph. Prof. Ord.
Bonde Humerus, Math. Prof. Ord.
Johannes Winslow, Chronol. S. & Hist. Eccl. Prof. Extr.
Johannes Steuchius, Prof. Extr. Biblioth. & Convict. Reg. Præp.

D. XXX. April. Ejusd. Anni, sub Præsidio *Andr.* Riddermarck / Jur. Pat. & Civ. Prof. Ord. Dissertat. Juridicam de *Gradibus*

dibus Matrimonii prohibiti, exhibuit Caſparus Ennes, Auſtro-Goth-Svecus. (pl. 4½)

In duo capita hæc materia diviſa eſt, quorum I. de *Conſanguinitate*; II. de *Affinitate* agit.

D. XXVIII. Januar. Joh. Thomſen, Med. Lic. gratulabundo calamo, & quidem Inſcriptione Medica (pl. 1. in fol.) excepit conſtitutum Acad. Lundenſ. Rectorem *Jac. Frid. Belov.* Med. D. & Prof. ſub cujus Præſidio.

D. XXXI. Oct. A. M DCC III. Diſſertationem Medicam Inauguralem de *Medico Sagato*, ſive *Morborum vindice* examini publico ſubmiſit, (pl. 8. in 4to.) cujus contenta data hac occaſione cum B. L. communicabimus.

In *Præfamine* Autor de nexu hujus Diſputationis cum altera, quâ *Medicum Togatum* delineavit, atque ordine in præſenti ſervando, loquitur. Cap. I. *Medici Officium ante Pugnam* complectitur, in eo conſiſtens, ut morbum, cum quo decernendum, ejusque ſedem inprimis, & cauſas, omnibus veſtigiis indaget. Cum autem illuc deveniendum per *Signa*, §. 1. eorum neceſſitatem, definitionem ac in Pathognomonica & communia diſtinctionem præmittit. §. 2. Fontem triplicem unde ſigna *Diagnoſtica* emanent oſtendit; & §. 3. Quæ ab ægris *interroganda* ſint, pro exploratione iſtorum, quæ latitant, docet. §. 4. *Cauſarum* morbificarum diſtinctiones & deſcriptiones: §. 5. illarum *ſubjectum* ſ. *Humores*, quantitate, qualitate & motu vitiatos, exhibet. §. 6. *Animi Pathemata* morborum cauſis annumerat. §. 7. Pauca de *cauſis ſupranaturalibus*, tàm divinis, quàm dæmoniacis, affert. §. 8. *Prognoſin* quæ ſpectant atque *Criſes*, continet. §. 9. *Methodum Medendi*, juxta Indicationes, Indicantia & Indicata, exponit; illique §. 10. Regulas ſive Præcepta ſex, quibus Medicus in caſu dubio, fili Ariadnæi inſtar, utatur, annectit. §. 11. Reconciliationem hominis peccatoris cum Deo, medicamentorum applicationi præmittendam, ſuadet. Cap. II. *agit de Officio Medici in Pugna*, &, ſuppoſitô ex præcedentibus, omnes ferè morbos in fluidis corporis partibus, quantitate, qualitate, & motu, delinquentibus potiſſimùm radicari, §. 1. aſſerit, Medicum cum quocunque etiam morbo pugnam aggrediatur, eo maxi-

mè collineare debere, ut fluidorum vitia tollat. Ideoque pro hoc ſcopo impetrando primùm proponit *Remedia*, humores quantitate peccantes *Evacuantia*, quando §. 2. de Venæ Sectione atque Arteriotomia; §. 3. de Cucurbitulis cum ſcarificatione & Hirudinibus; §. 4. de Emeticis; §. 5. de Catharticis; §. 6. de Clyſteribus, Machina fumiductoria, & ſuppoſitorio; §. 7. de Diaphoreticis; §. 8. de Diureticis; §. 9. de Mercurialibus vel Salivantibus; §. 10. de Apophlegmatismis, & Maſticatoriis; ac Errhinis; §. 11. de Expectorantibus diſſerit, & ſingulis, quæ circa particularum texturam, operandi modum, & exhibendi convenientiam, obſervari merentur, adjungit. §. 12. de Scarificationibus, Veſicatoriis, Fonticulis & Setaceis quædam tradit. Evacuantia excipiunt humorum qualitatem vitioſam *Alterantia*, quæ §. 13. cum Hoffmanno diſpeſcit, in 1. Salina urinoſa volatilia, 2. Acida, 3. Spirituoſa ſulphurea, 4. Sulphurea fixiora, 5. Salina media, 6. Aquea, 7. Mucilaginoſa, 8. Terrea alkalina fixiora; illorumque uſum monſtrat. Denique §. 14. Irregularem fluidorum *motum corrigentia* paucis attingit, & §. 15. *Stratagemata* Medico proficua commendat. Ab uſitatis §. 16. pergit ad *minus uſitatas medendi rationes*, quales ſunt 1. Curatio per verba, 2. per Amuleta, 3. Magnetic. Sympathetica, 4. per Unguentum armarium, 5. per Transplantationem, 6. per Manus impoſitionem, 7. per Muſicam, 8. per Chirurgiam infuſoriam, 9. per Sanguinis transfuſionem. CAP. III. *Officium Medici poſt Pugnam*, & ſpeciatim §. 1. ejus declarat, ſc. ut vires morbo labefactatas refocillare ſtudeat per *Diætam*. §. 2. Signa, ex quibus de morbo penitùs profligato, vel adhuc latente, judicare liceat, recenſet. Quæ vero de Electione Aëris dicenda reſtarent §. 3. quæ de legitimo Victus Regimine §. 4. quæ tandem de Somno & Vigiliis, Motu & Vigiliis, Excretis & Retentis, & ultimò de Animi Pathematibus, §. 5. abſolvit.

Antequam *Sveciam* dimittamus, Eruditos latere nolumus, Sumptibus *Frid. Knochii*, Bibliopolæ Francofurtenſis, iteratâ eâque emendata Editione, prodiiſſe *Samuelis Pufendorffii Commentariorum de Rebus Svecicis Libros XXVI. ab expeditione GUSTAVI ADOLPHI Regis in Germaniam ad abdicationem usque Chriſtinæ.*

HAF-

HAFNIÆ.

In hac urbe metropolitana annô ſuperiori conjugium inierunt 729. paria, nati ſunt 2487. defuncti autem 1491. adeò ut 996. numerati ſint plures nati, quàm mortui, ſicut ex Catalogo eorum publico conſtat.

Sub ipſum anni hujus initium ſummos honores adierunt, inter Conſiliarios S. R. M. Daniæ & Norvegiæ intimos locum adepti:

(1) *Caſparus Schöler*, Ordinis Danebrogici Eques, Conſiliarius Status, Juſtitiæ &c. qui defuncto ſuperiori annô *Wilhelmo Wormio*, Conſil. Conferentiæ, Status atque Juſtitiæ &c. (cujus mortem 1704. nunciavimus) in officio Juſtitiarii in ſupremo Tribunali ſucceſſerat.

(2) *Nicolaus Benzon*, itidem Conſiliarius Status, Juſtitiæ & Cancellariæ &c. Neque multò pòſt *Olaus Römer*, Conſiliarius Juſtitiæ & Cancellariæ, Aſſeſſor in ſupremo Tribunali & Collegio Conſiſtoriali, Mathematicus Regius, & in univerſitate Regia Mathem. Prof. P. in locum defuncti nuper *Claudii Raſch*, Conſil. Status &c. Politiæ Præfecti & Conſulis Havnienſis Primarii ſuffectus, ad Politiæ Præfecturam, & Primarium urbis Metropolitanæ Conſulatum eſt evectus, cujus quanto hactenus fuerint cum applauſu ab eruditis exceptæ in Mathem. ſuperiorib. Obſervationes atque inventa, quamque non ſolùm maximis Europæ Regibus, Galliarum ſcilicet, cùm illuſtre in Regia Scientiarum Academia membrum eſſet, & Daniæ noſtræ Auguſtis, ſed etiam in altera orbis parte Siamenſium Regi & Sinenſibus illa probaverit, nemini poteſt latere. Plura quoque in poſterum, atque rariſſima promitteret ſibi orbis eruditus, quorum ſpem fecerunt eximiam non tantum inſignis inſtrumentorum apparatus, ſed & exſtructum in Tuſculano ipſius ſplendidiſſimum obſervatorium, ſi per concatenatos munerum publicorum labores ſtudiis hisce incumbere ipſi liceret

Sed & *Antonium Güntherum Hanneckenium* hactenus S. R. Majeſt. Conſil. Cancellariæ, novis Conſiliarii Juſtitiæ honoribus auctum accepimus.

D. VI. Januar. Vivis exceſſit Illuſtris Vir *Johannes Moth*, S. R. M. Conſiliar. Juſtitiæ & Cancellariæ, nec non Archivarius & Secretarius Regius. Cujus quod plenam hîc & perfectam Biographiam non communicemus, facilè excuſari poſſumus, ea ſaltem, quæ ex relatione habere licuit, memoraturi, Programmate Academico deſtituti. Natus autem fuit A. 1639. d. 11. Febr. in pago Holſatiæ *Brecklum*, Parentibus ex antiqua Germaniæ nobilitate oriundis, Patre ſcil. *M. Nicolaô Mothiô* V. D. Min. matre *Brigitta Langen*, quæ adhuc in vivis eſt ætate provecta ad annum usque 96. Poſitis ſub Cl. V. *Johanne Vorſtio* Scholæ Flensburgenſis Rectore literarum rudimentis, *Helmſtadium* ſtudia ſua transtulit, ubi Depoſitionis, ut vocant, ritu Academico initiatus, Jurisprudentiam, uſus moderamine Illuſtris & Celeb. Viri *D. Conringii*, inprimis ſectabatur, ita tamen, ut ſtudium ſimul Theologicum, multa *D. Calixti* Senioris Collegia frequentando, excoleret. Viſitatis poſtea Academiis pluribus, Hafniam A. 1664. delatus, ſub Glorioſiſſimis Regibus Friderico III. & Chriſtiano Vto in Collegio Cancellariæ Germanico Secretarii munus obiit. A. 1689. Nobiliſſimam Dominam *Sibyllam Amaliam de Sutermann* matrimonio ſibi junxit, eodemque annô ad Conſiliarii Cancellariæ & Archivarii Regii dignitatem aſpiravit. Denique ab Auguſtiſſimo Rege Friderico IVto Conſiliarius Juſtitiæ declaratus eſt, quibus honoribus ita eſt defunctus, ut maxima negotiorum publicorum experientia, ſummaque in Dominos ſuos fide ſeſe immortalem reddiderit, donec tandem annum agens 66tum vitam cum morte commutavit.

Bibliotheca ejus libris omnium facultatum inſtructiſſima, ut & MSStis plurimis, in quibus eminent *Zachariæ Lundii ἀνέκδοτα* (quorum in Novis hisce Lit. *Tom. I. p.* 246. mentio facta) publica auctione diſtrahetur d. 20. Aprilis, in quem finem Catalogus nuper excuſus eſt in 8vo. pl. 18.

D. XXI. Jan. In Audit. Collegii Reg. Problema de *Scriptorum Dionyſii Areopagitæ γνησιότητι* Declamationibus amœbæis ventilârunt pro Regiæ menſæ beneficio Paulus Jonæus & Gunlögus Jonæ Islandi, Regiæ Communitatis Alumni, quorum alter *affirmativam*, alter verò *negativam* propugnavit ſententiam.

D. XXVIII.

D. XXVIII. Jan. Itidem pro Regiæ Menſæ benef. de *P. Alexandro III. Friderici Barbaroſſæ collum calcante* in Audit. Coll. Reg. declamârunt *Lago Borrichius* & *Petrus Nicolaus Mollerus*, Communit. Reg. Alumni, illô negativam, hôc verò affirmativam Problematis hujus defendente.

D. XXXI. Jan. horis antemer. *Severinus Johannis Liunge*, unâ defendente *Thorlefo Haltorio Islando* in Audit. Collegii Walchendorphiani pro Regiæ menſæ beneficio Diſſertationem habuit Philologicam de *Onomatologia ſive Origine vocis Italiæ*, in qua (1) Hellanici Lesbii apud Dion. Halicarn. fabulam refutat (2) Warronis derivationem rejicit, & (3) communem ſententiam, quòd ab Italo Rege derivetur, adoptat. (pl. 1. in 4to.)

Eodem die horis pomer. in Coll. Walchendorp. *M. Johannes Nicolaides Beenius* Reſp. *Andræa Laurentii Fogiô*, de *modo Carteſii demonſtrandi exiſtentiam Dei ex ipſius Idea menti humanæ inſita Diſſertationem ſecundam* ventilavit, ubi quæſtionem illam: *Quomodo idea Dei à mente humana concipiatur & formetur?* proponit. (pl. $\frac{1}{2}$. in 4.)

Ex Typographéo Regio prodiit *Caſpari Bartholini Thom. f. ſumma Philoſophiæ Naturalis ad Recentiorum mentem accommodata, ſ. Explicatio Præceptorum Phyſicorum, quæ ex ſcriptis b. m. Avi Caſp. Bartholini hactenus in ſcholis tradita ſunt, in uſum Juventutis ſcholaſt.* recuſa in 8vo pl. $2\frac{3}{4}$.

Denique circa initium Anni, novum idemque pleniſſimum *Collegium Hiſtoricum Eccleſiaſticum* ad ductum *Compendii Schmidiani* auſpicaturus *M. Severinus Lintrupius*, deſignatus Philoſ. & Theol. Profeſſor & Reg. Communit. Præpoſitus, de *Felicitate ſeculi noſtri in excolenda Eccleſiæ hiſtoria* diſſertavit; de quo etiam argumento diſſertationem quondam promiſerat *W. E. Tenzelius*, præfat. ad *Exercitat. Selectas*.

AARHUSII.

Rarior hodie illorum eſt numerus, qui veterum in Scholas publicas pietatem æmulantur, eoque majori dignus encomio juvenis, *Conſtantinus Biörnör*, qui pio in Muſas Aarhuſienſes affectu, in quarum ſinu per quadriennium enutritus fuerat, pauperibus earundem alumnis in ſchola publica Libros annua 200. uncialium uſura proſpexit ante obitum, qui ipſi 31. Auguſti

an. 1704. obtigit placidiſſimus. Is natus in prædio Paſtorali Ormslövienſi an. 1685. d. 6. Julii, Patre *Andrea Biornör*, Paſtore Eccleſiarum Ormslöv & Koldt, matre *Catharina Weirum*, artes, quibus ætas puerilis ad pietatem juxta atque humanitatem informata fuit, uberiori aucturus incremento, in Scholam Aarhuſienſem miſſus, ea morum ſanctitate, eaque induſtria ſtudiis invigilavit, ut optima quæque ſibi de hoc cive pollicita fuerit Academia Hafnienſis, quam anno 1704. ſalutavit, niſi reverſum Aarhuſium, ut cum Curatoribus transigeret, (utrumque enim amiſerat parentem, illum quidem ante ſeptennium, hanc verò eo ipſo anno) intercedente epidemico variolorum morbo, ad divinioris ſapientiæ ἀκροαλήριον migrare juſſiſſent fata.

NEOFANI in STORMARIA.

Broderus Enewald / Dagebulô-Slesvicens. Verbi divini Miniſter, occaſione ſæviſſimæ tempeſtatis marisque ac fluminum inſolitâ exundatione, quâ, die *XVII.* Octobr. pariter ac proximè præcedentibus ſequentique, Anno MDCCI. aggeres, ut alia taceam, variarum Regionum, ſpeciatim verò Crempenſis Wilſtrienſisque Marſchiæ, ad Albim Störamque fluvios, miſerè affligebantur ac toti huic terrarum tractui pernicioſiſſima impendebat inundatio, excitatus, eodem Menſe, duas pro ſuggeſtu Conciones ad populum habuit ſacras easque ſingulares; quarum prior de graviſſimis Procellis, poſterior de magnis agit Inundationibus. Eò magis faciliusve ad id permotus, quò majorem ſis ſibi anſam ſuppeditari crederet Auditoribus ſuis in memoriam revocandi maximè huic Parochiæ noxioſiſſimam Störæ irruptionem, *quâ* hæc *ipſa*, primô Miniſterii ſui annô, Anno nimirum MDCXCVII. die XXI. Septembr. cum proximè adjacente Hagiopolitanâ, lamentabili omninò ratione, obruebatur. Aggeres namque tum disrupti aquarum exundantes per campos agrosque, ſemente hiemati ex parte jam turgidos, immittebant copias; unde domus colonorum ac horrea graviter lacerata, frumentum cum pabulô perditum, cum pecudibus ipſi homines ædibus hinc inde ſuis propulſi ejectique atque ubi haud ita pridem egregia ſegetis fuerat facies bosque cum vaccâ atque caballis per compaſcua discurrere atque laſcivè ferocire viſi, ibi tum

tum ſpumantes undique fluctus ſibi invicem obſtrepere ſeſeque miſerè conquaſſare conſpiciebantur: Semen verò agris immiſſum, cum ſex & quod excurrit hebdomadum decurſu aquarum onere preſſa non liberaretur regio, extinctum omnique revireſcendi, maximô incolarum damno, privatum eſt facultate. Hæc quò minus adeo leviter in hominum mentibus evaneſceret judicii divini ſeria commonſtratio, eandem, dicta ratione, ad animum revocare Parochianorum utile proficuumque cenſuit ejusve gregis vigil atq; ſymmyſta. Quoniam verò & hæc & aliæ quamplures Provinciæ imò Regna, inauditâ A. M DCC III. d. IIX. Decembr. conturbabantur tempeſtate, ac, ſeu ut plurimùm fieri aſſolet regiones maritimæ ſimul extumeſcentibus aquarum fluctibus, mirificè divexarentur & perquam grave caperent damnum, fieri non aliter poterat, quin &, ventô ex occaſu flante, hujusce mali illa ad Albim Storamque Regio fieret particeps, indeque, aggerum repagulis in Parochiâ Neofanienſi ſparſim iterum disruptis, ingens aquæ vis per agros immitteretur. Hôc ipſô igitur recrudeſcente iteratâq; quaſi vice recurrente malô, compulſus exſtimulatusq; haud inutile judicavit noſter, ante triennium publicè propoſitas, de Procellis & diluviis, Homilias, in uſum publicum typis committere, quò ſuis aliisque & ex hisce ſchedis, quid de talismodi fatis ſentiendum & qualiter tum Chriſtiano converſandum, conſtaret. Prodire itaque easdem fecit, cum Approbatione Magnifici Dn. D. Joſuæ Schwartzii, Regiæ Maj. Daniæ per ducatus Slesv. Holſat. Superintend. Generalis, longè meritiſſimi proximè dilapſô A. M DCC IV. menſe Sept. præmiſſâ Inſcriptione ad ſumme Rever. Generoſiſſ. & maximè Illuſtrem Virum, Dn. Wolff Blome, Equit. Regis Daniæ Conſiliarium ſtatus intimum & Provincialem, Cœnobii Prezenſis præpoſitum, &c. Hæreditarium in Hagen & Bahrenfleth &c. Eccleſiæ Neofanienſis Patronum unicum, unicuique Concioni quibusdam ſcholiis, res pertractatas quodammodo colluſtrantibus, Orationumque aliquot, materiæ huic apprimè congruis, formulis ſubnexis. Titulus verò Homiliarum hic eſt:

Biga Concionum ſingularium, d. i. zwo abſonderliche Predigten / deren die I. von ſtarcken Sturm-Winden / über Syr. XXXIX. 33. ſq. die II. von mächtigen Waſſer-Fluthen / über Gen. VI. 17. durch Ver-

anlassung eines Ao. M DCC I. d. XVII. Octobr. in hiesigen und andern Ländern / mit mercklichem Schaden / verspührten / hefftigen Sturm-Windes und hoher Fluth: der Gemeine Gottes zu Neuen-Kirchen in Stormarn / darauff öffentlich vorgetragen / hernach weitläufftiger ausgeführet / und mit einem Anhange geistreicher auf dergleichen Fälle gerichteter Gebete / versehen; nunmehro zum Druck übergeben / von Brodero Enewald / Dageb. Slesv. Predigern daselbst. Glückstadt / gedruckt bey Jo. Frid. Schwendimann / Königl. Buchdr. Ao. 1704. 12½. plag. in 4to.

Isthæc autem sollicitior rei de tempestatibus aquarumque diluviis tractatio movit nostrum, ut horis subcisivis in hanc de inundationibus materiam ulterius inquirendi sumpserit animum; unde nata ipsi sunt Collectanea hujusce generis haud contemnenda, inter alia cùm judicii adversus peccata divini severioris argumenta, tùm admiranda miræ providentiæ cœlestis, in singulari multorum in maximis maris periculis conservatione conspicuæ, Specimina, magnô sistentia numerô, statumque ipsi est, quam proximè tenellum hunc, attamen non omninò nullius, ut confidit, usus, fœtum publicæ dare luci hâc insignitum inscriptione:

Historia Inundationum Chronotactica, d. i. Historisch-Chronologische Nachricht / von denen grossen und schädlichen Wasser-Fluthen / welche in den nächsten 1000. Jahren / unterschiedene Europæische Reiche / Fürstenthümer und Länder / unter andern vornemlich die Cimbrische Peninsul und andere / so wohl an der Ost- als West-See belegene / bevorab dem Cimber-Lande benachbarte / Provincien und Herrschafften / betroffen haben; dabey auch einige vom Regen und Schnee-Wasser oder frischen Strömen allein / hin und wieder / verursachete Uberschwemmungen mit-eingemischet sind. Alles aus alten und neuen Scribenten / raren Manuscriptis, und allerhand glaubwürdigen Uhrkunden / mit Fleiß zusammen getragen / in Chronologische Ordnung abgefasset / und denen / die die gerechte Gerichte / herrliche Wercke und wunderbahre Regierung des Majestätischen Gottes hochachten / zur Betrachtung mitgetheilet / von Brodero Enewald / Dag. Slev. Dienern am Worte Gottes zu Neuen-Kirchen in Stormarn / Ao. 1705. in 4to.

Quia verò nondum penitus absolutum est Opusculum nec ultima

ultima labori manus impoſita, vehementer expetit rogatque Auctor Eruditos inter eos, qui haſce curas, ceu leviores, forſan, altô non omninô deſpiciunt ſupercilio, velint haud gravatim, ſi quid fortè memorabile, in hâc materiâ, ipſis ad manus, ut ſunt: Chronica quædam rariora, MSS. hujus argumenti varia, ſingularesque cùm Obſervationes, tùm Conciones, non ubivis obviæ, de aquarum alluvie ac inundationibus &c. ſecum gratioſè communicare. Quicquid autem ſit non ſolùm rectâ per Itzehoam ad eundem deferri ſed ſi cui ita commodum fuerit, tradi quoque poterit Dn. Gothofrido Libernickel / Bibliopolæ apud Hamburgenſes percelebri literarumque Promotori egregio, qui de transmiſſione ulteriore, pro eâ, quâ eſt humanitate claretque inſerviendi ſtudio, jam abundè ſatis erit ſollicitus: factâ verò inſpectione argumentique copiâ unicuique ſua, ſicubi res poſtulabit, cum gratiis officioſiſſimè reſtituentur.

Eſt præterea Auctori animus prolixiorem, *de Nobilitate Sleſvico-Holſaticâ*, *commentationem Hiſtorico-Genealogicam*, linguâ vernaculâ, inſtituendi & ſi DEUS vitam, vires otiumque porrò largiatur, cum bonô publicô aliquando communicandi, de quo inſtituto, quoniam Symbolas ſubſidiaque Literatorum Literarumque Fautorum ad id ſummopere efflagitat, impoſterum, B. C. D. V. plura fortè monebuntur.

KILONII.

Joh. Ludov. Hannemanni D. Obſervatio.

De

Fœmina ultra novem annos alto ſomno ſepulta.

Ecce Obſervationem oppido raram, & dignam, quam poſteri legant, ac in ejus cauſam proximam inquirant. Anno 1705. d. 5. Febr. 2. mei duo filii, ambo Medicinæ Doctores, alter *Haderslebiæ*, alter *Flensburgi* praxin Medicam exercentes, *Othiniam* in Inſula *Funia* jacentem, profecti ſunt. In illo oppido viderunt *Fœminam*, Sclopetorum Fabri Conjugem, quæ jam *ultra novem annos alto ſomno ſepulta* jacuit. *Hora decima veſperi omni die evigilat, usque ad ſecundam noctis, quo tempore edit, bibit, aliasque functiones, qua natura exigit, peragit.* Hoc tempore elapſo, *hora ſecunda*

cunda rursus eam tam altus obruit sopor, ut nullo modo & tumultu excitari queat, quicquid etiam illi fiat. Adveniente autem *hora decima vesperi sequentis diei*, sponte expergiscitur. Fœmina dicitur esse *annorum 50. ætatis.* Curta ei suppellex domi, nihil habet unde vivat, nisi quod *misericordes homines*, & *invisentes largiuntur*; ad conspectum hominumque præsentiam erubescit; *devota mente Deum rogare* dicitur, *ex hoc miseriarum & calamitatum ergastulo educat!*

Jo. Jac. Stolterfohti, D. Scholion.

Quæ *Lilius Gyraldus in Histor. Poëtic. Dialog.* 4. & *Medina L.* 2. *de recta in Deum fide*, tradunt de *Rustico*, qui totum autumnum cum sequenti hyeme sub ingenti fœni cumulo perpetim dormivit, ac fœno paulatim consumto, attonito similis tanquam ab inferis excitatus, surrexit, & *Albertus* Magnus *Cranzius L.* 8. *Vandal. c.* 39. scribit de *Scholastico* tempore *Gregorii secundi* in concamerato muro Lubecæ 7. annos dormiente; aut de *Septem dormientibus* à tempore *Decii* ad Imperium usque *Theodosii*, temporum annales produnt, an fraudi Diabolicæ sint adscribenda? ad mentem *Gasp. Schotti Physic. Curios. L.* 1. *c. XXX.* & *Reies Elys. Camp. jucundar. quæstion. qu. LVIII. p.* 731. an inter figmenta potius referenda? examinare nunc haud vacat. Priùs evincunt *Narcotica*, quibus ex naturæ gremio abuti potest Dæmon, ut & in ipsa tortura soporentur *Sagæ*, quod *maleficium taciturnitatis* vocant, teste *Hieron. Jordano de eo quod Divinum & supernaturale est in morb. Human. corpor. c. XVI. p.m.* 60. Posteriùs probant infinitæ res aliæ historico sensu fabulosæ, quæ prout animos inveniunt imbecilliores & facili persuasioni obnoxios, nulla sua culpa nocent vel fallunt: quarum ad censum haud immerito quoque refert *Excell. Dn. D. Joh. Nicol. Pechlin. de Aëris & aliment. defect. c.* 6. quod *Franciscus Cibesius* magno testimoniorum apparatu defendit, de populis in *Lucomoria*, remotissimo *Russiæ* tractu, qui singulis annis mense Septemb. se ad mortem seu *somnum* applicare hyemalem, ordinata re familiari, & deinde elapsa hyeme ante Aprilem, hirundinum & ranarum instar, rursum prorepere creduntur.

Fœminam Othinienſem sopore suo *novennali* omnem superare fidem diceres, nisi *Casum* mihi jam ante aliquot annos notum ex aliorum relatione, autopsin confirmassent tanti Viri virtutum bini Hæredes. Scholæ Salernitanæ, quæ *septem horas dormisse, sat* esse præcipit, mul-

to

to minus *Arſenii*, qui tam brevi ſomno naturæ ſatisfecit, ut etiam dicere ſit ſolitus: *Monacho ſatis eſſe, ſi unam* horam dormierit, non eſſe diſcipulam, moribus ſuis juxta *Prov. VI.* 10, 11. & *cap. XIV.* 33. 34. pauperiei pabulum præbentibus, teſtatur. Ad *Lethargum* affectus hicce referri nequit, cum hoc correpti reſpondere ſoleant vellicati motis leviter labiis, quamvis ſtatim rurſus in ſumnum delabantur. Multo minus ad *Catalepſin*, in qua ægri apertis oculis toto corpore, ad inſtar Morpeſiæ rupis, immobili jacent. Ad hanc an referendus ſit Somnus Adami *Gen. II.* 21. cum *Thom. Bartholin. de Morb. Biblic. c.* 1. non diſputabimus. Ne alios tangam ſoporoſos affectus in Praxi paſſim occurrentes. In declinatione Febris diuturnæ non eſſe formidandum ſomnum, vel ad triduum quoque productum, exemplo evincit Dn. D. *Chriſtian. Helwich. Ephem. Nat. Curioſ. Dec. III. A. V. & VI. Obſ. CLXXXVII. p.* 431. *ſq.* Quamvis morbum hunc antecedentia (inter quæ præter ſpirituoſorum ingurgitationes, allii & cæparum uſum frequentiorem accuſat *Avic. L. 3. Fen.* 1. *tr.* 3. *c.* 7. ne alia diætæ peccata, aut temperamenti, ut dicunt, peccata tangam) non conſtent ex Hiſtoria: *mœrorem* tamen illius eſſe Matrem facile crediderim. Durum namque paupertatis telum, animi hocce pathema introducere, Spirituumve expanſionem irradiativam cohibere poſſe, quis dubitaret? Sic *Mœroris* fratrem *Timorem* diuturnam quaſi *Lucomorianam dormitionem* ad diem usque ſeptimum continuatam in puella notat *Dn. D. Dan. Ludovici Eph. Nat. Curioſ. Dec. I. A. VIII. Obſ. LXVIII. p.* 113. *ſq.* rediit tamen ad ſe tandem, ut & illi motionibus defatigati, quorum meminit *Salmuth. Cent. III. Obſ. LXVI. p.* 143. Noſtra vero in eodem oberrat circulo ultra *novem* jam *annos*, conſuetudine demum in naturam degenerata, dum à *ſecunda noctis hora ad decimum usque veſpertinum* absque ſenſuum miniſterio jacet, Brutorum more, quæ intra humum contra boreale frigus ſe recondunt, & mutata ſcena mortem obſtinatiſſimo ſomno referunt, usque dum appetitu quodam ſollicitentur, qui à ſucco dependens paulo acriore & volatili, rarefactione ſua aperit oſculum ventriculi ſuperius vellicando, ſpiritumque revocando, qui tam diu quaſi torquetur, donec frequentata irritatione in alios etiam ſpiritus huc cogendos, contagio ſerpat, & motus inteſtinus expanſionis per omnia tandem membra augeatur; ut ſummo docet ingenii acumine *Dn. L. Pechlin. l. c. cap. 5. p.* 65. *ſq.* Concoctionis negotium in Dormientibus tardius procedere

dere quam in vigilantibus, quis dubitaret. Si vero *Insecta, Pisces, ursi, Hirundines* &c tempore hyberno ad aliquot menses sub aquis & in speluncis morti æmulam, solo fluidi intestini motu, nullo admodum aëris externi vel alimenti solidi usu firmato, protrahere possunt vitam, usque dum transacto circulo, Spiritus, qui in ista torpedine circa proprium quasi moventur axem, ad aëris tandem solisque vigorem latius se expandere, motumque & circuitum liquidi fibrarum contractione promovere de novo incipiunt; quidni & *miscellaOthinienſis* contenta esse posset, si intra XXIV. horas vel semel tantum cœnat, alvoque officii non immemore, *ab hora decima* vespertina *ad secundam* usque noctis vigilias, hominumque beneficorum svave consortium quieti interponere valet? Naturæ leges cum jam sint à consvetudinis violentia subjugatæ, stato tempore spiritus à fluido viscido jussa quasi capessentes, latibula iterum quærere coguntur, corpusque mortis imaginem induere permittunt, usque dum particulæ acriores, partim salinæ, partim acidæ, alimentorum reliquiæ, ex ventriculi vacui rugis elevatæ, superius vellicare orificium incipiunt, usque dum in consensum trahantur nervorum totius compagis microcosmicæ divaricationes, quo ipso irritatus Archeus satellites suos ex latebris revocat, mortisque periodicæ vincula solvit. Quomodo vero particulæ viscidæ à sanguine consimili ad cerebrum deportatæ, anfractus ejus irruant, porosq; & meatus corticales subeant, nec non successive ad medullarem ejus usq; substantiam se diffundant, ut exinde orta vitriolica quasi aciditate, aut sulphure quodã vaporoso viscoso ligentur spiritus, vel à narcosi stupefaciente fascinentur, quo minus ad sensuum organa & consueta munia prorumpant, ex sanioribus Practicorũ hypothesibus repetere supersedemus. Quamvis vero cum *Smyndiride Sybarita* gloriari posset nostra, se tot annis nec orientem vidisse solem nec occidentem, atque ita more avium *Math. VI.* 16. omnibus soluta curis rerum temporalium, vitam, si non quidem *Endymionis*, qui beneficio dicitur Lunæ, à qua amabatur, impetrasse, ut perpetuum dormiret somnum, immortalis & expers senii; satis tamen adhuc longam, hisce jam inveteratis moribus, impetrare valeat, votis miserculæ & nostra adjungimus, *ut ex hoc miseriarum & calamitatum ergastulo beata morte educatur!*

(o)

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis JUNII, A. M DCC V.

ROSTOCHII.

Zacharias Grapius, SS. Theol. D. & Prof. Ordin. duabus illis Dissertationibus Critico-Theologicis, in *Ahmet Ben-Abdala Epistolam*, ad *Auriacum* & *Portugalliæ Principes* exaratam, in *N. L. T. VII. p.* 260. adductis, reliquas quoque Dissertat. puta *Critico-Theologic. III.* usque ad *XXII.* Mens. *Nov.* & *Dec.* anni elapsi, & *Jan.* ac *Febr.* anni nunc currentis, in Collegio privato ventilatas, adjecit. (pl. 11.) Hoc autem ordine Disputantes prodierunt.

Classis I.

Bernhardus Raupach, Tundera-Cimber.
Wilhelmus Schaller, Witteburgo-Megapol.
Christianus Witscher, Güstrov-Megapol.
Joh. Frid. Hinck, Rœbela-Megapol.

Classis II.

Joach. Petr. Rumpf, Demmino-Pomeran.
Bartholdus Prüssing, Warenâ-Mecklenb.
Joach. Mildahn, Zud-Rugiano-Pomer.
Joach. Frid. Queitsch / Falcoburg-March.

Classis III.

Anton. Boldewin. Kling / Hadersleb-Holsat.
Nicolaus Wenthin, Anclamo-Pomer.

Johan Nicol. Quiſtorpius, Roſtoch. Mecklenb.
Bartholomæus Depkin, Riga-Livonus.

Claſſis IV.

Jacob. Chriſtoph. Zandt / Durlaco-Badenſis.
Andr. Weſtphal, Anclam. Pomeran.
Joh. Gvilielm. Weinmann / Mitav. Curon.
Bartholomæus Wybers, Riga-Livonus.

Gaudet itaque integrum Opuſculum, ad finem nunc perductum, hoc titulo:

Abmet Ben-Abdala, Mohammedani, *Epiſtola Theologica*, de *Articulis quibusdam fidei* ad Sereniſſimos *Auriacum* & *Portugalliæ Principes* ſcripta, è MSSto Anglico nunc edita, Notisque ac Animadverſionibus Critico-Theologicis in Exercitationibus quibusdam Diſputatoriis ventilatis, illuſtrata paſſim ac refutata, à *Zachar. Grapio*, Roſtochienſ. SS. Theol. D. ejusdemque in Patria PP. Ord. & ad Æd. Cathedralem D. Jac. V. D. Miniſtro. (pl. 18. in 4to.)

Menſe Aprili ſub modò laudati *D. Grapii* Præſidio *Diſſertationem Theologicam*, exhibentem *Controverſiam recentiorem* de *Tentatione Evæ & Chriſti à diabolo in aſſumto corpore facta*, ad loca Geneſ. III. 1. ſqq. & Matth. IV. 1. ſqq. contra *Balth. Bekkerum*, & *Zach. Webberum*, propoſuit *Joach. Mildahn*, Zud. Rug. Pom. (pl. 7½.)

Præfamen argumentum Diſſertationis indicat. *Cap. I.* de *Tentatione Evæ* ex *Geneſ. III.* 1. ſqq. agit, inque ejus *Sectione I.* ſiſtit *Controverſiæ Hiſtoriam* ex ſacro textu deſcriptam. *Sect. II.* tradit *Statum Controverſiæ* remotivè. *Sect. III.* poſitivè, orthodoxamque ſententiam, Evam verè à Diabolo ſeductam eſſe, adſtruit & confirmat, rejectis *Sect. IV.* Adverſariorum ſtrophis. *Cap. II. Tentationem Chriſti Matth. IV.* 1. *ſqq.* conſignatam, expendit, atque *Sect. I. Controverſiæ Hiſtoriam* tradit. *Sect. II. Statum Controverſiæ* formar. *Sect. III. Sententiæ Orthodoxæ probationem* ſubjungit, ac *Sect. IV.* argumentorum contrariorum reſolutionem producit, ſubjunctis XI. *Corollariis Bekkero* ejusque *Sociis* oppoſitis. *Zachariæ Weberi* Libellus vero idiomate germanico ſcriptus, & Concioni *Joh. Winckleri*

leri adverſus *Bekkeri* ſententiam habitæ oppoſitus, hanc præ ſe fert Inſcriptionem: Beſcheidene und gründliche Antwort auff Herrn Johann Wincklers/ Paſtoris zu St. Michaëlis in Hamburg/ Predigt von der Verſuchung Chriſti und unſerer erſten Eltern Verführung durch den Teufel/ wider das XX. und XXI. Hauptſtücke aus des Herrn D. Balth. Beckers 2. Buche/ die bezauberte Welt/ von Zacharia Webber/ Z. F. Mitt-Glied von St. Michaël. Amſterdam/ zu finden bey Johann Wolters 1695. pl. 15½. in forma duodecima. Annumerandus eſt Autor illis, qui nunquam Academias viſitarunt, prout ipſe in *Præfat.* de ſe fatetur; Was mich zu ſolcher Antwort veranlaſſet hat/ iſt keines weges das eitele Ruhm- und Diſputier-Recht geweſen/ weil ich niemahln ſtudirens halber einige Academie betreten habe.

D. IV. April. prodiit Diſſertatio Theologica de *Mortuorum Reſurrectione*, à Præſide *Alberto Joach. de Krakevitz*, SS. Th. Doct. Catech. Chriſtianæ & Hebr. Lingv. PP. & Reſpondente *Hieronymo Plohſtio*, NeoBrandenb. Mecklenb. (*M. Hieronymi Plohſtii*, Eccleſiæ Neo-Brandenb. Paſt. Senioris Filio,) propoſita. (pl. 5.)

Siſtit autem hæc *Diſſertatio Eccleſiæ orthodoxæ Doctrinam* de *Mortuorum Reſurrectione theticè conſideratam*. Hinc §. 1. in *voces* inquirit, atque §. 2. adſtruit, *Reſurrectionem Mortuorum fundamentalem* eſſe *fidei articulum*, eumque *primarium* §. 3. & 4. ex utriusque Teſtamenti libris probat, ſperandam eſſe aliquando *Mortuorum reſurrectionem*. §. 5. quæſtionem illam pertractat: *Num ex Naturæ Lumine probari poſſit*? §. 6. cauſam *efficientem* monſtrat, §. 7. Cauſam *meritoriam*, quâ occaſione *Impios vi meriti Chriſti reſurrecturos eſſe* negat. §. 8. de *Angelis* num reſurrectionis *cauſa miniſterialis* vocari poſſint, diſquirit. §. 9. *formalem* reſurrectionis *rationem*, quæ in corporum reviviſcentia conſiſtit, evolvit. §. 10. *ſubjectum* reſurrectionis, ad quod omnes homines, non excluſis *abortivis*, nec *monſtris*, ſi in ipſis *anima* fuerit *rationalis*, pertinent, evolvit, hominesque ſecundum *corpus* reſurrecturos eſſe §. 11. probat. §. 12. *materiam ex qua* rejicit §. 13. reſurrectionis *adjuncta* ſiſtit. §. 14. *finem* aſſignat.

D. XII. Ejusd. Matthias Stein, J. U. D. & Cod. PP. Acad. patriæ Rector, Programmate Latino, quo *Ritus* ac *Ceremonias*, quibus *Paschatos Festum celebrare veteres Christiani* soliti olim fuerunt descripsit, ad eorum imitationem Cives Academicos hortatus est. (pl. 1. in 4to.)

D. XVIII. Ejusd. Præside *M. Jo. Joach. Weidnero*, V. D. Ministro, *Christianus Tancke*, Malchinensis, *Observationem Philologicam* ad vocem ראשית *Gen. I.* 1. contra *Jo. Clericum* exhibuit. (pl. 3.)

D. XXI. Ejusd. Joh. Ernestus Schaperus, Med. D. ejusdemque Prof. Ord. FCtis suæ Senior ac Decanus, & Ducis Mecklenburgici Archiater, habita prius Oratione de *Chiromantia*, Sceptra Academiæ capessivit, ad quem Actum inauguralem *D. Matthias Stein*, PP. hactenus Universitatis Rector, tabulâ publicâ invitavit. (1. plag. in form. pat.)

D. XXIV. Ejusd. Præside *D. Joh. Nicolao Quistorpio*, PP. Pastore Nicol. & Ministerii Rostochiens. Superint. Auctor Resp. *Henr. Lange* / Rostoch. Disputationem Theologic. Circularem, in qua quæstio: An *Absolutio Ministri Ecclesiæ nuda tantùm sit declaratio, an verò actualis remissio peccatorum?* ventilatur, examini publico exposuit. (pl. 3.)

Auctor Præmisso *Præfamine*, in quo Ministerium Ecclesiasticum laudat, in *duas Sectiones* Disputationem dividit, quarum I. Theorematica §. 1.-4. Ονομαλολογίαν, & §. 5. sq. πραγμαλολογίαν s. *causam* absolutionis *efficientem principalem* nempe SS. Trinitatem, vel terminativè Spiritum S. §. 8. *minus principalem*, s. ministerialem, ministrum Ecclesiæ publicè vocatum, §. 9. eumque *ordinariè* (ubi obiter monemus per errorem *D. Krakevizium* non justo fuisse allegatum loco, sed sub finem hujus §. post citatam *D. Polzii* Dissertationem esse ponendum) §. 10. causam *impulsivam internam*, quæ gratia Dei; externam, quæ meritum Christi. §. 11. causam *mediam*, s. id, quo mediante absolutionem consequimur, quæ distinguitur in λεπλικὴν, quæ ex parte DEI verbum Evangelii, & δοτεχὴν, quæ ex parte hominis sola fides. §. 12. & 13. *materiam* in *qua*, s. subjectum, omnes in universum homines pœnitentia instructos, §. 14 *materiam ex qua*, quæ respectu confessoris confessio, respectu verò confessio-

feſſionarii actualis remiſſio eſt. §. 15. *materiam circa quam*, ſ. objectum, ſc. hominum peccata. §. 16. *formam*, gratioſam ſc. remiſſionis peccatorum annunciationem, §. 17. *finem*, ex parte Dei gloriam & miſericordiam, ex parte hominum, remiſſionem peccatorum &c. §. 18. *adjuncta* ſ. affectiones, ſc. perfectionem, reiterabilitatem, & §. 19. deſcriptionem abſolutionis ſiſtit, ſc. quod ſit *vox Evangelii annunciantis remiſſionem peccatorum propter meritum Chriſti*, ſive ex Brochmanno, *quâ miniſter verbi autoritate divina peccatori reſipiſcenti remiſſionem peccatorum annunciat. II.* Erotematica, §. 1. quæſtionem in rubro diſſertationis propoſitam: *An abſolutio Miniſtri nuda tantum ſit declaratio, an verò actualis remiſſio peccatorum, discutit*, eamque, quò melius intelligatur, §. 2. in duo membra dividit, quorum alterum: *an abſolutio Miniſtri Eccleſiæ nuda tantum ſit declaratio*: alterum: *an actualis peccatorum remiſſio.* §. 3. Calvinianos, ex abſolutione Miniſtrorum Eccleſiæ nudam declarationem facientes teſtimoniis Gerhardi, Carpzovii & Scherzeri in medium allatis, & § 4. Pontificios in exceſſu peccantes, dum nimirum nimium adſcribant miniſtris Eccleſiæ, & abſoluta quadam ligandi & abſolvendi poteſtate gaudere contendant, refutat. Denique §. 5. reſpondet ad propoſitam quæſtionem, & probat non tantum miniſtris Eccleſiæ mandatum eſſe pœnitentiam & remiſſionem prædicare Luc. XXIV. 47. ſed etiam actu ipſo peccata remittere. Joh. XX. 23.

Eodem Die Rector Academiæ, *Joh Erneſtus Schaperus*, paulò antè nominatus, ad exequias *Margarethæ Catharinæ Helwigiæ, M. Joachimi Erneſti Helwigii*, Paſtoris quondam Neo-Caldenſ. Synodique Neo Cald. & Dargumenſis Præpoſiti, relictæ viduæ Programmate Latino Cives Academicos invitavit. (pl. 1. in 4to.)

Nata eſt Roſtochii 1639. d. 11. Julii Patre *M. Remberto Sandhagio*, Paſt. Nicol. per annos XLVII. Rev. Miniſt. Roſtoch. Seniore ac Directore. Avum Paternum habuit *Gabrielem Sandhagium*, Diaconum primùm per biennium oppidi Diſſen, in ditione Osnabrugenſi, poſt per LIX. annos Paſtor. Borcholthuſanum, atque ita raro ſanè exemplo per LXI. annos verbi miniſterio functum, qui anno 1658. annum LXXXVIII. agens vitam cum morte commutavit. Proavum *Joh. Sandhagium*, Paſto-

rem, dum viveret, Eccleſiæ, quæ eſt in Deſſin. A. 1662. d. 4. Febr. nuptias celebravit cum *Nicolao Ridemanno*, SS. Th. Lic. & ad D. Mariæ V. D. Miniſtro, d. 25. Mart. ejusdem anni demortuo. A. 1665. d. 18. April. deſponſata eſt *Henrico* Schlutauwen/ Diacono Nicolaitano, d. 21. Aug. A. 1670. è vivis erepto. A. 1671. d. 1. Maji ſociata eſt tertia vice M. *Joh. Erneſto Helwigio*, Scholæ Roſtoch. oppidanæ primùm Con-Rectori, Paſtori deinde Neo-Caldenſi, A. 1690. d. 10. Nov. fatis conceſſo, quem poſt quindecim viduitatis annos d. 16. April. ſecuta eſt.

GUSTROVII.

Joach. Otto, Rector, Tabulâ publicâ invitavit ad Actum Oratorium ab octo Juvenibus, nimirum *Joh. Albert. Hagemeiſtero*, Sund. Pom. *Joh. Laurent. Knegendorff*, Guſtrov. *Joh. Chriſt. Spindlero*, Mecklenb. *Joh. Frid. Schrœdero*, Mecklenb. *Zach. Henr. Balcke*, Jabel-Meckl. *Herm. Reutero*, Guſtrov. *Henr. Hellero*, Sveco-Livon. & *Joach. Frid. Weſtphal*, Mecklenb. d. XXVIII. Mart. adornatum. (pl. 1. in form. pat.)

GRYPHISWALDIÆ.

Paulò ſeriùs ad nos delatas Diſſertationes quasdam jamjam exhibemus, prodiit verò:

D. XX. Octobris in funere *D. Jacobi Henningii*, S. Th. Profeſſoris, Ordinis ſui Senioris, Regii Conſiſtor. Aſſeſſ. & ad D. Jacobi Paſtor. publicatum à Rectore Univerſitatis Gryphiswaldenſis, *Theodoro Hornio*, Log. ac Primæ Philoſoph. PP. Programma. (pl. 3½. in fol.)

Ex quo ea, quæ ad notitiam ejus vitæ rationum potiſſimum ſpectare videntur, decerpemus: Natales Ejus ſibi vindicat ipſa Gryphiswaldia, in qua A. 1633. d. 26. Maji. ortus eſt Parentibus *Jacobo*, Civitatis Octo Viro; & *Catharina Uteſſenia*. In diſciplinam datus eſt Scholæ patriæ Præceptoribus, *Spradlero*, Rectori, & M. *Jac. Balthaſari*, Con-Rect. poſt ad D. Mariæ Eccleſiaſtæ, deinde in Gymnaſio Sedinenſi Profeſſoribus, cumprimis *Joh. Micrælio*. A. 1653. Wittebergam ingreſſus eſt, & ſesquiannum ibi duravit, frequens audiens *Calovium*, *Joh. Meisnerum*, *Kuna-*

Kunadum, *Scharfium*, aliosque. Postea in Patriam revocatus ex itinere Francofurtum ad Oderam divertit, & menses aliquot moratus, Reformatorum doctrinis in Scholis ac publicis congressibus attendit. Vix domum redierat, quum è vita exiisset Parens dulcissimus. A. 1659. ad formandam geminam prolem *Joh. de Sparfeld*, tt. Sedini Capitularis, post R. M. Sveciæ à Consiliis bellicis fuit requisitus, cum qua A. 1663. Tubingam visis prius in itinere Berolino, Witteberga, Lipsia, Jena, Norimberga, Stutgardia, salutavit, ibidemque *Tob. Wagnerum*, *Raithium*, *Joh. Ad. Osiandrum*, *Wölflinum* Doctores secutus est. Hinc Argentoratum, ubi *Dannhaueri*, *Sebast. Schmidii*, *Bebelii* & *Bœcleri* scholas visitavit, cum suis se contulit. Excurrit aliquando, ut in Programmate relatum legimus, urbe thermas Argentorato vicinas, visitaturus ipse, cum ipsius fidei creditis. Unde copia maxime eidem facta pari Principum, Brunsvicensi alteri, alteri Saxo-Gothano innotescendi. Et illius quidem tanta ad Henningium gratia accessit, ut quot propemodum diebus integrum esset principali mensæ accumbere, ac cum Comitissæ Provincialis Hasso-Homburgicæ Concionatore Aulico, Jesuita, disputando sapientiam conferere. Quem die quodam in de Religionis quibusdam capitibus concertatione, arcessitis è fontibus ipsis ac principiis rebus ac rationibus ita repressit, ut cætera non indisertus, quid reponeret, non haberet, projectoque sacro codice, sermone postea ejus & Principis convictu mallet carere. Id quod amplum ipsi & honorificum apud Principem fuit, qui quoties ad Dominam suam habebat, & verba faciebat Jesuita, adesse jussus est Principi, & de concione continuò existimare, ac suam sententiam expromere. A. 1665. Helvetiam, Lugdunum Gallorum & Italiam adiit, indeque ipsa septimana sancta *Romam* ingressus animadvertit quibus cerimoniis hebdomas illa coleretur, maximè quomodo Tarpejus Jupiter ALEXANDER VII, viridium die, horrendæ exsecrationis fulmen in nostræ fidei consanguineos vibraret, prælecta inter cætera Cœnæ Bulla Ex quo natum est Nostro in Patriam A. 1668. reduci argumentum orationis de *Excommunicatione Pontificia* publicis typis exscriptæ, Româ relictâ Academiam Senensem, indeque Galliam trajecit, & per octome-

stre

ſtre ſpatium commoratus Lutetiæ Pariſiorum domum reverſus eſt, fideique ſuæ commiſſos Sparfeldio filios reſtituit. Ao. 1669. Moralium Profeſſor expetitus eſt. Quum verò fidem ſuam, ſolertiam & dexteritatem, ſuſceptis in *Sveciam* duabus legationibus egregiè probaſſet A. 1675. Academicus Magiſtratus, mox A. 1678. Profeſſio Theologiæ Ordin. & Paſtoratus D. Jacobi, quas provincias L. Vogtius morte ſua vacuas fecerat, ei eſt demandatus. Hiſce acceſſerunt ſummi in Theologia honores, quos prævia de *Paſſione & Reſurrectione Chriſti Diſputatione*, *ad Rom. IV. v. ult.* ei contulit *D. Auguſtinus Balthaſar*, Paſtor Sundenſis Jacobæus, vacuo tt. ordine Theologico. In complures locos, nimirum à S. P. GUSTAVO ADOLPHO in *Varenii* primum, deinde *Siricii*, tertio ad Conciones Aulicas & Conſilia Eccleſiaſtica, & A. 1691. à glor. Rege CAROLO XI. Primar. Theolog. Profeſſor, in Academiâ *Dorpatenſi*, per ſummum Livoniæ Præfectum, Comitem de HASTFER, expetitus fuit, ſed maluit in ſtatione ſua manere, quàm nidum ſuum migrare. Paulò ante quàm iſta geſta erant, in matrimonium duxit *Margarethan Cadeniam*, *Georgii Gerdeſii*, Paſtoris quond. Wuſterhuſenſium meritiſſimi, relictam viduam A. 1702. d. 15. Maji morte direptam. Quam viribus exhauſtis ipſe, ætatis annum LXXII. agens, A. 1704. d. 28. Sept. intra ſept. & octavam veſpertinam, eſt ſecutus.

Menſe Martio Diſſertationem Juridicam de *Solutione à tertio facta* publicè ventilandam exhibuit *L. Georg. Adolph. Caroc*, Fac. Jurid. Adjunct. (cujus ſuprà *p.* 45. mentionem fecimus) Reſpondente *Thoma* Maydorff / Carlshaveno-Sveco. (pl. 4½)

Contextus hujus Diſſertationis, prout in frontiſpicio ejusdem legitur, talis eſt: Tractatur hoc argumentum occaſione diſſertationis indicatâ in §. 1. & terminis ibidem explicatis, remotisque removendis (ſcil. iis, qui ex prævia obligatione pro aliis ſolvere tenentur, I. *generaliter* α) qua definitionem, vi cujus hæc ſolutio diſcernitur à ſolutione ex cauſa *nominis empti* facta, quæ in dubio præſumenda. §. 2. β) varias diviſiones in §. 3. II. *ſpecialiter*, conſiderando primò ipſum ſolutionis actum & deinde ejusdem diverſos effectus. Quoad *Actum* ſolutionis in ſe ſpectatum tres adducuntur regulæ quarum *prima*: quod nemo ſolvere

re pro alio teneatur. Quæ regula probatur §. 4. illuſtratur exemplis in §. 5. in cujus fine agitur de hærede, quatenus, ut nomine cohæredis ſolvat, cogi poſſit; ampliatur tripliciter §. 6. limitatur quatuor modis §. 7. & denique declaratur in fine d. §. 7. cui in §. 8. ſubjicitur quæſtio: An procurator, qui alterius mandato contraxit, ut *tertius* ſolvat? *Secunda*: Quod quilibet poſſit pro alio, etiam ignorante & invito ſolvere. Quæ regula vindicatur, limitatur maxime quoad pœnam corporalem §. 9. reſtringitur ad ſolutionem ex bonis ipſius tertii faciendam, §. 10. *Tertia*: Quod creditor teneatur id, quod tertius ſolvere paratus eſt, accipere. Quæ regula verificatur, limitatur & declaratur, §. 11. & 12. in quo quæritur: an facultas ſolvendi, tertio à lege indulta, præſcriptione exſtinguatur? *Effectus* ſolutionis expenduntur trifariam §. 13. & quidem I. Quà *tertium* ſive ſolventem; cujus intuitu tres tractantur quæſtiones. *Prima*; an tertius ſolutum ab accipiente repetere poſſit? Quod caſibus ſollicitè diſtinctis negatur, etſi debitor liberatus non ſit ſolvendo, §. 14. *Secunda*; an & quatenus tertius contra debitorem liberatum habeat regreſſum? 1) Si ille mandaverit ſolutionem, §. 15. 2) Si ignoraverit; Quo in caſu, quænam actio pro conditione ſolventis detur, oſtenditur, §. 16. Utplurimum datur actio negotiorum geſtorum, quæ tamen aliquando ceſſat in caſibus recenſitis, §. 17. 3) Si prohibuerit ſolutionem debitor. Quô factô regulariter denegatur regreſſus, §. 18. ita tamen, ut tertius ceſſante regreſſu interdum ab accipiente ſolutum condicere valeat cum diſtinctione in §. 19. *Tertia*; Quid juris præter repetendi facultatem conſequatur tertius, partim ex perſona propria §. 20. partim ex perſona creditoris dimiſſi. Hic autem eſt vel α) concreditor habens ſimplex privilegium perſonale, quod ſine ceſſione tranſit in ſolventem §. 21. vel β) hypothecarius, quem qui dimittit, aut eſt concreditor ejusdem rei hypothecarius, aut chirographarius & planè extraneus. *Ille* jus hypothecæ dimiſſi absque ceſſione acquirit, §. 22. cujus occaſione duo caſus ab Ant. Fabro propoſiti deciduntur, ſed aliter quàm ab illo §. 23. 24. *Hic*, etſi non ſuccedat ipſo jure in locum dimiſſi hypothecarii §. 25. habet tamen beneficium cedendarum actionum

num. §. 26. Quô ipsô tertius solvens differt ab eo, cujus pecunia e. g. mutuô data debitori hujus creditor dimittitur. §. 27. *II. Quà debitorem*, qui quomodo liberetur, exponitur §. 28. *III. Quà creditorem*, qui vel tertium coëgit ad solutionem de quo §. 29. vel non coëgit, Quo in casu deciditur quæstio, quid juris, si creditor minus acceperit à tertio, quàm revera debetur ab illo, cujus nomine solutum? §. 30.

Idem *L. Caroc* Tubingæ non solùm A. 1704. Disputationem Inauguralem Præside *Michaële Grasso*, J. U. D. Cod. Novell. & Criminal. Sanct. PP. de *Solutione tertio facta*, sed etiam sub eodem Præside d. 18. Nov. 1702. *Decadem Positionum Juris publ.* ex materia de *Reservatis Imperatoris.* (pl. 1. in 4to.)

D. IV. Aprilis. Dissertationem Physico-Medicam Curiosam de *Creta*, publicè ventilarunt Fratres Germani, Præses *Christophorus Helvigius*, Med. Doct. ac Facult. Med. Adjunctus, & Respondens *Carolus Helvigius*, Med. Stud. (7. pl. in 4to.)

Præfamen agit de neglecto, ob nimiam exoticorum æstimationem, remediorum indigenorum, & præprimis Cretæ, usu. Cap. I. *Naturam Cretæ* examinat, & §. 1. Etymologiam, §. 2. & 3. Homonymiam, §. 4. Synonymiam ejus evolvit. §. 5. Describitur: quod sit *terra mineralis*, *alba*, *emplastica & polychresta*: quâ verò ratione terra, eaque mineralis audiat, §. 6. declaratur. Particulas ipsi admixtas, videl. salis §. 7. Sulphuris §. 9. Mercurii §. 10. exhibet; & §. 11. ejus albedinem, §. 12. virtutem emplasticam, §. 13. usum polychrestum, brevibus delineat. Cap. II. *Generationem Cretæ* sistit; ejusque §. 1. Autorum circa illam opiniones; §. 2. Materiam ex qua, §. 3. Causas efficientes; §. 4. Coloris gradus; §. 5. Locos natales in genere, ac in specie Græciæ; §. 6. Asiæ, §. 7. Africæ, §. 8. Americæ, §. 9. Europæ, & denique §. 10. Pomeraniæ citerioris insulas Vsedomiam & Rugiam, ut Cretæ feraces, enumerat. Cap. III. *Differentias, & selectum Cretæ medicum* tradit, quatenus, quod differentias ejus attinet, illas §. 1. à Colore, §. 2. à Substantia & mixtione, §. 3. à Consistentia, §. 4. à Superficie, desumendas esse innuitur. §. 5. Quid sit Creta annularia declarat, & §. 6. Selectum Cretæ ad mentem Dioscoridis describit. Cap. IV. *Præparationem Cretæ, ejus-*

ejusque utendi modos complectitur, dum §. 1. illius depuratio atque trituratio, ut & per cribrum sericeum purius transmissio, §. 2. Lotio, §. 3. Nutritio s. Insuccatio, §. 4. Tostio, §. 5. Calcinatio, §. 6. modus exhibendi illam internè, & §. 7. externè applicandi, expenditur. CAP. V. *Usum Medicum* docet, atque refutatis §. 1. Sententiis illorum, qui Cretam Medicinâ indignam censent, §. 2. & 3. Facultates sive vires ejus absorbendi, invertendi, saturandi &c. deinde morbos, in quibus cum successu â Practicis hactenus fuerit usurpata, nimirum §. 4. Febres tàm benignas, quàm malignas; §. 5. Morbos Intemperiei particularis; §. 6. Dolores; §. 7. Obstructiones partium, vasorum, pororumque; §. 8. Fluxiones extra corpus humorum utilium vel inutilium; §. 9. Tumores; §. 10. Vulnera ac Ulcera; §. 11. Vitia cutis; §. 12. Epilepsiam & Incontinentiam Urinæ, ordine enarrat. §. 13. Abusum ejus demonstrat. CAP. VI. Tripartitum est, & §. 1. 2. 3. *Cretæ Usum domesticum*; §. 4. 5. 6. *Politicum*; ac tandem §. 7. & 8. *Mechanicum* absolvit, multaque curiosa continet.

D. VII. April. Sub Præsidio *Joh. Philippi Palthenii*, Philosoph. Civil. atque Histor. Profess. Dissertat. Politicam de *Causis Malorum*, quibuscum *Polonia Regnum conflictatur* defendendam suscepit *J. G. Wolff*, Jurisprud. Stud. (pl. 8.)

Auctor §. 1. differit, se demonstraturum, ipsis Polonis rectè vitio dari, quod malè Poloniæ sit; hinc §. 2. interitus Rerum publicarum causas evolvit, interque eas refert vitia *status* & *hominum*, de vitiis verò status s. Reipublicæ accuratiùs præcipi non posse §. 3. affirmat, quàm ob oculos posita legitima ejusdem constitutione, quam proinde unionem perfectissimam, quæ efficiat unum corpus morale, describit, ejusque primum effectum nempe imperium §. 4. producit, quod in unum aut plures homines confertur, unde diversæ §. 5. Rerum publicarum formæ oriuntur, nimirum *regulares*, quæ iterum §. 6. aut *simplices* aut *compositæ*. §. 7. *Simplicium* regularium tres facit, nempe Monarchiam, de qua §. 8. Aristocratiam §. 9. & Democratiam §. 10. rejectâ §. 11. mixtâ, & receptâ in ejus locum composita s. systematica, quæ est, cum civitas cum civitate fœdus init, §. 12. à parte civitatis propter indigentiam opis mutuæ & securita-

tis, §. 13. à parte imperantium occasione matrimonii, aut vi hæreditarii juris §. 14. perpetuum §. 15. quam conjunctionem duplici fieri ratione §. 16. ostendit, quando vel regnum regno §. 17. quæ ut stabilis sit, hæreditario opus esse jure §. 18. sq. vel civitatem civitati copulatur §. 20. de quarum Collegio Legatorum constituendo §. 21. agit; & §. 22. *irregulares*, quarum duas species ex Puffendorffio exhibet, prima est: quando summum unius civitatis imperium duplici subjecto, quorum neutrum ab altero dependeat, inest; altera est, quando status alicujus regni inter monarchiam limitatam & inter systema civitatum medius est. §. 23. *vitia*, de quibus dicere sibi proposuerat, percurrit, quæ sunt α) discordia civium & animorum distractio §. 24 β) perversitas imperii, quo civitas regenda continendaque §. 25. γ) & δ) si in statu Monarchiæ imperium justo arctioribus limitibus sit circumscriptum, aut, quæ etiam in Republ. Aristocratica s. Democratica locum habere possunt, si aliquod collegium procerum aut concilium populi suffragia eo modo conferat, quo negotia difficulter expediantur. §. 26. ε) si in systemate regnorum hæreditaria atque electitia regna copulentur. §. 27. ζ) si in eodem diversa plurium regnorum instituta atque jura misceantur. §. 28. η) si in irregulari republica, regno in partes diviso, & inter imperii pactique nudi obligationem vacillante, nec concordiæ locus sit, nec publica salus promoveatur. §. 29. Ad *hominum* vitia pertinere ait, quicquid Reges, Rectoresque alii in Republ. delirant. §. 30. transitum parat ad explicandas causas malorum in Polonia, & §. 31. rempubl. Polon. tot vitiis mersam extitisse à prima sui constitutione negat. §. verò 32. dicit primævam voluntatum unionem in discordiam, §. 33. 34. absolutam & hæreditariam in electitiam & valdè limitatam Monarchiam transiisse. §. 35. 36. Conjunctionem Systematicam Principatus hæreditarii atque electitii Regni, nec non electionis modum §. 37. 38. exemplis §. 39. sqq. adductis in vitium ponit, nihilque esse malorum Poloniæ, affirmat, quod Polonis originem non debeat, & quod sanari tollique ab iisdem, si mens non læva sit, haud difficulter queat.

D. XVII. Ejusd. Sub Præsidio *Brandani Henr. Gebhardi, D. & PP.*

Vindi-

Vindicias quorundam Locorum Hebræi Textus allegatorum *Luc. IV.* 17. *Luc. III.* 4. 5. *Act. VIII.* 32. 33. *XV.* 16. 17. 1. *Petr. II.* 6. oppositas *Paulo Pezrono*, Doctori Theologiæ Sorbonico, placido Philologorum examini exhibuit *Joh. Sebastianus* Schüler / Ukermunda-Pom. (pl. 3.)

D. XXI. Ejusd. Sub moderamine *D. Joh. Frid. Mayeri*, PP. Thesis de *Ecclesia Synthetica* proposuit *Daniel Zimmermannus*, Pölitz. Pom. (pl. 2.)

Instituit autem in hisce *Thesibus* brevem repetitionem argumenti Theologici, de *Ecclesia synthetica*, quò de *Controversiis Pietisticis* paulò fusius agere queat. Hinc §. 1. tum *Ecclesiæ* Nomen evolvi, idq; tùm *metonymicè*, tùm *propriè* accipi §. 2. probat & §. 3. fideles *veræ Ecclesiæ* membra esse evincit, non tamen illam *hypocritis* carere §. 4. & 5. deducit, adjectis *Fanaticorum* sententiis, iisdemque §. 6. dilutis. §. 7. & 8. homines per media, *Verbum* & *Sacramenta*, vocari ad Ecclesiam, tradit. §. 9. spurias *Fanaticorum* Notas Ecclesiæ rejicit.

D. Jo. Frid. Mayeri, PP. Acad. Pro-Cancell. & Super. General. *Index Laborum Anni tertii Professionis Theol.* (pl. 2½. in 4to.)

In quo I. *Prælectiones publicas*, quibus absolvit Orationis Dom. explicationem, Lucæ potissima capita, & argumentum de Librorum Symbolicorum autoritate. II. *Collegia Privata*. III. *Disputationes* & Dissertationes *Programmaticas* LII. IV. *Orationes* IX. V. *Consistoria* in quibus XIX. *casus* propositi & resoluti. VI. *Concliones*, præter Introductorias, funebres, etiam Sedini, Heilspergæ, in Ermlandia coram Svecorum Monarcha, Sundii & Gryphiswaldiæ habitas. VII. *Bibliothecam* patentem ostendit.

Ejusd. *D. Mayeri Strena*, SS. Theol. Studiosis sub auspicium *A. DCC V.* oblata, quæ *B. Henr. Höpffneri Commentarium* in *Psalmum I.* complectitur, & quem ex MSto editum Resp. *Jac. Christiano* Biedenweg / Daverdâ-Bremens. publicæ disquisitioni subjecit. (pl. 3½. in 4to.)

D. XXVIII. Jan. & *XI. Febr.* Idem *D. Mayerus* Consistorium indixit, qualibet vice ½ plag. typis exscript.

D. XXV. Febr. Eodem *D. Mayero* Præside *Bartholomæus Schwabe*, Sundâ-Pom. Diss. I. (pl. ½. in 4to.) &

D. XI. Martii M. Gottlieb Schelgvigius, Gedanenſ. Diſſertationem Poſteriorem de *Sanguine Chriſti* defendit. (pl. 1.)

D. XXI. Martii Idem *D. Mayerus Mortem cum Deo Mortuo* Homilia Academica commendatam, in argumentum Colloquii Academici propoſuit, Reſp. *Joanne Wilden*, Môlſchow. Pom. (pl. 3. in 4to.)

Eodem die Conſiſtorium ſtudioſæ Juventuti indixit. (pl. ½)

D. XXIII. Ejusd. ſub ſæpius nominati *D. Mayeri* Præſidio, Exercitationem Theologicam, de *Uſu decimi Præcepti in Renovatione*, propoſuit Autor & Reſpondens, *Henning Ubechel*, Pütt. Pom. (plag. 3.)

III. Capp. Diſſertatio hæc abſolvitur. Cap. I. ſiſtit terminorum evolutionem & ſtatum controverſiæ, quæ ejusmodi eſt: *Utrum* ſc. *homo renatus, ex viribus gratiæ divinæ, per creationem novi hominis acceptis, aliquam ſecundum decimum etiam præceptum præſtare poſſit obedientiam; an verò ejus mandati Uſus tantùm in eo conſiſtat, ut homo infirmitatem ſuam cognoſcere diſcat, neque ſibi ipſi aliquam ab omni peccati labe immunitatem perſvadeat, ſed potius quo minus variis hujus concupiſcentiæ motibus ſuccumbat, omnem adhibeat operam?* Prius negatur, poſterius affirmatur. Cap. II. Autoris theſin exhibet. Cap. verò III. refutat antitheſin Adverſariorum.

D. XXIV. Ejusd. iterum Conſiſtorium intimavit. (pl. ½.)

D. XXX. Ejusd. Eodem *D. Mayero* Præſide Autor *Juſtinus Mayer*, Hadelenſis Saxo, Theſes ex *Diſputatione Caſuali* de *Sacerdote Androgyno*, ob inopinam ex Acad. avocationem erutas defendit. (pl. ½.) Ipſa verò *Diſſertatio* proximè inſequetur.

REGIOMONTI.

Menſe Aprili Diſputationem Theologicam de *Sanguine JEſu Chriſti nos emundante* ex 1. *Joh. I.* 7. publicæ Eruditorum cenſuræ ſubjecit *Chriſt. Henric. Gaſſer* Colberg. Pomeran. Præſide *Godofredo Wegnerô* S. S. Theolog. Doct. ejusdemque P. P. Ord. & Concionat. Aulic. Secund. in quâ, brevi præfatiunculâ præmiſſâ, ubi meditationem operis Redemptionis vel hôc tempore maximè ſuſcipiendam commendans, tranſitum facit ad præſens dictum, idque initio exegeticè adum ſingula verba explicat Sect. I.

Poſt-

Poſtmodum verò Sect. 2. Problemata ſequentia Elenchtica diſcutit nim. (1) an per Sanguinem emundatio peccatorum ſummè neceſſaria fuerit, ut aliô leniori modô genus humanum reſtaurari non potuerit? (2) utrum guttula una ſanguinis Chriſti ſufficiens lytrum fuerit aut eſſe potuerit pro hominum peccatis? (3) Cur filius DEI, non Pater neque Spiritus S. hoc lytron ſolvere debuerit? (4) utrum emundatio peccatorum meritoria, an juſtifica, aut ſanctifica hôc locô intelligatur. (5) an Emundationis objectum ſint omnes homines an v. ſoli tantùm fideles. Denique (6) utrum ſanguis JEſu Chriſti emundet animam & corpus. (plag. 4.)

Idem *D. Godofredus Wegnerus* eôdem menſe publicavit Diſputationem Hiſtorico-Theologico-Homileticam, *de Riſu Paſchali oratorem ſacrum ejusque auditorem minimè decente*, Reſpondente *Erneſt. Fridr.* **Keſſelring** / Pruſſ. in quâ Præfationis locô §. 1. oſtendit, quam varii ſint ritus in Eccleſiâ Chriſtianâ, partim ob bonum & decentem ordinem, partim ad pietatem & devotionem excitandam ab ejus Antiſtitibus excogitati & introducti; quàm inepti quoque reperiantur ritus in Papatu, quibus etiam accenſet Riſum Paſchalem, qui an Oratorem Sacrum in Eccleſiâ deceat nec ne, aphorismis VI. ſequentibus exponit; Quorum 1. hic eſt. Riſus hominem decet, eſtque delectationis & lætitiæ effectus & certum ſignum. II. An Riſus Oratorem deceat, ſapientes gentilium minimè dubitant. III. Ab Oratoribus Profanis & Gentilibus multa ſunt mutuati Oratores Sacri & Eccleſiaſtici. IV. Speciatim riſus ille paſchalis ex eodem fonte actionum theatricarum atque forenſium derivatus, & in Eccleſiam introductus eſt. V. Riſus nullô tempore decet Oratorem & auditorem ſacrum, & ſemper in omni concione utrique vitandus eſt. VI. Quin potius Oratorem ſacrum atque eccleſiaſticum triſtitia ac fletus decet, ſi non ſit hiſtrionicus, hypocriticus & nimius. Singulos aphorismos variis argumentis & illuſtravit & comprobavit. (plag. 3.)

Die XII. April. Chriſtianus **Walther** / S. S. Theolog. D. ejusdemque PP. Ordin. Quartus P. t. Decanus, nomine Pro-Rectoris atque Senatûs Academiæ, Programma Paſchale publicavit,

vit, de *Veſtimentis albis angelorum, glorioſæ Chriſti Reſurrectionis Præconum*, ex *Matth. XVIII. 3. Marc. XVI. 5. Luc. XXIV. & Joh. XX. 12.* deſumtum. In quo exordii locô explicat dictum illud Apocal V. 5. vicit Leo de Tribu Juda, hujusque deinceps victoriæ teſtes, angelos veſtimentis albis amictos proponit conſiderandos. De quibus initio notat ex Marc. XVI. 5. ut & Dionyſio Areopagitâ & aliis quod Juvenes fuerint. Deinceps numerum horum angelorum explicat; Tandemque illos deſcribit ab habitu, veſtimentis nimirum albis, cui explicationi ſubnectit cauſas ſequentes, indigitantes cur angeli in veſtimentis albis apparuerint. Nimirum (1) ut indigitarent DEI miſericordiam, quâ electis ſuis blanditur, (2) gaudium & lætitiam ex reſurrectione Chriſti redundantem, (3) Sanctitatem atque innocentiam tam ſuam, quàm Chriſti ut angeli fœderis, (4) ad glorificandum Chriſtum (5) in ſignum victoriæ obtentæ à Chriſtô. (6) ut indicarent Chriſtum reſurrectione ſuâ nos candidâ juſtitiæ & ſanctitatis ſuæ ſtolâ ornaſſe. Denique (7) nos aliquando in hujusmodi veſtimentis albis juſtitiæ & ſanctitatis eſſe reſurrecturos. Hisce abſolutis brevem ſubnectit adhortationem ad abjicienda ſordida peccatorum veſtimenta, & albam ſanctitatis veſtem induendam. (plag. 1½.)

D. XX. Ejusd. M. Paulus Rabe / Log. & Phil. Prim. PP. Ord. de *Categoria Subſtantiæ* diſputavit Reſp. *Paulo Luca Lafargue*, Regiom. Pruſſ.

D. XXIII. April. Carolus Jacobus Röſer / Med. Doct. Diſſertationem Phyſico Medicam pro Loco Profeſſionis Extraordinariæ in Medicina obtinendo habuit de *Phantaſiæ Efficacia in corpus humanum*, Reſpondente *Jacobo* Finckenau / cujus contenta ſunt ſequentia: In Proœmio aſſeritur, à cogitatione ad exiſtentiam rei optimam eſſe conſequentiam, dein quod omnes facultates Animæ rationalis per modum quendam cogitationis contingant, hinc & Phantaſia hoc modô celebretur. §. 1. Dein Phantaſiæ etymologiam, ſynonymiam atque homonymiam recenſet. §. 2. Propriam acceptionem ſuppeditat, & varias de Senſibus internis ſententias profitetur. §. 3. Triplices animæ diſtinctiones explicat, bruta etiam nec animâ, nec Phantaſiâ propriè dicta, nec ſenſu denique gaudere evincit. §. 4. & 5. Subjectum Phantaſiæ genera-

generale & ſpeciale evolvit. §. 6. Objectum Phantaſ. internum & externum enodat. §. 7. Phantaſiæ Vires in genere enarrat. §. 8. Phantaſiam in corpus alienum externum agere non poſſe, variis argumentis corroborat. §. 9. Quod Phantaſia in proprium corpus agat, exemplis illuſtrat, quod in §. 10. Rationibus confirmatur. §. 11. Modum, quô in corpus humanum agat Phantaſia, exponit. §. 12. Phantaſiæ efficaciam in fœtum, exemplis; §. 13. rationibus ſuffulcit. §. 14. & 15. Adſtruit Phantaſiam producere morbos ut cauſa remota, non v. proxima; §. 16. Quod Phantaſia morbos etiam curare poſſit, in medium affert; quomodò v. hoc procedat, in §. 17. disquiritur. §. 18. Curam noxæ per Phantaſiam inflictæ, in genere ſubminiſtrat.

HAFNIÆ.

Die XXXI. Januar. J. Erneſtus Carlowitz hactenus Conſiliarius Cancellariæ &c. ad Conſiliarii Juſtitiæ & Secretarii apud Celſiſſimum Daniæ & Norvegiæ Principem *WILHELMUM* dignitatem aſcendit.

D. XVI. Februar. Illuſtriſſimus Heros Dn. *Johannes Rantzovius* Dn. de Frydendal, antehac S. R. M. Daniæ & Norv. copiarum equeſtrium *Generalis Major*, maximus literatorum Patronus, (qui nuper ab exercitu Danico Fœderatis militante redux, *Legati* in bello *Generalis* honoribus auctus fuit) à Regia Majeſt. in *Ordinem Equeſtrem Danebrogicum* eſt receptus.

M. Severinus Lintrupius Deſ. Philoſophiæ ac Theologiæ Profeſſor, & Communitatis Regiæ Præpoſitus, ſub initium Anni hujus, novum in Collegio Regio *Collegium* ſeu novos *congreſſus literarios* cum Magiſtris & civibus aliquot Academicis erectioribus cœpit inſtituere, ſemel iterumque ſingulis ſeptimanis ita vernaculô idiomate continuandos, ut quovis congreſſu (1) Collegii aut ſocietatis alicujus eruditæ veteris aut novæ hiſtoria referatur. (2) Academiæ cujusdam Europææ hiſtoria, Doctores celebriores antiqui & moderni compendiô repræſententur. (3) Viri cujusdam eruditi nuper mortui vita & ſcripta ſtrictim enarrentur. (4) Controverſia nobilis literaria, vel nuper vel

etiamdum inter eruditos publicis scriptis reciprocata fideliter recensita exhibeatur. (5) Bibliothecæ alicujus publicæ illustrioris historia & rariora indicentur. (6) Scriptum aliquod vel Schediasma utile aut curiosum recens editum breviter, sed distinctè recenseatur, additis, quæcunque vel ad ejusdem Auctoris historiam & scripti, vel argumenti tractationem aliunde inciderint. (7) Quicquid vel opusculorum ἀνεκδότων vel observationum in re quacunque literaria, philologica præsertim & historica literaria patria &c. occurrerit, in commune conferatur, mutuis perficiendum symbolis. (8) Denique quicquid præterea in re literarum publica novi, jam ex publicis Ephemeridibus Latinis, Gallicis, Anglicis, Belgicis, Germanicis, sive privatis amicorum relationibus & commerciis innotuerit, proponatur. De quo quidem instituto, aliarum alibi societatum exemplo, ad historiæ literariæ augmenta tendente, sicuti successus ei & incrementa ex voto obtigerint, plura nos aliquando daturos speramus.

D. XIV. Febr. In Auditorio Collegii Regii pro Regiæ Mensæ beneficio declamârunt *Sigvardus Olavius Islandus* & *Andreas Torning* Communit. Regiæ Alumni, de *Christianismo Philippi Arabis*, illo quidem pro affirmativa, hôc verò pro negativa pugnante.

D. XVII. Febr. Johannes Steenbuch, Hebrææ lingvæ Prof. P. & Facult. Theologicæ Adjunctus Respondente *Nicolao Jalbye*, *Examen versionis vernaculæ ad Statum Græci Codicis N. T.* (eadem ratione, quâ antea versionem V. T. pluribus Dissertationibus ad examen revocavit) publicæ disquisitioni exhibuit. Vitia autem Versionis Danicæ N. T. quæ notanda hic sibi sumpsit, ad tres classes reducuntur. (1) Omissa supplentur, sive voces textu vernaculæ expunctæ, quibus carere aut non possumus aut saltem non debemus, ubi etiam Pronomina Græci Codicis interdum parvi vernaculam facere, & deesse nonnunquam particulas omnino inferendas demonstratur. (2) Superflua exhibentur, ex singulis libris delenda, utpote quibus carere & possumus & debemus, resecantur hic quoque pronomina supervacua, & particulæ redundantes. (3) In tertia classe reliqua menda comparent, & errores Vernaculæ N. T. alii tolerabiliores, alii eò tolerabiles minùs, quò à Codice Græco longiùs recedunt, imò ab

ipsa

ipsa rei veritate interdum remotissimi. Porrò hìc eodem, quo in V. T. ordine insignem scopulorum varietatem detegit Nobiliss. Auctor, ad quos versio nostra N. T. infeliciùs, dum incautè rem suam agit, offendit. Denique subnectit versionis vernaculæ specimen, adductis exempli loco ex Matthæi Capite XXII. versibus 14. prioribus, unà cum gemina versione Danica, altera quidem vulgari, uti hactenus exstitit, altera autem nova, prout esse debuit, demonstratâ. (4½ plag. in 4to.)

D. XXIV. Febr. In Audit. Collegii Regii *Steno Kierulius*, Respondente *Petro Friderici Knoppero*, Disputationem habuit *de vitio Verborum & speciatim de Pseudo-Neutris*, in qua citra plerorumque Grammaticorum sententiam duo tantum verborum genera *Activum* & *Passivum* admittit, *Neutra* autem tàm in nominibus quàm in verbis cum *Fr. Sanctio* rejicit, quem hoc nomine contra *Perizonium* defendit, *Absoluta* quoque, quæ *Vossio* Neutris æquipollent, contra eundem damnat. (pl. 1¾. in 4to.)

D. XXVI. Febr. In Audit. Coll. Regii Dissertationem Historico-Criticam proposuit *Petrus Christophori Herslebius*, unâ defendente *Jonâ Nicolai*, de ἡλιολατρείᾳ, *quam Christianis objecerunt Pagani*, ubi in prima sectione 3. calumniæ hujus occasiones recenset, scil. (1) Veterum ritum ad orientem orandi, (2) Celebrationem diei solis. (3) Confusionem Christianorum cum Judæis, qui apud gentiles communiter pro cœlicolis habebantur. Sectione 2dâ occasionum earundem examen instituit, & in causas inquirit. Sectio 3. tertia Christianos ab ejusmodi paganorum calumnia vindicat. (pl. 2. in 4to.)

Johannes Brunsmannus, Ecclesiastes Hafnienſis, edidit scriptum, cui titulus: *Judaica Levitas, sive super illo, qualem Judæi de rebus sacris patriis testantes vel loquentes mereantur fidem, Dissertatio.* Schediasma hoc IX. capitibus absolvitur, quorum hæc est summa, ipsius Auctoris verbis in Indice capitum libro annexo expressa. *Cap. I.* asseritur Judæis posterioribus & Christi hostibus, super ipsorum rebus sacris patriis, non esse promiscuè & de semet credendum. Ima ratio est, quòd hi Judæi posteriores Satanæ sint synagoga & filii. 2da, quod sint hæretici, & dogmata ad salutem necessariò credenda, pertinaciter oppugnent & blasphe-

ment. *Cap. II.* Ratio 3tia proponitur, quòd posteriores hi Judæi sint mendaces, quod totô hôc capite probatur. *Cap. III.* suffragia doctorum pro eo, quod hi Judæi posteriores sint mendaces, & mendaces non mereri fidem, adducuntur. *Cap. IV.* quarta ratio affertur ex eo desumpta, quòd si Judæorum de rebus sacris patriis, promiscuè & de semet, admittendum esset testimonium, multa manifestè falsa & blasphema forent admittenda; & varia ejusmodi à Judæis tradita falsa recensentur. *Cap. V.* 5ta ratio appareret, ex eo ducta, quòd hi Judæi posteriores rerum veritatem circa res sacras patrias, non satis sciverint; de eodem suffragia leguntur. *Cap. VI.* evincitur, Judæos hosce posteriores in historia, promiscuè & de semet, non mereri fidem. *Cap. VII.* dicitur, Judæorum etiam posteriorum de rebus sacris avitis testimonium, quod ad ipsorum tendit laudem, non mereri fidem. *Cap. VIII.* Ea quæ dissentientes, contra hactenus proposita, & maximè contra 3tiam Propositionem, sive Cap. VII. objiciunt, resolvuntur. *Cap. ultimo* Propositiones de vero testimoniorum Judaicorum usu exhibentur, & statuitur (1) testimonium Judæorum horunce valere contra semetipsos. (2) Judæorum horunce testimonium de significatione vocabulorum Hebraicorum, quatenus generale est, esse admittendum. (3) Testimonium Judæorum horunce de antiquis Hebræorum ritibus, non simpliciter esse rejiciendum. (4) Judæorum horunce testimonia, quæ cum Scripturæ sacræ creditis consentiunt, suffragiorum locô admitti posse. (5) Eorum, qui inter Judæos posteriores minùs cæteris sunt mendaces atque nugaces, testimonia, de historia sui temporis, aut majorum sententia vel opinione, suô quôque modô admitti posse. In Præfatione ad Lectorem suas *Sabbaticas Vindicias*, 12. libris conprehensas, quarum conscribendarum occasionem dederunt motæ inter nostrates in Germania super Sabbato lites, orbi literato promittit Auctor, ideoque omnes, quicunque humaniores literas & Ecclesiæ amant bonum, officiosè invitat, ut, si utile existimaverint esse, opus illud, jam prælo prorsus maturum, in publicam venire lucem, promovere hoc illuc velint dignenturque. (pl. 8. in 8vo.)

Ex

Ex Typographéo Regio hôc menſe prodiit: Höyloſligſter Jhukommelſe / Kong Chriſtian dend Femtes Artickels-Bref / og Kriigs-Rets Inſtruction eller Underretning / angaaende Krigen til Lands. i. e. Glorioſiſſimi Regis Chriſtiani Vti Articuli Juris bellici, ſive militiæ terreſtris conſtitutio. in 8vo.

Præterea typis excuſus eſt libellus Germanicus ſub tit.

Der aufgeweckte Kirchen-Schläffer / welchem mit beweglichen und zugleich ernſthafften Gründen vorgeleget wird die Sündigkeit des angewohnten / und aus Unluſt zu Anhörung göttlichen Worts hergezogenen Schlaffs in der Kirchen / durch Joſeph Eyers L. A. M. Prediger zu Korke in Irrland aus den Engliſchen ins Teutſche überſetzt. (2. pl. in 12mo.)

Etiam liber vernaculus, cui titulus:

En hellig Slange-Tredſkhed / udj en Samtale imellem en Kram-mer-Svend og en Papiſtiſke Præſt / forfattet og fremſtillet af Friderich Chriſtian Schnell / forige Prædicher i Chriſtians-Borg i Guinea. i. e. *Aſtutia ſerpentina, Dialogo inter mercatorem & ſacrificulum Pontificium repræſentata per Irid. Chriſtianum Schnellium.* (2. pl. in 8vo.)

OTHINIÆ.

D. VII. Febr. Joachimus Prisbuer, Celſiſſimi Daniæ & Norvegiæ Principis *Wilhelmi* Juventutis Moderator, in locum *Dieterici Schult*, Dn. de Chriſtiansdall / & Finſtrup / Equitis Ordinis Danebrogici, S. R. M. Conſiliarii Intimi, & Diœceſeos Fionenſis Præfecti ſupremi, Territorii Othiniani, Dalumenſis & Divi Canuti Præfecti, qui annô ſuperiori vivis exceſſerat, ad ſupremam Diœceſeos Fionenſis Præfecturam à Regia Majeſtate eſt evectus.

Ex HOLSATIA.

Johannes Polzius, Paſtor Preezenſis, Scriptum aliquod vernaculum promulgavit, cujus frontiſpicium huncce præ ſe fert titulum:

Troſt-Schrifft und Ehren-Gedächtnis / darinn vorgeſtellet wird des weyland Hochwürd. und Hoch-Wohlgebornen Hn. Hn.

Christian Rantzau / Jhrer K. M. in Dennemarck / Norwegen hochbetrauten Geheimten und Land-Rahts / wie auch Canonici in Lübeck / Herrn auff Rastorff / Salsau / Aschеberg und Bürau ꝛc. welcher A. 1649. den 20. August. zu Rastorff gebohren / und A. 1704. den 17. Aug. im 55. Jahre seines Alters dis Zeitl. seel. verlassen / und in sein Erb-Begräbniß den 13. Octobr. im Kiel dem Leibe nach gesencket / lebendige Hoffnung / starcker Glaube / Freude im Leyden / aus 1. Petr. I. 3. - 9. von des gantzen hohen Hauses ergebensten Diener Joh. Polzio, Past. in Plön / gedruckt durch Tobias Schmidt. (pl. 8½. in fol.)

Hac occasione etiam monemus, superiori anno prodiisse Hodœporicum, quod *Henricum Rantzovium* Autorem habet, & ita inscribitur.

Denckwürdige Reise-Beschreibung / nach Jerusalem / Cairo in Aegypten und Constantinopel / worinnen die remarquabelsten Begebenheiten / die curieusesten Sachen / und was er an bemeldten Oertern sonderbahres bemercket / gantz eigentlich fürgestellet worden / durch den weyland Hoch- und Wohlgebohrnen Herrn Heinrich Rantzowen / Rittern / ꝛc. Dero K. M. zu Dennemarck / Norwegen ꝛc. höchst-betraut-gewesenen Reichs-Rath / Herrn zu Schöneweyde / Aagard / Mögelkierd / Rosenwald / Jens Gaard ꝛc. Hamburg / bey Gottfried Liebernickel / A. 1704 (pl. 7½. in 8vo.)

FLENSBURGI.

Lucem publicam nuperrimè vidit Scriptum, vernaculo idiomate conceptum, hocce instructum titulo:

Cyriaci, Pabsts zu Rom / unbelohnte Marter / aus alten und Päbstischen Schrifften / wie auch einem alten Gemählde / des Bordesholmischen Klosters / zur Rettung der Magdeburgischen Centurien / vorgestellet von Christian Gottlieb Koch / der H. Schrifft Doct. der Theologischen FCtät in Kiel Assessore, der Stadt und des Ampts Apenrade Vice-Probsten &c. (pl. 15. in 8vo. cum figura æneа.)

XVI. Capitibus absolvitur scriptum illud, quorum I. de Martyrum Æstim. & Honore in primitiva Ecclesia, C. II. de contempta

temptu Martyrum in moderna Romanorum Eccleſia, præſertim Pontificis Rom. Cyriaci. C. III. de relatione Centur. Magdeburg. de Pontifice Cyriaco, ejusque martyrio. C. IV. de Contradictionibus Pontificiorum, Baronii præſertim. C. V. de Baronii refutatione 1. ex fidei ſuæ ſociis. C. VI de refutatione Baronii 2. ex Jure Canonico. C. VII. de refutatione Baronii 3. ex Martyrologiis. C. VIII. de refutatione Baronii 4. ex pictura. C. IX. de Antiquitate hujus picturæ. C. X. de certitudine ejus C. XI. de refutatione objectionum contra picturam iſtam formatarum. C. XII. de refutatione Baronii 5. ex Breviariis & Legendis. C. XIII. de refutatione Baronii 6. ex connexione hiſtoriæ cum martyrio S. Urſulæ. C. XIV. de reſponſionibus ad argumenta Baronii aliorumque. C. XV. de Paralleliſmo hujus hiſtoriæ cum aliis. denique C. XVI. de utilitate & fructu ex hac tractatione percipiendo, agit.

SLESVICI.

Menſe Februario, lucem publicam viderunt nonnullæ *Orationes Inaugurales*, idiomate germanico conceptæ *D. Henr. Muhlii*, per Holſatiam Super. General. & PP. Kilon. quarum I. habita *d.* 30. *Octobr.* cum *M. Joh. Gerh. Meuſchen*, cujus anno ſuperiori in Novis noſtris aliquoties meminimus, *Eccleſiaſtes Osnabrugenſis Ritum Ordinationis ſacrum acciperet, ex Matth. XIII. v.* 52. *Novum-Antiquum*, quomodo illud à Doctore ſecundum Salvatoris effatum & præceptum ſit proponendum, oſtendit. II. habita *d.* 10. *Sept.* cum *Iſraël Noodt*, Diaconatui Templi Cathedr. quod Slesvici eſt, præficeretur, neceſſariam de *modernâ Sacerdotum electione* ex *Jer. XVII.* 16. inſtitutionem proponit. III. habita *d.* 20. *Junii*, cum quatuor Rev. Miniſt. Candidati, nimirum *Joh. Steinhammer*, Eccleſiæ Fridericopolit. *Jac. Peterſen*, Hattſtedt. *Anton Caſp. Engels*, Oldenburg. & *Joh. Bredefelds*, Neo-Monaſt. eſſent Sacris Ordinationis initiandi, *VIII.* Aug. Conſeſſ. *Articulum* de *Miniſterio Malorum & Impiorum in ſacra Eccleſia* agentem illuſtrat. In calce denique ejusdem *D. Muhlii* de Loco Paulino ex *Cap. II. ad Coloſſ. v.* 8. Συζητησις Epiſtolica, eademque gratulatoria ad *Ennonem Lamberti* apparet. (pl. 18. in 8vo.)

KILO-

KILONII.

D. XXX Dec. 1704. Disputationem alteram de *Prisca Salomonis Sapientia* Præside *Nicolao Möllero*, Hist. Eccl. & Antiquit. Prof. Ord. respondendo tuitus est *Joh. Hermannus Hagen*, Reval. Liv. (pl. 2.)

Postquam Auctor in *prima*, quam *T. VI. Nov. Lit. p. 63.* memoravimus, Dissertatione, sententiæ de Regis Salomonis sapientia falsitatem generatim atque universè ostendit: in *secunda* nunc sententiam, quæ veritati, rerumque Hebraicarum, priscorum temporum & personæ Regiæ, ab ipso DEI Spiritu edoctæ, conditioni magis congruit, exponit, &, argumentis in medium allatis, probat; dehinc iis, quæ in contrarium afferri solent, obviam it, & insimul illarum, quæ ad falsam *Pinedæ* sententiam stabiliendam hic illic adductæ sunt, rationum infirmitatem aperit.

Mense Januario Sub Præsidio *D. Henr. Opitii*, PP. Disputationem Theologicam Fridericianam alteram, quâ *Lutheranismus inter Papismum & Calvinismum medius*, adeoque *tutissimus*, uti in plerisque aliis, ita & in Articulo de *Sacro Baptismate* ejusque necessitate, demonstratur, publicè defendit *Joh. Dan. Selcken*, Hamburgensis, SS. Th. Cult. (pl. 3.)

Absolutâ in *prima* Disputatione, quam *Tom. VII. Nov. Lit. M. B. p. 190. sq.* adduximus, *Sect. I.* Autor *Sectionem II.* exhibet, quæ Pontificiorum à nostra media tutissimaque deflectentem & in excessu peccantem sistit sententiam, à qua progreditur ad *Sect. III.* quæ Reformatorum à nostra media, tutissima, verissimaque sententia declinantem, & in defectu peccantem considerat sententiam.

Prodiit nuper Opus posthumum *D. Christoph. Franckii*, hunc titulum ostendens:

Christoph. Franckii, S. Th. D. & Prof. quondam Prim. Seren. Duc. Slesv. & Holst. in Acad. Kilon. Pro-Cancellarii, & in Supremo Senatu Eccles. Consiliarii Brevis & liquida *Demonstratio Deitatis Christi*, ex immotis S. Literar. fundamentis deducta: qua simul *Jonæ Schlichtingii* à Bukowiec, Equitis Sociniani, in Disputatione adversus *Balthasarem Meisnerum*, de SS. Trinitate, &c. quæsi-

quæsitis exceptionibus, & repetitis, ê Socino ac defensis argumentis quinque, quibus probatur, Trinitatis dogma in S. Literis apertè damnari, occurritur. Opus postumum editum à *Wolfgango Christoph. Franckio, Eccles. Kilon. Ministro*, Kilonii Sumtibus Joh. Seb. Richelii. Literis Barth. Reutheri. A. 1705. (1. Alph. pl. 2½. in 4to.)

Octo Capp. absolvitur illud, quorum I. Statum Controversiæ explicat, qui talis est: Quæritur nos inter & Socinianos: *An Christus, præter humanam, habeat etiam divinam naturam, sumta voce NATURÆ, prout substantiam, non qualitates seu accidentia designat?* Cap. II. Argum. I. ex loco Rom. VIII. 32. Cap. III. Argum. II. ex Hebr. I. 10. 11. C. IV. Argum. III. & ultimum pro nostra Sententia ex cultu Christi divino affert. C. V. Primum Socini contra nostram sententiam Argum. à Schlichtingio defensum refellit. C. VI. Secundum & tertium. C. VII. Quartum. C. VIII. Quintum & ultimum confutat. In fine triplex conspicitur index, quorum I. Capita II. Loca Scripturæ, quæ partim allegantur tantum, partim explicantur. III. Res præcipuas, quæ in illo Scripto tractantur, exhibet.

PLOENÆ.

Casparus Questel, JCtus, evulgavit Scriptum germanicum, cui titulus:

Caspar Questels / JC. Hochfürstl. Holsteinischen Hof- und Consistorial-Rahts zu Plön / eigentl. Beschreibung der **Christlichen Freyheit** / als welche / bey jetzigem derselben vielen Mißbrauch / aus Heil. Göttl. Worte / und so wohl mit dessen / als andern unterschiedlichen / auch zum theil auswärtischen Exempeln / allen Christlich-gesinneten zu wohlgemeinten Unterricht nebst einer beygefügten Vorrede / hierinnen angezeiget wird. Plön / gedruckt durch Tobias Schmidt. 1705. (½. Alphab. in 8vo.)

Sex Capitibus illud absolvitur, quorum I. Christianæ libertatis denominationem, & Synonymiam; II. à quò ea originem trahat, & ad quem spectet; III. quid sit, & quomodo discrepet; IV. quo usque extendenda; V. quem in finem Chri-

ſtianus eam nanciſcatur & quis ejus effectus & denique VI. quid ei contrarietur, exponit.

LUBECÆ.

Impenſis *Joh. Wiedemayeri* duo prodierunt ſcripta, à *D. Georgio Henrico Gœzio* elucubrata; quorum *primum* hoc inſignitum eſt titulo:

Todten-Bibliothec / nebſt einem Send-Schreiben / an den / wegen tödtlichen Hintritt ſeiner lieb-geweſenen Frau Ehe-Liebſten / ſchmertzlich-betrübten Roſtockiſchen hochberühmten Theologum und Superintendenten / Tit. Herrn D. Johann Fechten / SS. Theol. Prof. Pr. eröffnet von Georg Henrich Götzen / D. Superint. in Lübeck. Rudelſtadt / gedruckt bey Henrich Urbanen / 1704. (pl. 8. in 4to.)

Conſtituit verò illud *alteram partem* (*primam* enim *T. VII. N. L. p.* 96. recenſuimus) *Bibliothecæ Mortuorum*, ſeu ſecundum *Repoſitorium*, atque varia, lectu non indigna, ſiſtit de *Libris*, qui vel loculis demortuorum fuêre inſerti, vel *viventibus*, incertam mortis horam piè prudenterque meditantibus, vel *moribundis* egregio fuêre emolumento. Nobis placet nunc quædam carptim breviter perſtringere. Ut Epiſtolam illam conſolatoriam, ad vener. Roſtochienſium Theologum, *D. Joh. Fechtium*, uxoris dulciſſimæ obitum (in *N. L. T. VII. p.* 356. notatum) deplorantem, directam, non attingamus, *p.* 14. *ſq.* nonnulli laudantur, qui ante obitum libellos quosdam compoſuerunt, in quos res notatu dignas conjecerunt, è quibus adduci merentur, *Carolus*, & *p.* 15. *Ulricus*, uterque Dux Mecklenburgicus, de cujus libello, typis exſcripto *p.* 16. *ſq.* fuſiùs agitur, atque *Joh. Saubertus*, *Frid. Rappolcus* cum *Th. Reinkingio*, quibus *p.* 21. Senator Francofurtanus, *Achilles Uffenbachius*, annumeratur. *p.* 24. de *Caſſ. Burcholti*, qui apud *Hildeſianos* vixit, *Muſéo*, *Vita* & *Mors* vocato diſſeritur. *P.* 25. Veſtium, dictis Biblicis aliisque intextis verbis conſpicuarum, mentio injicitur. *P.* 28. ſupra nominati *Uffenbachii* pietas prolixius deſcribitur. Hic enim ipſe meditationum libellum confecit, eumque loculo ſuo inſeri juſſit. Quem excipit

cipit *p.* 32. *Brochmandus*, *Margaretha Hackelmannia*, *p.* 53. (ubi ὡς ἐν παρόδῳ de *Jac. Schertlingio*, JCto Guſtrovienſi, refertur, quod literarum Hebraicarum bene fuerit gnarus, & *p.* 36. de Pſalterii Exemplari, quod *Luthero* fuit familiare), *Hier. Gerhardus*, *Matth. Prætorius*, *Richterus*, *David Sättlerus*, qui vel cum *Bibliis*, vel *Pſalterio*, vel *Meditationum libro*, vel *Brentii Commentario* in *Eſaiam*, vel *Adami Paſtore patiente* fuêre ſepulti. Inde *p.* 40. *ſqq. M. Paul. Chriſtiani Hilſcheri*, nunc Paſtoris Palæo-Dresdenſis, *Epiſtola* plura ejusdem generis volumina enumerans, inſeritur, additis obſervationibus variis, tùm *Caſp. Henr. Starckii*, tùm Autoris noſtri, quæ libellos diverſos illuſtrant, & huic argumento inſerviunt.

Secundum verò hanc oſtendit Inſcriptionem:

Krancken-Bibliothec / gezeiget von George Henrich Götzen / D. und Superint. in Lübeck. Rudolſtadt 1705. (plag. 7. in 4to.)

Dilaudat verò *Auctor* noſter §. 1. Virorum illorum diligentiam, qui, licet valetudine haud firma uſi fuerint, à librorum tamen lectione vel ſcriptione nequaquam abduci potuerunt. Hinc præſens natum eſſe *opuſculum* dicit §. 2. Removet illos Scriptores, qui peculiaribus Scriptis *Ægrotantibus* ſolatia dederunt, quos inter, *Othonem*, *Henningium*, *Guntherum*, & *Scriverium*, referendos eſſe fatetur. §. 3. Ab inſtituto alienum eſſe docet, ſi Scripta illa, quæ *ægroti* ſibi reddiderint familiaria, enumeret, pari ratione §. 4. eos rejicit Viros, qui, lecto fatali affixi, *Bibliothecam* Liberis adornarunt, in quorum cenſum *Nicolaum Miltizium*, quippe cujus pietatem verbis prolixis laudat, meritò referendum eſſe judicat. Neque hujus loci eſſe §. 5. ſcribit, ut verba illa extantiora *ægrotorum* conſignet, *Mich.* tamen *Neandri* Confeſſionem, piis verbis conceptam, & paucis ante mortem diebus prolatam, *p.* 20. adducit. §. 6. quædam *Carmina*, *Preces*, & *Epitaphia* in lecto ſcripta, *Ulrici* puta *Hutteni*, *Mich. Neandri*, *Andr. Quelmalzii*, *Joh. Wideri*, *Henrici von Kroge*, *Ægid. Hunnii*, *Dav. Rungii*, *Matth. Detſchelii*, *Pantaleonis Candidi*, *Reinhardi Bakii*, *Henrici Huſani*, ac duas *Epiſtolas Joh. Andr. Piccarti* in

medium producit. §. 7. propiori pede accedit ad Scripta, quæ ad *Clinicorum* ſpectant *Bibliothecam*, atque inter illa *Vaticinium Jacobi*, Gen. XLIX. contignatum, §. 8. *Librum Jobi*, & §. 9. *Preces Hiskiæ* locum invenire haud poſtremum arbitratur. Laudant præter hæc adducta §. 10. *Caſp. Crucigerum*, §. 11. *Joh. Calvinum*, §. 12. *Dav. Chytræum*, §. 13. *Polycarpum Lyſerum*, §. 14. *Jac. Reihingium*, §. 15. *Bartholdum Krakevizium*, §. 16. *Joh. Hermannum*, §. 17. *Sal. Glaſſium*, §. 18. *Sam. Langium*, §. 19. *Caſp. Theod.* Fürſen / §. 20. *Joh. Adamum Scherzerum*, §. 21. *Sebaſt. Schmidium*, §. 22. *Bernhardum* von Sanden / §. 23. *Franciscum Montmorencium*, & *Nicolaum Burenium*, §. 24. *Ahaſverum Fritſchium*, & §. 25. *Janum Gruterum*. His adductis, quibus & adhuc plures Eruditos *Clinicos* ſubjungi poſſe haud vanè credit, judicium ſuum ſuperaddit, omnesque ut officii ſui diligentem gerant curam, inque lectis leti præſertim vivant memores, graviter hortatur. Cum hoc, quod jam exhibuimus, Scripto conferri poteſt *Diſſertatio Hiſtorica*, de *Eruditis ſtudiorum intemperie mortem ſibi acceleranti-bus*, in *Acad. Lipſ.* 1704. à *M. Gottfredo Bœttnero*, propoſita, cujus ſummam legere licet in *Nov. Liter. Germ. Tom. III. pag. 16. ſq.*

Typis Samuelis Struckii excuſa eſt Homilia germanica, hunc in modum inſcripta:

Status Fidelium ſub Veteri & Novo Teſtamento, oder die zwiefache Führung der Gläubigen zum geiſtlichen Canaan / in einer Neu-Jahrs-Predigt A. 1705. den 1. Jan. aus der ordentl. Feſt-Epiſtel Gal. III. 23. ſqq. unter dem Seegen Gottes der Chriſtl. Gemeine zu Lübeck in hieſiger Dom-Kirche fürgeſtellet / und auff freundl. Anſuchen dem öffentlichen Druck überlaſſen von Johann Fleeg / Lubecenſi. Lübeck / 1705. (pl. 7. in 4to.)

Ipſum Exordium explicat Hiſtoriam *Exod. XIII.* 21. deſcriptam, atq; ſententiam *Philologi* cujusdam *Helmſtadienſis* refutat.

Prodiit nuperrimè Scriptum vernacula lingua conceptum hoece titulo:

P. J. Marpergers Moſcowitiſcher Kauffmann / das iſt: Ausführliche Beſchreibung der Commercien, welche in Moſcau / und andern Sr. Czaariſchen Majeſtät Bothmäſſigkeit unterworffenen Reichen und Provincien, ſowol von deſſen Unterthanen unter ſich ſelbſt/

ſelbſt / als mit ausländiſchen Nationen getrieben werden. Wobey mit wenigen von der Ruſſiſchen Länder und Städte bequemer Situation zur Handlung / denen in Rußland ein- und ausgehenden Waaren / daſelbſt verfertigten Manufacturen / des Landes natürlichen Früchten / Müntz-Sorten / Maaß und Gewichten / ꝛc. gehandelt / zum Beſchluß aber ein klein vocabularium oder Ruſſiſches Wörter-Buch mit angehänget wird. Lübeck. In Verlegung Peter Böckmanns. 1705. (½. Alph. in 8vo.)

Undecim Capp. illud abſolvitur, quorum I. ſiſtit deſcriptionem Geographico-Hiſtoricam multorum inſigniumque regnorum & provinciarum, imperio Ruſſico hodie parentium, ut & Catalogum Magnorum Moſcoviæ Ducum & Monarcharum, qui usque ad modernum *Petrum Alexeowiz* imperio præfuerunt, variaque de regione & incolis memorabilia. Cap. II. agit de Ruſſiæ ſitu ad negotia facienda peroportuno, præcipuis emporiis, fluviis & portubus. Cap. III. de fructibus in Moſcovia naſcentibus, crudis mercibus, opificiis manuariis; quæ in Ruſſia conficiuntur, & in quæ loca hæc deportentur. Cap. IV. de mercibus & operibus manuariis, quæ aliundè in Ruſſiam introducuntur, quæ unaquæque gens affert, deque pretio diverſarum mercium Anno 1704. ſolito atque recepto. Cap. V. de ratione & conſuetudine merces in Ruſſiam vehendi & distrahendi. Cap. VI. de commerciorum Ruſſicorum qualitate à priſcis temporibus, unde innotuerint, & incrementum ceperint item, de adminiculis & privilegiis, quibus exteris liceat in Ruſſia mercari. Cap. VII. de ſtatutis, ritibus, politia & legibus, ab ipſis Ruſſis, & utplurimum abs mercatoribus, qui merces exportant, obſervandis, ubi in ſpecie Naugardienſis Rationarii, (*Contoirs*) & ſtatutorum illud concernentium mentio fit. C. VIII. de variis pecuniæ generibus, ejus valore, menſura & ponderibus, cambiis & vectigalibus, item de vectura publica (Poſtweſen) & nautica, quomodo commodè terra marique res ſuas mercatores transportent. Cap. IX. exponit, quæ tabulæ ſint accepti & expenſi æris in Moſcoviâ, deque ſcholis literariis & ſcriptoriis, item de Ruſſorum lingua & faſtis quædam tradit. Cap. X. de mediis, quibus commercia in meliorem ſtatum poſſent

redigi. Et denique Cap. XI. de Autoribus, qui de Ruſſia & rebus Ruſſicis ſcripſerunt, agit.

Die XXX. April. Sepeliebatur *Henricus Eſcher*, Paſtor Travemundanus, cujus vitæ curriculum brevibus ſic ſe habet:

Lucem aſpexit Anno 1635. d. 22. Junii Lubecæ Patrem nactus *Ericum* Civem honeſtum, & matrem *Gerdrut. Richeliam.* In patria urbe poſtquam primis literarum elementis in Schola Cathedrali, & deinceps in Lycéo noſtro gymnaſtico bonis artibus imbutus eſſet, Anno 1655. ineunte Martio in almam Roſarum Academiam migravit, & per triennium ferè, hoſpitio & mensâ *D. Henr. Mülleri*, Superint. & Profeſſoris uſus, ibidem ſubſtitit, Theologos *Dorſcheum*, *Schuckmannum*, *Mauritium*, *Varenium*, *Ottonem*, Philoſophos verò *Helwigium*, *Oldium*, *Jordanum*, *Beckerum* Doctores nactus. Anno 1658. ſvaſu *Mag. Dan. Lipſtorpi*, Senioris & Paſt. Cathedr. Lubec. patriam repetiit, & in literis humanioribus inſtituit *Hermanni Pincier* tt. Senior. & Præfecti Capituli filium *Detlev. Henricum Pincier*, nunc Decanum Rev. Capituli Uthinenſis & Secretarium Rev. Capit. Lubecenſis. Impetum deinde capiens alias viſendi Academias, Lipſiam & dehinc Jenam tranſiit, & ſub D. Gerhardo, Juniore, qui B. Patris Opus, quod *Bellarminum orthodoxias teſtem* exhibet, recudi faciebat, Diſputationem de Pontifice Romano habuit. A. 1660. *Hermanni à Dorne*, Conſulis Lubecenſis, Trigam filiorum (ut *T. VII.* 347. jam jam monuimus) informavit. Et ne ſtudium Theologicum ſeponeret, exercuit ſe in ſtudio homiletico, non parum inſimul utilitatis capiens ex Collegio diſputatorio, quod horis ſubciſivis cum XII. Studioſis inſtituerat *D. Meno Hannekenius*, Superintendens Lubecenſis, & in quo Præſidis vices geſſerat, A. 1664. m. Februar. in locum *M. Jonæ Emmii*, & A. 1669. Dom. 8. p. Trinit. in locum *M. Hermanni Reuteri*, Paſtoris Travemundani ſuffectus fuit. A. 1664. d. 26. April. uxorem ſibi elegit virginem *Dorotheam*, *Danielis Lippii*, Scholæ Lat. Collegæ filiam, Anno 1666. d. 24. Febr. demortuam. A. 1667. d. 28. Febr. ad ſecunda tranſiit vota facta cum *Elſabe Hinrichſia*, *Joh. Henrichſii* Secretarii Lubecenſ. filia, ex qua ſuſcepit filiam Chriſtinam Eliſaben, A. 1699. in matrimonium datam *Francisco Bertram. Schiefenhöfelio*, Paſtori Gnuſſaviæ in Holſatia. Sed & hæc A. 1679. d. 23. Sept. à latere ejus divel-

divellebatur, hinc, neceſſitate & re domeſtica ſic efflagitante, tertiam thori ſociam aſcivit *Catharinam, Henr. Balemanni*, JCti, Com. Palat. & Protonotarii filiam, Collegæ quondam ſui *Joh. Grünewaldtii* Viduam relictam. Mortem ejus quod concernit, benè prudenterque ad eam ſeſe præparavit, quod vel ejus Symbolum luculenter indicat, crebrò enim uſurpabat & Philothecis inſcribebat, dictum Davidis Pſal. LXXIII. 24. *In conſilio tuo duces me, & poſtea in gloriam ſuſcipies*, cujus voti etiam compos factus eſt d. 22. April. quô *ſeptuagenarium* eum DEUS in gloriam nunquam terminaturam ſuſcepit. Virum de ſacro officio & Studio Poëtico inſigniter meritum condecoravit Scriptum Germanicum *Caſparis Lindenbergii*, Cœnobii, quod hîc eſt, Johannei Paſtoris, hanc præ ſe ferens Inſcriptionem:

Der von dem himmliſchen Gärtner / als ein auserwehlter Rüſtzeug / nach mehr den 41. Jährigen Frucht-reichen Gebrauch endlich begrabene Eſcher / oder geiſtliche Spaten und Grabeſcheit / als der Wohl-Ehrw. in GOtt andächtige / und hochgelahrte Herr *Henricus* Eſcher / Wohl-meritirter und Hochbeliebter Lehrer der Chriſtlichen Gemeinde zu Travemünda / im 70. Jahr ſeines Alters / ſeelig zu ſeines Herrn Freude einging / und darauff den 30. beſagten Monats / deſſen verblichener Leichnam / bey Volckreicher Verſammlung in die Erde verſencket ward / aus mitleidigem Gemüht erwogen / und mit eilfertiger Feder ohne Zierde entworffen von einem zu dieſem letzten Liebes-Dienſt für andern verbundenen Schwiegerlichen Freunde. Lübeck. (pl. 2. in fol.)

Bernhardus Wörgerus Lubecenſis, Francisci Filius, die 2. Januarii Paſtor Hademarſchenſis, & Rensburgenſis Conſiſtorii Aſſeſſor, electus eſt 1705. & vocatio illi oblata die 6. Januarii feria Epiphaniæ, quô die natalem explevit vigeſimum ſeptimum. Tyrocinia poſuit Lubecæ partim ſub parente Francisco Wörgero, partim in ſchola Lubecenſi ſub Enocho Swantenio Rectore, B. Martino Lipenio Con-Rectore, Jacobo Pagendarmio Cantore, & Marco Wida, quartæ Claſſis moderatore. Roſtochium porrò diſcedens D. Joh. Fechtio ſe in diſciplinam commiſit, hoſpiti D. Joh. Mauritio Poltzio, ac D. Joh. Quiſtorpio apprimè charus. Receſſu deinde Gryphiswaldiam, vices concionandi per annum

annum integrum & ultra pro Generali Superintendente D. Conrado Tiburtio Rangone cum laude perfunctus, ac egregio ejusdem encomio ornatus, Lubecam rediit, examini ſeſe ſiſtens ſub B. Seniore M. Bernhardo Krechtingio; & promotus ad ſacerdotium fuiſſet, cum ſemel atque iterum ſuum inter candidatos Miniſterii nomen profeſſus eſſet, niſi ætate provectiores ipſi palmam præripuiſſent luculento nihilominus univerſi Rev. Miniſterii teſtimonio Haffnienſibus Theologis commendatus, Eccleſiæ Teutonicæ calculum meruit, ut inter ambientes plures Studioſos tertius cum ordinatis ſacerdotibus duobus promotorum coronæ fuerit propoſitus. Sed DEI nutu in Holſatiam retractus dicto eccleſiaſtico officio Hademarſchenſi eſt admotus.

Prodiit haud ita pridem Typis *Sam. Struckii Catalogus* renovatus omnium *Medicamentorum*, tàm ſimplicium quàm compoſitorum Galenicorum & Chymicorum, aliarumque rerum in officinis Lubecenſibus venalium, Opera & Studio *Johannis Nolto*, Brunsbüttelià Dithmarſi, Phil. & Med. Doct. & Reip. Lubecenſis Phyſici. (Lubecæ 1705. in forma oblonga. pl. 7.)

Poſt Dedicationem leguntur Nomina Doctorum Medicinæ, Lubecæ praxin exercentium, quæ transſcribere placet.

D. Nicolaus Hannekenius, Marpurgo-Haſſus, Phyſicus, cui conſveto Dedicationis ritu hic Catalogus fuit oblatus.
D. Johannes Nolto, Brunsbüttelià-Dithmarſus, Phyſicus.
D. Johannes Siebold, Gothâ-Thuringus.
D. Johannes Melchior Gœbel, Guſtrov. Mecklenburgicus.
D. Andreas Plantekau, Lubecenſis.
D. Johannes Jacobus Stolterfoht, Lubecenſis.
D. Johannes Gottfried Borgehl, Lubecenſis.
D. Daniel Joachimus Satler, Gadebuſcho-Mecklenburg.
D. Johannes Braſche, Lubecenſis.
D. Theodorus Chriſtianus Franzius, Dresdâ-Misnicus.
D. Johannes Georgius Tauſche, Zullich. Sileſius.
D. Johannes Fridericus Leopold, Lubecenſis.
D. Meno Paulus Hannekenius, Lubecenſis.
D. Nicolaus Fizmann, Lubecenſis.
D. Meno Nicolaus Hannekenius, Lubecenſis.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis JULII, A. M DCC V.

ROSTOCHII.

D. *Andreæ Dan. Habichhorſtii*, Theol. Prof. Ordin. *Diſſertationes Eſaianæ*, ſeorſim hactenus editæ, atque à nobis paſſim adductæ, conjunctim nunc prodiere, hunc præ ſe ferentes titulum:

Illuſtriorum Iſaiæ Locorum Pars altera, exhibens viginti quatuor Diſſertationes Exegeticas ad Loca XI. *Capitum à C. XIII. ad C. XXV. publicitus inter alias undecim annorum ſpatio in illuſtri Univerſitate Roſtochienſi, pro exercenda juventute ſtudioſa ventilatas, in quibus usque quaque Senſus locorum genuinus ex conſilio fontis Ebræi indagatur, uſusque illorum in Theologia controversâ indicatur, ſimulque abuſus & corruptelæ, veritati ſenſus obſtrepentes, refelluntur. Auctore Andr. Dan. Habichhorſtio, D. SS. Th. PP. Conſiſt. Duc. Aſſeſſore & Fac. Theol. totiusque Acad. Seniore.* Roſtochii, Sumptibus *Joh. Frid. Königii.*

Præfationem adjecit *D. Joh. Fechtius*, (cujus curæ hanc Collectionem debet orbis eruditus) in qua de recentioribus in Eſaiam Commentariis, deque Inſtituto Autoris, adjecta *Diſſertat. XXV.* nondum publicè ventilata, atque brevi recenſu vitæ Habichhorſtianæ Scriptorumque ab ipſo editorum, diſſeruit. Produxit verò in medium *Aug. Varenium*, *Seb. Schmidium*, (quem Autorem Commentarii, qui ſub ejus nomine circumfertur, Eſaiani eſſe adverſus *M. Henr. Kirſchgartium*, Autorem Diſſertationis de *Partu Virginis Miraculoſo*, ad *Eſ. VII.* 14. Præſide *Joh. Andr. Danzio*

Anno 1700. propositæ, prolixè probavit) *Joh. Georgium Dorscheum*, atque *Habichhorstium*. Qua occasione monemus, *D. Ægidii Hunnii Commentarium MSStum* in *Capp. XXVI. Esaiæ* eleganter scriptum latere in scriniis cujusdam verbi divini Ministri in Ecclesia Lubecensi, atque luce publica non indignum judicari.

D. Albertus Joachimus Krakevizius, Catech. Christ. & LL. Professor Ducalis, B. Proavi sui, *D. Bartholdi Krakevitzii*, Dissertationem de *Præpostera Rituum in primis Exorcismi Abrogatione*, *A.* 1616. scriptam, denuò conspectui totius Ecclesiæ orthodoxæ exposuit, addita *Præfatione*, in qua *Scripta Irenica* hactenus divulgata, & quid ab uno alterove circa eadem notatum fuerit commemoravit. Sumptibus *Joh. Frid. Königii*, pl. 6. in 4to.

D. Georgius Detharding, Medic. & Mathem. Prof. Publ. Ordin. publicavit Programma, quo *DEum ex structura Corporis humani* demonstrat, & ad audiendam *Osseologiam* publicis Lectionibus à se proponendam Studiosam Juventutem decenter invitavit. (pl. 1. 4to.)

D. Joh. Sensius, Archi-Diaconus Ædis Marianæ, publicavit Sermonem funebrem hoc modo inscriptum:

Tröstendes *Echo*, da der Wohl-Edle / Vest und Hoch-weise Herr Heinrich Knesebeck / Hochverdienter Rahts-Herr / und bey diesem Land-Kasten Hochbetrauter Steur-Einnehmer / sein einziges erst-gebohrnes Söhnlein von dieser Ehe / **Georg Melchior Knesebecken** / welches den 3. Jan. gebohren / und am 26. Martii im Herrn wieder entschlaffen / am 3. April. a. c. mit Christlichen Ceremonien / in hiesiger Haupt-Kirchen zu S. Marien beysetzen ließ / zum Trost der Leydtragenden / in einer Traur-Sermon vorgestellet / und auff Begehren heraus gegeben von J. S. D. Rostock / bey Joh. Weppling. (pl. $2\frac{1}{4}$. 4to.)

D. XX. Martii Præs. *M. Joh. Joach Weidnero*, V. D. Ministro, *Constantinum M. superato Maxentio Romæ Triumphali Pompa acceptatum*, quoad posteriores paragraphos, amicæ discussioni exhibuit *Georgius Tischerus*, Hamb. (pl. $2\frac{1}{2}$)

Contenta vide superius *p.* 97. ubi Conspectum totius Dissertationis communicavimus.

Die

Die XXIIX. Ejusd. D. Henr. Christ. Tielcke / PP. Natalem FRIDERICI WILHELMI, Ducis Reg. Megapolitani Oratione publicâ, cujus argumentum fuit: *Ex Principe in Cives derivata prosperitas*, celebravit, ad quam *d. XXII. Ejusd Programmate* publico Latino, in quo de *Ordine politico ab ipsa natura originem trahente*, invitavit. (pl. 1. in fol.)

Die I. April. Præside *D. Henr. Ascan.* Engelken / PP. Dissertationum Theologicarum in B. Schomeri Collegium Anti-Socinianum *Decimam tertiam* exhibentem Cap. XX. de *Novissimis* ventilandam proposuit *Georgius Fridericus Stieberus* Spirensis. (pl. 3.)

Eodem Mense sub Præsidio *Johannis Joachimi Schöpfferi*, J. U. D. PP. Disputationem Juridicam de *Pulmone infantis natante vel submergente*, publicæ Eruditorum disquisitioni exposuit Academia abituriens *Joh. Joachimus* Jörcke / Wismarienſis. (pl. 4½.)

III. Capp. absolvitur. *Cap. I.* continet *sententias Medicorum* de *Pulmone infantis, natante & submergente.* Ejus Summaria ita leguntur. Si dubium occurrat, an partus inquisitæ vivus, an mortuus editus, Medicorum sequendum Judicium. n. 1. 2. ex pulmonibus natantibus vel submergentibus certam probam institui posse, docuit Ettmüller. n. 3. 4. Consentiente FCto Medica Giessensi, n. 5. & Carolo Reygero, n. 6. adducta hujus sententiæ ratione, n. 7. 8. item Stalpartio, n. 9. 10. & Loffhagenio in Responso n. 11. sqq. Si pulmo fundum petat, infantem in utero mortuum esse, probare conatur Schreyer & FCt. Medica Franckofurt. n. 25. licet pulmo putredinem contraxerit Rivinus & Lange, n. 26. 27. cujus ratio adducitur n. 28. ex pulmonibus submergentibus probare non posse, infantem esse mortuum, docet Bohnius, n. 29. cujus sententiam approbavit FCt. Med. Witteb. n. 30. 31. & Tubingensis, n. 32. ejusque Professor Zellerus, n. 33. consentientibus Medicis Giessensibus, n. 34. & Marpurgensibus, n. 35. ratio adducitur, n. 36. sqq. Imò Tubingenses & Giessens. & Marpurgens. putant, respirationem fieri posse, licet pulmo fundum petat. n. 40. sq. cui Schrœckii subjectum scholion, n. 42. adducto alio recentissimo exemplo. n. 43. *Cap. II.* agit de *Effectu Juris, si pulmo infantis natet.* Tres casus seiparantur, 1. Pœna capitis dictari potest ex præsumtione, 2. 3. quæ constituta est in

Gallia & Svecia, 4. propter delicti frequentiam, 5. 6. it. in Germania & Hiſpania, 7. 8. maximè ſi medici de vita & violenta morte teſtentur. 9. Ex pulmone non obtinet pœna gladii, 10. ſq. ex præſumtione nemo ad mortem damnatur, 17. niſi ſit juris & de jure, 18. Si inquiſita ignorantiam graviditatis prætendat, ſemper torturæ ſubjicienda 19. Si animo occidendi occulto peperit gladio ferienda, 20. ſq. medica ars ſæpe fallit, 24. exempla adducuntur. 25. 26. Quatenus JCti de rationibus medicorum judicare poſſint. 27. ſq. Timoris adducuntur effectus. 33. ſqq. ex pulmone natante non poteſt inferri mors violenta & doloſa, 37. ſq. pulmo natans non operatur torturam 39. ſq. auget gradum ejus 42. ſq. modo adhibeatur cauta inquiſitio. 44. Præjud. contrarium adducitur 45. ſed rejectum 46. ſq. Si mulier non ſtudio clam peperit, nec partum occultavit, liberatur à tortura, licet pulmones natent. 54. ſq. pulmones natantes augent pœnam extraordinariam 56, ſq. *Cap. III.* producit *Effectum Juris, ſi Pulmo infantis ſubmergatur.* Summa ejus huc redit. An ex pulmone ſubmergente mors inf. probetur, Medici non conveniunt, n. 1. JCti ergò eligant mitiorem viam, 2. quia imperfecta probatio pro inquiſito admittitur, 3. 4. Ergo liberatur h. c. inquiſita à tortura, 5. contraria ſent. verior, ſi infans α) fuerit maturus, 6. mulier β) partum celaverit, 7. ſq. & conceperit γ) ex illegitimo coitu, 9. quia ante reſpirationem notabilem, occidi poteſt, 10. ſq. illuſtratur præjudiciis JCtorum, 12. 13. ad contrar. reſp. 14. effectum habet pulmo ſubmerg. ſi cum aliis indiciis concurrat, 15. leviorem quoque operatur torturam item leviorem extraordinariam, 17. Dubium de difficultate partus mortui removetur, n. 18. ſq. An judex omittere poſſit pulmonis in aquam injectionem. 21. ſq.

Menſe Majo prodiit *Sylloge Controverſiarum Anti-Calvinianarum*, in uſum privati Exercitii Diſputatorii collecta, Autore & Præſide *Alberto Joachimo Krakevitz*, Th. D. & PP. diſputantibus invicem.

In Claſſe I.

Opp. I. *Abrahamo König*, Svet. March.
Reſp. I. *J. V. Staden*, Riga Livon.

Opp.

Opp. II. *Nicolao Strahſen*, Woldeck-Megap.
Reſp. II. *Joach. Joh. Hintzen*, Wismarienſi.

In Claſſe II.

Opp. I. *Joh. Ambroſ. Bruckner*, Parchim. Megap.
Reſp. I. *Wilhelmo Schallero*, Witteberg. Megap.
Opp. II. *Ioh. Gerhard. Reckentrog*, Sverin. Megap.
Reſp. II. *Iacob. Chriſt. Helwig*, Berolin-March.

In Claſſe III.

Opp. I. *Petro Nicol. Lüders*, Rhena Megap.
Reſp. I. *Ioach. Frid. Tancke*, Roſtoch. Megap.
Opp. II. *Francisc.* Gottlieb Löhr / Cella-Luneb.
Reſp. II. *Andr. Hill*, Neobr. Meg.

In Claſſe IV.

Opp. I. *Ioh. Chriſt. Freſe*, Weſtenbr. Meclenb.
Reſp. I. *Henr. Papendico* Koſs, Röbel. Meclenb.
Opp. II. *Ioh. Guil. Weinmanno*, Mitav. Curon.
Reſp. II. *M. Ioh. Eb. Udam*, Rev. Livon.

In Claſſe V.

Opp. I. *Albert. Ioach. Ebel*, Guſtrov.
Reſp. I. *Gabriel* Steingräber / Ged. Bor.
Opp. II. *Iac. Chriſt. Zandt*, Durlaco-Badenſ.
Reſp. II. *Iob. Henr. Rehboom*, Verda-Verdenſ.

Die II. Maji Præſide *M. Herm. Chriſtoph.* Engelken / *Iacobus Leppin*, Mayenb. March. Diſſertatione ex Hiſtoriâ Literariâ, Curioſum ζητημα: *An Pythagoras Proſelytus factus & conſequenter ſalvatus ſit*, discuſſit, ejusque *negativam* ritè propugnavit. (pl. 4½.)

Autor, præmiſſo *Præfamine*, in quo ſe, diſſertationem hanc expoſiturum, facilè potuiſſe deterreri à propoſito, tùm judiciis & cenſuris hominum, tùm multitudine Librorum dicit, §. 1. priusquam quæſtionem ſub incudem revocet, α) remotis variis aliis, *Pythagoræ* nomine gaudentibus, digitum intendit ad ſidus illud illuſtre, quod Italicæ & Pythagoricæ Philoſophiæ facem præ-

tulit, ejusque vitæ rationes evolvit. §. 2. Cum quæratur: *An Pythagoras fuerit Proselytus?* β) observat differentiam proselytorum, ubi alii justitiæ; alii habitationis erant proselyti, & §. 3. multos Autores, ac præsertim *Huetium* & *M. Justum Gothofr. Rabenerum*, Rectorem illustris ad Albim Gymnasii, credidisse ait, Pythagoram Judæorum Proselytum & Ezechielis Prophetæ Babylonici Auditorem fuisse, & quidem §. 4. Proselytum Justitiæ, §. 5. de cujus salute benè sperare, eumque inter cœlites beatam agere vitam adstruere quidam possent. Hinc §. 6. statum Controversiæ format, qui est: *An Pythagoras Samius jure pro Proselyto Justitiæ sit habendus*, & contra Rabenerum negativam defendit. Quam suam sententiam §. 7. probat à perplurimis erroribus immanibus à Pythag. commissis; §. 8. ab intermissa dogmatum theologicorum professione, & denique §. 9. à Metempsychosi s. animarum transmigratione, §. 10. finem Dissertationi imponit, & peculiarem, affirmativam dictæ quæstionis modestè impugnaturam, *Dissertationem* promittit.

D. XVI. *Ejusd.* Dissertationem Juridicam Circularem de *Teste Clerico*, seu vom Gezeugniß eines Predigers/ Præside *Casp. Matth.* Müller/ U. J. D. Instit. PP. nec non FCt. Jur. Decano, publico compalæstritarum examini submisit *Theodorus* Pyl/ Gryphisw. Pomer. (pl. 6.)

Autor, præmisso præfamine, in quo Utilitatem, difficultatem & prolixitatem hujus materiæ ponderat, *Cap. I.* Generalia ad explicationem Rubri pertinentia exhibet, factaque digressione ad *Cap. II.* In quo *causas* evolvit, *in quibus Clerici esse possint testes & quomodo*, §. 1. probat Clericum testem esse posse, §. 2. contra autores quosdam textus negativam tenentes. §. 3. disquirit, an Clericus cogi possit ad testimonium dicendum, §. 4. & quis compellere eum possit? §. 5. An Clericus coram judice seculari volens possit examinari, & an Jurisdictio possit prorogari? §. 6. quid in hac causa de Clerico sentiendum, casibusque propositis, in quibus prorogatio locum non invenit, quærit, quare Clericus non possit prorogare jurisdictionem Laici, & an ratio illa locum habere possit. §. 7. dicit, Clericum posse coram judice seculari cum licentia judicis Ecclesiastici examinari, etiam per delegatum, §. 8. quæ licentiæ concessio quod probanda, & quo-

quomodo probanda, §. 9. oſtendit. §. 10. caſus proponit, in quibus Clerici à ſeculari judice ſine licentia examinari poſſunt, ſi nempe α) neceſſitas ita exigat, à judice etiam incompetente, & §. 11. ad ſuperiora tribunalia immediatè vocari, β) quatenus imperium & judicium humanum patiuntur. §. 12. ſq. quærit: An ſuperiora tribunalia ſubſidio judicis Eccleſiaſtici opus habeant? §. 14. ſi tempore negotii geſti fuerit Laicus & tempore depoſitionis Clericus, coram quo judice ſit examinandus? §. 15. quomodo Clericus ad veritatem dicendam compellendus, & an juramento conſtringendus? §. 16. an juramentum præcedere debeat depoſitionem, an verò ſequi? §. 17. oſtendit quare Clerici ſe non ſubducere debeant juramento, & §. 18. quod illud Clericis à partibus poſſit remitti. §. 19. juramentum corporale præſtare debere teſtes, nec ſufficere teſtimonium ſub juramento, quod antea Domino præſtitum eſt, uti quidem Medico ſ. chirurgo licet, nec illud quo Deo & Eccleſiæ obſtricti ſunt, additâ tamen limitatione. §. 19. teſtes vocandos eſſe ad locum judicii. §. 20. ſq. teſtem quoque torqueri poſſe ad teſtimonium dicendum, & quæ ad id requirantur, quidque in Clericis? §. 22. an Clericus in criminalibus teſtis eſſe poſſit, quid in civilibus. §. 23. quid hodie? §. 24. an Clericus teſtis eſſe poſsit in cauſa propria? §. 25. quid Clerico in revelandis ipſi factis confeſſionibus liceat? §. 26. Clericus interrogatus à judice, an ſecreta confeſſionis revelare teneatur? §. 27. ſi per alios teſtes confeſſio ſit audita & revelata quid tum? §. 28. limitationem adducit, quam non ſolùm ad delicta committenda, ſed etiam ad commiſſa pertinere dicit. §. 29. quæſtioni reſpondet: Quid ſi confeſſor de crimine revelato jam antea à judice interrogatus, aut confeſſionario manifeſtandi poteſtatem dederit? *Cap. III.* quod de *Effectu teſtimonii Clericalis & Pœna falſi teſtimonii agit*, §. 1. quærit: An omnes teſtes æqualem faciant fidem. §. 2. ſi ambo ſemiplene probaverint, quomodo conſulendum judici. §. 3. Limitationem affert, circa juramentum in caſu ſemiplenæ probationis deferendum. §. 4. Impedimenta recenſet, quibus teſtium fides frangitur. §. 5. quærit: An ſemper teſtes plures paucioribus præferantur, & ſeniores junioribus? §. 6. quid de teſtibus ſingularibus ſentiendum? §. 7. de pœna

falſi

falsi à Clerico dicti testimonii agit, & dissertationi finem imponit.

D. XIX. Maji Rector Academiæ Rostochiens. *Joh. Ernestus Schaperus*, Med. D. ejusdemque Prof. Ord. FCtis suæ Senior ac Decanus, & Ducis Mecklenb. Archiater, nec non *Casp. Matth. Müller* / J. U. D. & Prof. Publ FCt. suæ Decanus, diversis Programmatibus, quolibet constante (2. pl.) ad Exequias *Johannis Barnstorffii* J. U. D. & Prof. invitarunt, ex quibus potiora, quæ ad vitæ Ejus rationes spectant, tradimus.

Natus est Rostochii A. 1648. d. 24. Jan. Patre *Petro*, Pharmacopæo, Matre *Agneta Scharffenbergia*. Prima fundamenta posuit partim in Schola patria, Præceptoribus *Conr. Delbrugio*, Pastore postea Bölizensi, & *Michaële Cobabo*, Scholæ Oppid. tunc Rect. ac Mathemat. Infer. Prof. postea S. Th. Doct & PP. Acad. item Seniore, partim in Gymnasio Berolinensi. A. 1667. in Academ. Wittebergensem profectus est, & Scholas *D. Wendeleri* Moral. Prof. atque *D. Werneri Theodori Martini*, Jur. PP. frequentavit. A. 1668. Revocatus in Academiam Patriam assiduus fuit in prælectionibus *D. Henr. Rudolphi Redekeri*, *D. Georgii Radovii*, & *Caspari Habermanni*, Philos. & J. U. Doct. Institutionumque Prof. Deinde *Jenensem* visitavit Academiam, & audivit *D. Joh. Strauchium*, *D. Ernest. Frid. Schrödterum*, *D. Adrianum Bajerum*, *D. Joh. Ge. Simonem*, & *Ddum Daniel. Bajerum*. A. 1673. m. April. præmissis Lectionibus cursoriis, & Disputatione Inaug. de *eo quod justum est circa lubricum ætatis*, Præs. *D. Joh. Volcmaro Bechmanno*, ventilata, J. U. Licentiati, & A. 1674. d. 10. Febr. Promotore *D. Joh. Christoph. Falcknero*, Doctoratus Gradum adeptus est. Exteras deinde perlustravit provincias, Bataviam, Britanniam, & præcipuas Germaniæ urbes. Reversus in patriam A. 1676. d. 18. Jan. nuptias celebravit cum Anna Margaretha, *Alberti Willebrandi* J. U. D. & Cod. PP. Filia e qua septem suscepit liberos, ex quibus filia secundogenita Anna Margaretha elocata est A. 1698. *M. Joh. Kindlero*, Schol. Wismarien. Rectori A. 1684. receptus est in numerum ordinariorum Consistorii Ducal. Mecklenb. Advocatorum. A. 1697. d. 7. Dec. publicam Juris professionem, quam *D. Jac. Lembkenius*, Instit. Just. Prof. & post Consul Rostoch. obitu suo vacuam reddiderat, prævia solenni Oratione

de

de *neceſſaria Praxeos cum Theoria conjunctione*, auſpicatus eſt. Quam Spartam egregiè ornavit usque ad d. 9. Maji, quo viribus deficientibus quartam inter & quintam pomeridianam vitam terminavit. Conf. *Roſtochium Literatum*, *p.* 134. *ſqq.* ubi pariter Biographia Barnſtoffii extat.

D. XXII. Ejusd. Diſputatione Theologica Circulari Præſide *Joh. Petro Grünenbergio*, S. Th. D. PP. Conſiliar. Conſiſt. & Superint. Diſtr. Meclenb. *Apoſtolorum Acta Biblica*, inde à Paulo baptizato usque ad S. Canonis finem, exhibuit *M. Joachimus Darjes*, Roſtochienſ. (pl. 3½.)

Agit §. 1. de Pauli initiis. §. 2. ſq. Petri viſitatione. §. 4. ſqq. prima Præputiatarum gentium in Eccleſiam ſuſceptione. §. 7. Pauli primo ex Antiochia itinere, §. 8. de ſecundo itinere Paulino ex Antiochia Aſiatico. §. 9. de tertio itinere ex Antiochia Paulino Hieroſolymitico II. §. 10. de quarto itinere ex Antiochia Paulino Aſiatico-Græcanico I. §. 11. ſqq. de Actis geſtisque Græcanis & §. 14. ſq. Corinthiacis. §. 16. de quinto Pauli ex Antiochia itinere. §. 17. ſq. de Pauli geſtis Epheſinis. §. 19. de transitu ex Aſia in Græciam. §. 21. de Pauli reditu è Græcia in Aſiam. §. 22. ſqq. & itinere Hieroſolymitano. §. 25. ſq. de Pauli captivitate. §. 27. transmiſſione Cæſaream, & §. 28. 29. 30. inde factis. §. 31. ſqq. de Pauli naufragio & adventu in urbem Romam. §. 35. ſq. de Scriptis tunc Petri & Jacobi Epiſtolis. §. 37. ſqq. de Statu Pauli in priore cuſtodia Romana §. 44. ſqq. de Pauli diſceſſu è primis vinculis, & §. 47. ſqq. reditu in Aſiam & Græciam. §. 51. ſqq. de ulteriori Pauli circuitu & §. 56. ſqq. illapſu in alteram captivitatem §. 60. de Petri ac Pauli exitu, §. 61. ſqq. Judæque & Johannis proximis temporibus, denique §. 66. ſqq. de ultimis in S. Canone Scriptis.

Die XXXI. Ejusd. ſ. ipſis Pentecoſtes Solemnibus, paulo ante citatus *D. Joh. Erneſtus Schaperus* in glorioſiſſima Spiritus S. ſolemnitate ad *Memoriam Sigilli noſtri ſalutaris* perpetuam & cuſtodiam ejus ſanctiſſimam, ex *Epheſ. IV.* 30. Cives Academicos publico Progr. Latino (pl. 1. in 4to) adhortatus eſt.

Menſe Junio prodiit *Dav. Henrici Kœpkenii, Phil. & Theol. D. & Prof. Publ. de Meritis Avorum in Sobole propagatis Epiſtola, ad Virum*

perquam Reverendum atque amplissimum Dn. Jacobum à Melle, Philosoph. Magistrum celebratissimum, & Lubecæ ad B. Mariæ Archi-Diaconum solertissimum. (pl. 2. in 4to.)

D. IV. Ejusd. Sub Præsidio *Joh. Joach. Schœpferi*, J. U. D. & PP. Dissert. Juridicam, de *Jure pœnitendi ad heredes transeunte*, publicæ disquisitioni submisit Autor *Daniel Kolsborn*, Crosn. Siles. (pl. 3.)

In Præfamine Autor disquirit, an hodie in contractibus innominatis adhuc detur pœnitentia? Ac deinde Dissertationem in duo dispescit Capita, quorum I. adducit Argumenta eorum, qui sentiunt, quod Jus pœnitendi non transeat ad heredes. II. probat, Jus pœnitendi transire ad heredes, atque ad argumenta in Cap. I. proposita breviter respondet.

GUSTROVII.

Mense Martio Joachimus Otto, Rect. Gymnasii, & Resp. *Andr. Nathanaël Starck*, Darg. Mecklenb. *Theses Doctrinæ Moralis* juxta Præscriptionem *B. Schomeri* ad disputandum proposuerunt. (pl. $2\frac{1}{4}$. in 8vo.)

Cap. XI. absolvit, ut supra *p.* 8. videre est, nunc ad reliqua progreditur, & C. XII. de Conjugio & Conjugum officio. C. XIII. de actibus justitiæ commutativæ, & C. XIV. de veritate & fide verborum agit, annexis in fine corollariis quibusdam. Absoluturus autem hunc laborem,

D. XXIV. Aprilis Idem Præses Respondente *Davide Sandow*, Güstrov. Mecklenb. *Theses Doctrinæ Moralis* juxta *B. Schomerum* proposuit. (pl. $2\frac{1}{4}$. in 8vo.)

Ubi Cap. XV. Officium erga Inimicos. C. XVI. Officium erga bruta. C. XVII. Officium nostrum respectu Diaboli, & denique C. XVIII. Officium nostrum erga nos ipsos exposuit, annexo iterum quaternario numero Corollariorum.

In Bibliopolio Rudigeriano conspicitur Libellus germanicus hancce ostendens Inscriptionem:

Frauenzimmer-Bibliothecken / oder thuelicher Vorschlag / wie und auff was Art / für ein deutsches Frauenzimmer / mäßigen Vermögens /

mögens / unterſchiedene / auserleſene / und recht nützliche Bücher / zu ihrem Vergnügen / zeitl. und ewigen Wohlſeyn / gar leicht und auff wenig Koſten / angeſchaffet werden können. Mit einer kleinen Beylage: Als einem beweglichen Schreiben einer Mutter an ihren zum abgöttiſchen Pabſtthum übergangenen Sohn; und etlichen ſonderbahren Denck-Sprüchen / dadurch das Hertz in dem Wandel für GOtt zu befeſtigen. Güſtrau 1705. (pl. 5½ in 12mo.)

Bibliotheculа hæc *Muliebris* X. Capp. abſolvitur. In quorum I. præmiſſo *Præloquio*, in quo occaſionem hujus ſcripti detegit, Perſonæ, quæ hâc Bibliotheculâ inſtructæ eſſe debent, indicantur. C. II. Libri mali ex hac Biblioth. rejiciuntur. C. III. Boni contra commendantur, v. g. C. IV. Libri fidei; C. V. hiſtorici; C. VI. Oeconomici; C. VII. Manuſcripti. C. VIII. agitur de Sumptibus. C. IX. de Uſu Librorum, & Lectione Biblica, & tandem C. X. de Cura Librorum.

Hac occaſione obiter monemus, nonneminem in Academia Roſtochienſi ſpem nobis feciſſe Scripti, quod *Bibliothecas à Mulieribus exſtructas & poſſeſſas* recenſeat, quem, cum Bibliotheculа hæc Muliebris nihil tale contineat, his ipſis hortamur, ut propoſito ſuo inſiſtat, & propediem Schediasma illud luci publicæ exponat.

GRYPHISWALDIÆ.

D. VII. Martii Sub Præſidio *Brandani Henrici Gebhardi*, D. & PP. placido Philologorum examini exhibuit *Henricus Schmidt*, Wolgaſto-Pomer. *Vindicias quorundam Locorum Hebræi Textus*, videlicet, *Deut. XXIII.* 17. 18. & *XXXIII.* 6. *Joſ. XV.* 58. 59. 60. *Pſalm. XIV.* 3. 4. *Eſ. XXI.* 11. oppoſitas *Paulo Pezrono*, Abbati de Charmoys Ordinis Ciſtertienſis, & Doctori Theologiæ Sorbonico. (pl. 3½.)

Die XXIII. Ejusdem Sub ejusdem *D. Gebhardi* Præſidio iterum publicæ Philologorum disquiſitioni obtulit *Vindicias quorundam Locorum Hebræi textus*, allegatorum 1. *Macc. III.* 48. 2. *Macc. VII.* 6. 1. *Macc. VII.* 17. *Sap. II.* 12. *Matth. IV.* 4. 7. *XIII.* 14. 15. *XV.* 7. *XXI.* 16. Quibus adduntur *Matth. I.* 21. *II.* 6. 15. 17. 18. *IV.* 10.

15. 16. *VIII.* 17. *XI.* 10. *XII.* 18. *XIII.* 43. *XIX.* 5. *XXII.* 37. *Albertus Henricus Sledanus*, Stralſundenſis. (pl. 3½.)

Diſſertationes illæ, quas *Paulo Pezrono* hactenus oppoſuit laudatus *Gebhardi*, conjunctim nunc prodiere, præfixa *Diſſertatione Epiſtolica*, ad *D. Joh. Diecmannum*, Theologum Stadenſem, directa, & *Indice* Locorum Scripturæ, partim vindicatorum, partim explicatorum, adjectisque Reſpondentium Nominibus, hunc in modum inſcriptæ:

Vindiciæ quorundam Locorum Hebræi Textus, oppoſitæ *Dn. Paulo Pezrono*, Abbati de Charmoys & Doctori Theologiæ Sorbonico, publicis Diſputationibus ventilatæ in Academia Regia Gryphiswaldenſi à *Brandano Henrico Gebhardi*, SS. Litt. Doct. & Prof. Ord. Conſiſt. Aſſeſſore, & Paſtore ad D. Jacobi. (1. Alph. 1. pl. in 4to.)

Idem *D. Gebhardi* ad Profeſſionem Theologicam, quam nuper deſeruit Vir meritis ac pietate, ſolidaque Eruditione Theologica graviſſimus, *D. Jac. Henningius*, tranſiit, ejusque rei ergò, *d. VII. Maji* Orationem Inauguralem de *Modo Interpretandi Prophetas*, habuit, quam Rector Acad. Gryphiswaldenſis, *D. Caſp. March*, Med. Profeſſor & Decanus, publico Programmate (1. pl. in form. Pat.) intimavit.

D. XXIII. Maji ſub modò nominati *Brand. Henr. Gebhardi*, D. & PP. præſidio publicata eſt Disquiſitio de *Ruina Philiſtæorum*, ad *Zeph. II. v.* 4. 5. 6. 7. ſubjunctis Vindiciis Loci *Eſaiani* de *Partu Virginis Cap. VII.* 14. *R. Iſaaco Ben Abraham* oppoſitis, Reſpondente *Martino Cornelio Frantzen*, Anclamenſi (pl. 2½.)

Nunc Diſſertationes quasdam laborioſiſſimi Theologi, *D. Joh. Frid. Mayeri*, cujus memoria nunquam non nobis eſt gratiſſima, indicamus.

D. XXIX. Aprilis ſub Moderamine præfati Theologi *Elihu Deſcriptionem Officii Meſſiæ Prophetici & Sacerdotalis* ex *Job. XXXIII.* 23. 24. publica Diſſertatione expoſuit *M. Nicolaus Köppen*, SS. Theol. Baccal. & FCt. Phil. Adjunctus, Reſpond. *Chriſtophoro Trendelenburg*, Gryphiswald. Pom. (pl. 3½.)

Explicationem hujus Dicti ſequens ſiſtit *paraphraſis*, *p.* 24. adjecta: *Quando peccator ob peccata etiam levia à Deo morbis aliisve calamitatibus caſtigatur: Si tum gratioſe ipſi adſit ANGELUS increatus Mediator, à Patre ad hominum ſalutem perficiendam, in tempore mittendus,*

tendus, interpres voluntatis DEI apud homines, ut annunciet cuivis homini, quis voluntatis DEI tenor, quæ ſumma ſit, quid ſecundum eam voluntatem tum Evangelicam tum legalem hominis ſit officium; Et ſi idem ille Angelus hominis tantopere afflicti miſereatur, de quo dubitare nos non ſinit gratioſa ejus in ipſa calamitate præſentia, & hac commiſeratione miſeriæ ejus motus dixerit, deprecans pro eo apud Patrem: Redime illum gratioſa potentia tua & à præſenti, & ab omni malo, inprimis, ne æternum in fovea gehennali pereat; quod ipſum jure meo poſco, qui inveni tecum lytrum ſatisfactionis meæ in tempore præſtandæ infinitum, omnibus hominibus deſtinatum, adeoque jam nunc valens, & ad omnia pro eo impetranda ſufficientiſſimum. Tum certè hæc deprecatio non inanis erit, ſed quicquid petierit, impetrabit, ut prolixè poſſum enumerare. Quod maximè & cuilibet ſtatim in oculos incurrit, à periculoſo morbo reſtituetur priſtinæ ſanitati.

D. VI. Maji de *Synodo Gützkovienſi, A. MDLXI.* habita, diſſeruit, ejusque, licet *Gutzkovienſis* circulus hodie amplius non ſuperſit, ſtatuta ex *MSto Rungiano* commemoravit *D. Joh. Frid. Mayerus*, S. Theol. Prof. Prim. & Gen. Superint. Reſp. *Joh. Lubahno*, Gryphiswald. (1½. pl.)

D. XIII. *Ejusd.* Eodem *D. Mayero* Præſide *Synodologiæ Anclamenſis Partem Primam* ſententiarum collationi expoſuit *Johannes* **Wendt** / Anclamenſis. (2. pl.) Et

D. XX. *Ejusd.* ſub laudati *Mayeri* Moderamine, *Synodologiæ Anclamenſis Partem Alteram* defendit *Martinus Cornelius Frantzen*, Anclam. (1½. pl.)

Ea verò, quæ in hisce duabus Diſſertationibus exhibentur, petita ſunt ex Annalibus Synodicis Rev. Synodi Anclamenſis, quorum curam ex Decreto *Jac. Rungii*, Ephori Generalis, in ſe ſuſceperat *M. Michaël Eggardus*, Eccleſ. Anclam. Paſtor Marianus & Synodi Præpoſitus, qui tamen A. 1588. ſe labore hoc abdicaverat, & A. 1594. d. 15. Julii apoplexia extinctus, rebus humanis eximebatur. Diverſis autem temporibus *Anclami* Synodi fuere coactæ, A. 1557. d. 28. Junii, A. 1562. d. 4. Sept. A. 1564. d. 21. Sept. A. 1568. d. 3. Maji. A. 1569. d. 20. Jul. A. 1572. d. 8. Maji. A. 1573. de 1. Sept. A. 1575. d. 13. Junii, (cui Synodo Nobilem Baronem *Udalricum Severinum*, ſecundum voluntatem

Ducis Pomeranici, *Erneſti Ludovici*, teſtantibus literis, intereſſe oportuit,) A. 1596. d. 11. Sept. A. 1578. d. 21. Aug. A. 1580. d. 6. Sept. A. 1581. d. 25. Aug. (nam A. 1581. graſſante peſte Synodus haberi non potuit) A. 1585. d. 13. Maji. A. 1586. d. 8. Junii. A. 1587. d. 13. Sept. A. 1588. d. 10. Julii, A. 1597. Julio Menſe. In *Diſſert. I. p. 16.* notatur, animadverſum fuiſſe in Paſtorem quendam, qui hyeme cum rheda in gyrum fuerit vectus.

D. XIV. *Ejusd.* B. Henrici Hœpfneri, Theologi Lipſienſis, de *Advocatione Spiritus S.* Meditationis defenſionem ſub Præſidio *D. Joh. Frid. Mayeri*, Acad. Pro-Cancellarii, in ſe ſuſcepit *Henricus Beye*, Palæogæa-Bremenſis. (pl. 2½.)

Eſt illa *Meditatio* ſ. *Oratio*, A. 1617. publicè in *Acad. Lipſ.* recitata, & à *Joh. Benedicto Carpzovio*, Theologo pariter Lipſienſi edecumato, & genuino Diſciplinæ Hœpfnerianæ Alumno, in *Diſſert. Iſagog.* in *Chemnitium p.* 478. commendata. Sed optandum eſſet, ut *Programmata* illa *Pentecoſtalia*, quæ pariter laudatum *Hœpfnerum* Autorem habent, atque A. 1626. 1629. 1637. 1640. prodiére, & *Spir. S. Beneficia* eleganter admodum exponunt, etiam in lucem publicam cum reliquis protraherentur.

D. XXIII. *Ejusd.* ſub Præſidio *D. Joh. Schackii*, Prof. Ord. & Fac. Jurid. h. t. Decani, *Theſes Juridicas* ex *Compendio Lauterbachiano* deſumptas, & argumentum de *Appellationibus* illuſtrantes, defendit *Joh. Georgius Hillemayer*, Sedin. Pomer. (½. pl.)

D. XXV. *Ejusd.* Præſide *L. Georg. Adolph. Carocio*, Fac. Jur. Adjuncto, *Poſitionum Juris Communis cum Lubecenſi collatarum*, juxta ſeriem Tit π. *Syllogen primam* propoſuit *Joachimus Erich.* (1½. pl.)

Complectitur hæc Sylloge XI. *Poſitiones*, pluresque alio tempore expectandas eſſe promittit.

STARGARDIÆ.

Joachimus Fridericus Schmidt, SS. Theol. D. Prof. Reg. & Rect. Occaſione à Comitiis, quæ Stargardiæ celebrabantur Provincialibus acceptâ, conſcripſit Diſſertationem, de *Comitiis Romanorum*, quàm *D. V. Mart.* Reſpondente *Joh. Henrico Vollert*, Stargardiâ-Pomerano, ventilavit. (pl. 2.)

In qua §. 1. Autores recenſet, qui in argumento hoc illuſtran-

luſtrando conſumſerunt laborem; nimirum M. Terentium Varronem, qui de Comitiis ſcripſit, A. Gellium, Alexand. Neapolitanum, Onuphrium Panvinium, Joach. Perionium, Carolum Sigonium, Nicolaum Grucchium, Paulum Merulam, Joh. Roſinum, Thom. Dempſterum, Philipp. Caroli, Joh. Scorium Zamoſcium, Joh. Stadium, §. 2. Notionem vocabuli Comitiorum §. 3. uſumque Comitiorum antiquiſſimum explicat. §. 4. Comitiorum naturam ap. Romanos penitius excutit, eaque deſcribit, quod ſint *Conventus totius populi ad ferendum aliquâ de re ſuffragium.* §. 5. Tria Comitiorum genera oſtendit, nimirum Curiata, Centuriata, & Tributa. Curiata §. 6. uberius exponit, & quibus de cauſis habita §. 7. docet. §. 8. Centuriatorum appellationem, §. 9. deſcriptionem & uſum §. 10. tradit. §. 11. Tributa, eorumque nomina, numerum & §. 12. Uſum conſiderat. §. 13. Comitia ſenſim mutata, & tandem penitus ſublata fuiſſe dicit, in Imperio verò noſtro Romano-Germanico longè aliam faciem accepiſſe, de quibus alio tempore ſe acturum promittit.

GEDANI.

Typis Johannis Zachariæ Stollii prodiit Concio funebris, cujus frontiſpicium ita apparet:

Treuer Lehrer und Prediger **Pflicht und Schuldigkeit** / bey anſehnlicher und Volckreicher Leich-Begängnis / des weyland Wohl-Ehr-würdigen / Großachtbarn / und Wohlgelahrten Herrn M. Andreæ Gnoſpii, geweſenen wohlverdienten älteſten Diaconi und Seel-Sorgers der Kirchen zur H. Dreyfaltigkeit / welcher den 26. Junii A. 1702. in dem HErrn ſanfft und ſelig entſchlieff / und hierauff am 12. Julii dem Leibe nach / der Erden / als unſer aller Mutter / anvertrauet ward / aus 2. Cor. VI. 1. - 6. ſchrifftmäſſig fürgeſtellet von **Samuel Schelwigen** / SS. Theol. D. und Prof. P. des Athenæi Rectore, und zur H. Dreyfaltigkeit Paſtore. Dantzig 1704. (1. Alph. in fol.) cum ejus effigie.

Præloquium exponit *Luc.* XII. 42. 43. 44. Exordium verò *Pſal. CV.* 15. & 1. *Paralip.* XVII. 22. Ejus vitæ Curriculum communicavimus *Tom. V. Nov. Lit. p.* 194. hinc crambem bis coctam apponere meritò nunc ſuperſedemus.

Menſe

Menſe Januario ineunte publicè propoſitus fuit *Catalogus Lectionum & Operarum* publicarum in Athenæo Gedanenſi hoc curſu annuo expediendarum. (pl. 1. in 4to.)

D. XXII. *ejusdem Menſis* Præſide *M. Gabriel Groddeck*, Philoſoph. Primæ & Pract. PP. & Reip. Bibliothecar. in Auditorio Anatomico publicæ disquiſitioni ſubmiſit XXI. *Theſes Miſcellas Philoſophicas*, Auctor *Johannes Fridericus Kautz*, Gedanenſis. (pl. 1.)

D. XXX. *April.* Præſide *Samuele Friderico* **Willenberg** / J. U. D. Ejusdem ac Hiſtoriarum Prof. Publ. & Athenæi Inſpectore Diſſertationem Juris Gentium & Civilis de *Juriſdictione Legali in Comites ſuos*, publicæ Disquiſitioni ſubmiſit *Conſtantin Bonhorſt*, Gedan. Valedicturus. (pl. 5.)

Diſſertatio hæc IV. abſolvitur Capitibus. *Cap. I.* agitur de Neceſſitate Legatorum, & Juribus eorum apud exteros. Ubi §. 1. dicitur, quod Principes inſtar Numinis regiones ſuas gubernent, §. 2. quorum poteſtas nomine Majeſtatis involvitur, cujus eſſentia & ſpecies oſtenduntur, §. 3. & à qua etiam dependet Jus mittendi Legatos, quos Majeſtate etiam analoga gaudentes mittunt recipiuntque, qui §. 5. definiuntur & quibus §. 6. ad ſuſtinendam legationem Gent. Jure varia competere dicuntur privilegia, nempe §. 7. ut admittantur, hinc honorifica eorum exceptio dicitur, §. 8. ut admiſſi ſancti habeantur, §. 9. etiam in loco tertii, quem tranſeunt, licet ab amico ejus ad hoſtem ejus iter faciant, niſi tranſeant in pernitiem loci Domini, §. 10. etiam ab hoſte venientes ubique locorum capi poſſunt. §. 11. Qua occaſione quæſtio movetur: An inviolabiles legati qui criminis rei? & ſententia tam affirmantium quam negantium cum Epicriſi quadam adducitur, & §. 13. reſolvitur per diſtinctionem. Porrò competere Legatis dicitur exercitium religionis ſuæ apud extran. Principem, & §. 14. progreditur ad thema præſens & vocis Comitum enucleationem, propoſitâ inſimul §. 15. quæſtione: An Comites habere liceat legato, quos velit? *Cap. II.* Exponuntur rationes pro competente Jurisdictione Legati in Comites ſuos & obſtantia dubia reſolvuntur, hoc forſan modo: §. 1. oſtenditur Legato Proconſulis Romani & hodiè Pontificum Legatis, competere jurisdictionem, §. 2. alio tamen in ſenſu illis Legatis, ac Legato Principum apud exteros conſtituto, ubi §. 3. ante

te

te omnia casus infirmitatis aut spontaneæ renunciationis excluduntur. Cæterum §. 4. dicitur competere Legato Jurisdictionem ex Jure Gent. primario in solos tamen comites, quæ §. 5. evincitur ab æqualitate Principum, qui omnes à DEO sunt, & jura sua habent, unde §. 6. obligatio oritur inter PP. ut qualis est alter alterum suspiciat, quæ obligatio §. 7. durat, etiamsi P. est in alieno territorio. Exinde §. 8. Principi in subditos suos asseritur Jurisdictio in loco extranei, & consequenter etiam ejus legato, hinc §. 9. sententiæ aliorum pro hac assertione allegantur, & §. 10. adducuntur tria in contrarium argumenta, quæ §. 11. 12. 13. thesibus non obstare dicuntur, & §. 14. insimul respond. Zouchei argumentis contrariis, & objectioni: §. 15. An sine territorio Jurisdictio exerceri possit? §. 16. declinantur gravamina, quæ à fundata Jurisdictione legati proferuntur, & §. 17. adducuntur exempla exercitæ hujus Jurisdictionis, 1. Christinæ, R. Sveciæ, §. 18. 2. Legati Gallici Dn. de Thou, §. 19. 3. Legati Gallici Marchionis de Rosny, §. 20. 4 aliorum Legatorum Galliæ, Hispaniæ & Angliæ, §. 21. 5. Legatorum Friderici Ducis Holsatorum, §. 22. 6. Eorundem Legatorum. §. 23. adducuntur contraria exempla 1. Henrici IV. R. Gall. §. 24. 2. Oliverii Cromwellii, & denique §. 25. quæstio exponitur: An cum legati Jurisdictione concurrat Jurisdictio Magistratus loci. *Cap. III.* agitur de Jurisdictione Legati quoad ejus exercitium considerata. §. 1. Definitur Jurisdictio legati & datur præguſtus dicendorum. §. 2. dicitur, quod Legatus ex voluntate P. exerceat civilem & criminalem Jurisdictionem, §. 3. quod habeat quoque voluntariam & contentiosam, cujus Jurisdictio §. 4. ex nulla causarum ordinar. fundatur in loco legationis, sed §. 5. ex P. mittentis jure, quod habet in comites legati ceu subditos suos. §. 6. Legatus non prohibetur Judex esse in comites ut domesticos ejus, nisi §. 7. concurrat causa privatæ affectionis; §. 8. Legatus consideratur velut exercens suam Jurisdictionem in comites etiam quos ex indigenis locis recepit. §. 9. quæritur: An in Legatum prorogari possit Jurisdictio. §. 10. An reconventio contra actorem coram Legato institui? §. 11. ostenditur, Prorogationem Jurisdictionis valere in quemcunque extraneum judi-

cem. §. 12. Legatum citare posse litigantes vel mediatè vel immediatè, §. 13. nimirùm factum diligenter explorando, §. 14. Jus ei applicando & litem sententiâ finiendo. Item §. 15. quale jus à legato attendendum, jus loci, ubi degit, an ejus ex quo venit. §. 16. quando Legatus sententiam suam exequi possit vel non. §. 17. quod Executionem habeat etiam in criminalibus, & quando comes contra statum publicum, loci ubi degit, deliquit. §. 18. quæritur: An propter defectum carceris, carnificis aut aliorum remediorum in loco legationis hæc Jurisdictio cesset. §. 19. à sententia Legati ad ejus Principem non dominum loci appellandum esse asseritur, & §. 20. Objicitur, neminem cum comitibus contracturum, si tam difficulter cum illis agatur, adductis §. 21. Jurisdictionis voluntariæ exemplis coram Legato. *Cap. IV.* De *quibusdam huic materiæ connexis* agitur, & §. 1. dicitur, Legatum suam Jurisdictionem exercere in omni loco per quem in legatione constitutus iste transit, §. 2. denegationem hujus Jurisdictionis esse justam belli causam. §. 3. Insignia Principis ædibus Legati appensa arguere ejus Jurisdictionem. §. 4. disquiritur: an Legati ædibus jus asyli competat? & denique §. 5. remissivè agitur de Jure Franchitiarum.

REGIOMONTI.

Commemoravimus nuper *p.* 135. *sq. M. Pauli Raben, Primitias Professionis Logico-Metaphysicæ*, nunc ejus *Rhetoricam Civilem* producimus, quæ hoc prodiit titulo:

M. Pauli Raben, Professoris Regiomontani, *Rhetorica Civilis*, ex optimis quibusque Oratoribus antiquis pariter atque recentioribus compendiosè collecta, in veram suam atque scientificam methodum, quâ ex asse ἀντίστροφος est Dialecticæ, & in qua nondum conspecta, multô studiô redacta, & perspicuis tum præceptis tum exemplis illustrata, additis sub calcem Indicibus necessariis. Regiomonti & Lipsiæ, apud Henr. Boye A. 1704. (2. Alphab. 2. plag. in 8vo.)

Jam olim typis descripta Wegneri Annotata in Matthæum conjunctim prodierunt hoc titulo notata;

Gode-

Godofredi Wegnèri, SS. Theol. Doct. ejusdemque FCtis Prof. Ordinarii, & Eccleſiaſtæ Aulici, *Annotata in Matthæum*, Hiſtoriam infantiæ, Baptiſmi, Tentationis in deſerto, concionis Chriſti in monte habitæ, illuſtrantia, in Academia Pruſſorum Regiomontana, aliquot Diſputationibus propoſita & ventilata. Regiomonti. Proſtat Lipſiæ apud Joh. Heinichii Viduam Anno MDCCV. (1. Alph. pl. 15. in 4to.)

Loco Prolegomenorum controverſa admodum Quæſtio de *Idiomate Matthæi græco* ex Antiquitate præſertim ſolidè diſcuſſa eſt. Et quoniam VI. priora tantùm Matthæi Capita Exegeſi illuſtrata ſunt, continuatio hujus commentarii futuris nundinis promittitur.

D. VIII. Maji Diſp. V. Theſes ex Lectionibus ad Lauterb. Tit. ff. de procurat. Quod cujusque univerſit. de Neg. Geſt. de Calumniatoribus exhibens, habita eſt præſide *Joh.* Stein / J. U. D. & Prof. Ord. Tertia Reſp. *Godofred. Faltz*, Reg. Pruſſ. (1½. pl. in 4to.)

Die XI. *Maji* Diſp. Jurid. de *Rogatione Teſtium in Teſtamentis*, præſ. *Joh. Henric.* Hoyer / U. J. L & PP. Reſp. *Chriſtoph.* Falck / Tilſa Pruſſ. habuit. In qua Diſputatione initio facultas teſtandi ex Jure Naturæ derivatur, licet in quibusdam Rebusp. v. g. Iſraëlitica, olim ap. Germanos, non fuerit uſitata §. 1. Apud Romanos ad excludendam aſtutiam captantium alienas hereditates plures Cautelæ non immeritò fuerunt requiſitæ §. 2. Quarum non poſtrema eſt Teſtium Rogatio, quæ & Jure prut. requiritur, quo ipſo Teſtamentarii Teſtes differunt ab aliis Teſtibus ad negotia inter vivos celebranda adhibitis. §. 3. Ratio iſtius Rogationis eſſe dicitur, ut cenſet omnis præſumptio præcipitantiæ & levitatis, utque ſeriam Teſtatoris & prædeliberatam voluntatem arguat §. 4. Rogationem fieri per prolixas preces neceſſum non eſt, ſed ſufficit, ſi Teſtes reddantur certiores, quod ſint adhibendi ad actum Teſtandi §. 5. idque non præciſè ab ipſo Teſtatore, ſed ab alio præſente & ſciente Teſtatore fieri poteſt §. 6. Non tamen ſufficit generalis ad Teſtatorem vocatio & rogatio, ſed ſpecialis ad actum Teſtandi requiritur §. 7. & quidem ante conſummatum Teſtamentum §. 8. Speciatim Teſtamentorum genera recenſentur in quibus rogatio iſta eſt neceſſaria, ut in Teſta-

mento ſolenni ſcripto & nuncupativo §. 9. 10. non tamen in Teſtamento militis §. 11. neque in Teſtam. ad pias cauſas de Jure Can. & Prut. §. 12. neque in Teſtamento inter liberos §. 13. Attamen in Teſtamento tempore peſtis Rogatio iſta neceſſaria eſt, §. 14. ut & in Teſtamento Ruſtico, §. 15. non tamen in Codicillis. §. 16. In quibus Teſtamentis Rogatio neceſſaria eſt, ea omiſſâ non ſolùm heredis Inſtitutio, ſed & Legata & fidei commiſſa corruunt §. 17. adeoque rogationis mentio fieri debet, ut de ea conſtet. §. 18. quæ facta non præſumitur etiamſi Teſtes nomen ſuum Teſtamento ſubſcripſerint, §. 19. aut conſenſerint, ut nomina eorum in Teſtamento deſcriberentur §. 20. In Teſtamento Conjugum reciproco una rogatio non ſufficit, ſed ab utroque conjugum fieri debet §. 21. Rogatio iſta probanda eſt vel per Teſtes ad minimum duos §. 22. vel per inſtrumenta, utpote ſi vel Notarius ſcripſerit Teſtes rogatos fuiſſe: vel ipſi Teſtes in ſubſcriptione Teſtamenti idem confeſſi ſint. §. 23. Rogationi Teſtium affinis eſſe dicitur Rogatio Notarii qui officium ſuum impertiri nequit, niſi rogatus §. 24. (3. pl. in 4to.

D. XIII. Maji M. Georgius Keber, S. Miniſt. Candid. Holl. Pruſſ. de *Uſu Philoſophiæ in Theologia* diſputavit Reſp. *Jacobo Kebero*, Phil. & SS. Theol. Stud. (pl. 2.)

De hoc argumento, nempe de *Philoſophiæ in Theologia uſu*, meminimus jam antea occupatos fuiſſe *Joh.* Hofwerbergh / apud Malmog. Bereshögenſ. & Oxienſes Paſtorem, in Diſſertatione de *Natura & Uſu Philoſophiæ in Theologia*, Præſ. *M. Chriſtiano Papke*, S. Th. Prof. Primar. *Malmogiæ* 1683. ventilata. (pl. 3.) *Carolum* Lebrecht / *Cautium*, Bernh. Anhalt. qui ſub Præſidio *Conrad. Philippi Limmeri*, Medicinæ Doct. ejusdemque Facult. ut & Phyſ. & Matheſ. in illuſtr. Sorabæo Anhaltino Patrio PP. nec non Academiæ Cæſareo-Leopoldinæ Naturæ Curioſorum Collegæ Diſſertationem Philoſophicam expoſuit Serveſtæ *A.* 1692. (pl. 3½.) *M. Johannem Brockhauſen*, Rigâ-Livonum, qui in *Academia Lipſienſi* tres Diſſertationes publicè propoſuit, I. A. 1694. Præſide *L. Johanne Schmidio*, Oratoriæ Prof. Publ. II. ipſe Præſes A. 1695. Reſp. *Chriſtiano Jacobo Koitzſch*, Miſenenſi, & III. A. 1696. pro Loco. (½. Alph.) Nec non *M. Dan. Guil. Mollerum*, Hiſt. & Metaphyſic. Prof. Publ.

in

in Dissertatione de *Terminorum Metaphysicorum Usu in Theologia*, quam in Acad. Altdorfina Resp. *Joh. Laurentio* Artzberger / Frauenthalio-Franco A. 1691. proposuit. (pl. f.)

D. XV. Maji Disp. VI. Theses ex Lect. ad Lauterb. Comp. ff. Tit. de in integ. rest. Quod metus Causa. de Dolo malo: de minorib. exhibens Præs. *Joh.* Stein / U. J. D. & Prof. Ord. Tertio: Resp. *Christoph. Frid.* Sand / Reg. Pruss. habita est (1½. plag. in 4to.)

D. XVI. Ejusdem M. Christianus Masecovius, Regior. Alumnor. & Commun. Convict. Insp. secund. de *Pietate Politici* Disputationem proposuit, Respondente *Joh. Caspar Lokk*, Regiom. Pruss. (plag. 2.)

D. XVIII. Maj. Disp. Jurid. de *prohibitis Transactionibus*, Præs. *Petro* Schwenner / U. J. L. & PP. Resp. *Hieronym.* Grube / R. Pr. habuit. Ubi in Ingressu: Transactionis favor magnus esse dicitur, non tamen tantus ut m. contra Legis prohibitionem liceat transigere, id probandi causa præmittuntur in CAP. I. *Generalia* de *Transactione* ejusque definitione §. 1. 2. 3. 4. 5. & divisione §. 6. CAP. II. *exhibet Transactiones prohibitas super Controversiis ex ultima voluntate ortus: super matrimonio: & spiritualibus.* Super controversiis ex ultima Voluntate ortis non nisi verbis testamenti inspectis & cognitis transigere licet §. 1. Rationes hujus Dispositionis recensentur, quarum præcipua est ex natura & favore ultimarum voluntatum §. 2. (2) ex indole transactionum §. 3. Notantur, qui istam prohibitionem ad extrajudicialem Transactionem restringunt §. 4. & qui suasoriam & permittentem non v. annullantem esse statuunt §. 5. De controversiis ex instrumentis inter vivos artis valet transactio, etiamsi non inspecta fuerint §. 6. Ista autem prohibitio afficit quoque Testamentum nuncupativum, quando illud postea in scripturam est redactum §. 7. Non tamen præcisè requiritur ocularis inspectio testamenti, sed qualiscunque ejus cognitio sufficit, ut de lucro ibi relicto transactio sit licita §. 8. Huic Prohibitioni partes non possunt renunciare §. 9. ne quidem juramento §. 10. In Casibus matrimonialibus Transactiones ad dissolutionem matrimonii tendentes sunt prohibitæ §. 11. ut & in Spiritualibus, v. g. de Spirituali subjectione: Ecclesiastico beneficio, Jure præsentandi &c. §. 12. CAP. III.

exhibet prohibitas Transactiones de *Alimentis in ultima voluntate relictis*, de quibus ſine Prætoris cognitione non licet tranſigere §. 1. Rationes hujus prohibitionis examinantur §. 2. Quid nomine alimentorum veniat explicatur §. 3. Prohibitio iſta pertinet ad futura, non præterita alimenta §. 4. ſive in Teſtamento ſive in Codicillis aut donatione mortis cauſa ſint relicta §. 5. non tamen ad alimenta per Contractum promiſſa §. 6. Alimentario etiam diviti tranſigere prohibitum §. 7. ut ne quidem de parte §. 8. neque de acceſſoriis alimentorum tranſigere liceat, § 9. 10. ſive lis ſuper alimentis ſit orta ſive non §. 11. Conditio n. alendi nulla ratione fieri debet deterior §. 12. In caſibus tamen, quibus Transactione iſtiusmodi opus eſt, cauſæ & perſonarum tranſigentium cognitione præterea opus eſt §. 13. 14. Quæ tamen neceſſaria non eſt, ubi Teſtator conceſſit licentiam tranſigendi: aut ubi ſuper annuis penſionibus, quæ viduæ debentur, tranſigitur: aut ſi minima ſint alimenta §. 15. aut quando alendus per transactionem ſuam conditionem reddit meliorem: aut denique jurata eſt transactio §. 16. CAP. IV. exhibet, *Transactiones ſuper delictis prohibitas.* Diſtinguuntur delicta §. 1. de Delictis publicis Capitalibus licita eſſe dicitur transactio §. 2. etiam quoad accuſatorem ut non indicat in pœnam St. Turpiliani §. 3. Reip. tamen talis transactio non præjudicat §. 4. Super adulterio tamen non licet tranſigere §. 5. 6. De delictis publicis non capitalibus transactio prohibita eſt §. 7. etiam de Crimine falſi §. 8. 9. 10. 11. De delictis privatis quando civiliter agitur, licita eſt transactio, non v. quando agitur criminaliter §. 12.

D. XX. Maji M. Johannes Ludolphus Lokk, Regiom. Pruſſ. de *Præſtantia vitæ Philoſophicæ* ad *Lib. X. Ethic. Ariſt.* ad *Nicom. c. 7. & 8.* diſputavit Reſpondente paulò ante nominato *Joh. Caſp. Lokk*, (plag. 1½.)

D. XXIII. Ejusdem M. Samuel Maſecovius, Pro-Rector Scholæ Lœbn & SS. Miniſterii Candidatus, de *Concordia Philoſophiæ cum Theologia* diſputavit, Reſpondente *Chriſtiano Kyhr*, Regiom. Pruſſo (plag. 2.)

In hac materia, quod hac occaſione monemus, præcedentem habuit *M. Simonem Fridericum Jegerum*, Mœnobern. Francum,

cum, qui *A.* 1690. in *Academia Leucorea* ſub Præſidio *M.ri Nathanaëlis* **Salcken** / t. t. Facultatis Philoſophicæ Adjuncti publicè diſputavit de *Philoſophiæ cum Theologia Concordia & Uſu.* (pl. 2½.)

Edita eſt Diſſertatio Theologica exhibens *Chriſtum Jonæ Antitypum* Præſide *Paulo Pomian Peſarovio* S. S. Theol. D. & Prof. Extraord. h. t. Decan. Autore verò & Reſpondente *Heinrico Theodoro* **Sand** / Reg. Pruſſ. In quâ brevi præparatione de ſtatu Chriſti exinanitionis & exaltationis præmiſſâ, ſtatim §. 1. verba Salvatoris typum Jonæ continentia & Matth. XII. 40. occurrentia, proponit, quæ ſingula deinceps à dictô §. usque ad §. 11. philologicè explicat. Dehinc ipſam aggreditur quæſtionem, num ſcil. ſignum Jonæ reſurrectionem Chriſti præfiguraverit, idque probat 5. rationibus §. 12. Poſtea fuſe probat, Chriſtum verè ſurrexiſſe ex variis locis, tùm V. tùm N. Teſtamenti à §. 13. ad 18. Quibus expeditis disquirit, an Chriſtus juxta utramque naturam reſurrexerit, id quod negat duabus rationibus adductis & limitatione aliquâ additâ §. 18. Porro §. 19. Quæſtiones ſequentes ventilat (α) Num Chriſtus qui DEus eſt ſemetipſum ut hominem ſuſcitaverit, (β) an Chriſtus qua homo ſe ipſum ſuſcitaverit. (γ) §. 20. utrum Chriſtus in reſurrectione idem prorſus numero corpus, ſubſtantiale humanum reaſſumpſerit (δ) §. 21. Utrum corpore glorificato ſurrexerit clauſo adhuc ſepulchro, nondum devoluto lapide ſuperjacenti (ε) §. 22. de tempore reſurrectionis Chriſti diſputat; Demum §. 23. illos refutat, qui reſurrectionem Chriſti negarunt; §. 24. verò noſtram reſurrectionem ex Chriſti reſurrectione probat, & tandem §. 25. quæſtionem illam discutit, num impii vi & merito reſurrectionis Chriſti ſint reſurrecturi. (4. plag.)

Eodem Præſide Diſputatio Theologica de *Baptiſmo Hæreticorum* diſtributa eſt, autore Reſpondente, *Wilhelmo Wielke*, Memel. Prut. In cujus Proëm. tractatur de cauſâ miniſteriali Baptiſmi. In ipſa verò Diſputatione, initio quæſtionem proponit, utrum hæreticorum baptiſmus legitimus ſit nec ne? quam triplici diſtinctione adhibita, triplici deinceps aſſertione explicat & orthodoxam circa hanc quæſtionem ſententiam, ab aliquot objectionibus breviter vindicat (plag. 3.)

Chriſtia-

Christianus Walther S. S. Theol. D. & Prof. Ordin. Exercitationem Academicam. 1. *R. Mosis Majmonidis Tractatum* de *Circumcisione* cum interpretatione Latinâ & annotationibus exhibentem, publicæ luci exposuit, Resp. *Christophoro* Rausch / In quâ plurima lectu dignissima, atque antiquitatem Judaicam fragrantia reperiuntur. (plag. 6.)

D. XXIV. Maj. Theodorus Pauli, U. J. D. & Prof. Ord. Prim. &c. tanquam p. t. pro Decanus in Programmate in forma Patenti edito Cives-Acad. invitavit ad Lectiones Cursorias, quas sqq. diebus ab hora X. ad XI. ad L. 34. pr. C. de Episc. Audient. in Auditorio Majori habuit Theodorus Bolz / U. J. Candidatus, cujus vitæ Studiorumque rationes in isto Programmate exponuntur. Natus enim esse dicitur Anno 1680. d. 5. Octobr. Patre *Joh. Christoph.* Bolz / U. J. D. & Prof. Ord. sec. Regii Tribunalis Consiliario, Consistorii Sambiensis Præside Acad. Regiom. p. t. Pro-Rectore, & matre Elisabetha, nata Bredlovia, Senatoris Palæopolitani filia: pueritiæ ætatem in Lycæo Lœbnicensi sub directione *M. Michaëlis Hognovii* olim ejusdem, jam v. Scholæ Palæopolitanæ Rectoris, in artibus Liberalibus exercuit, & postquam Ao. 1693. Academiæ Regiomontanæ nomen dedit primum Studiis philosophicis incubuit & Præceptores veneratus est, in Oratoriis *M. Michael. Schreiberum*, Histor. & Eloq. Prof. sub cujus Præsid. *Theses ex universa politica* publicè defendit: in Poësi *M. Balthas. Boy*, Prof. Poës. nunc ἐν ἀγίοις: In Analyticis & Græcis *M. Paul. Raben*, antea Græcæ linguæ, nunc Philosophiæ primæ Prof. In Ethicis, Politicis, Geometricis & Architectura militari Beatum *M. Andream Hedionem*, Philosophiæ Primæ Prof. ut & *M. Georg. Thegen*, Polit. Prof. sub cujus præsid. A. 1698. d. 28. de *Tyrannide & Tyranno* publicè disputavit; quibus studiis peractis dein Themidos sacris se mancipavit, & sub manuductione sui parentis Tit. ff. de V. S. Klenki Inst. Juris Naturæ, Lauterb. Comp. ff. Gothofred. Manuale Jur. & Decretalia perlustravit; *Joh.* Stein / U. J. D. & Prof. Ord. Tert. Institutiones Lauterb. Comp. ff. & Illustr. Strykii Exam. Jur. Feud. explicantem audivit & *Disp. XI. Feudalem* sub ejus Præsidio pro Cathedra tutatus est: Sub manuductione *Joh. Henrici* Hoyer / J. U. L. & PP. in Collegio ad Hoppii Exam.

Exam. Inſt. ſæpius diſputando ſe exercuit, & aliorum Profeſſorum, imprimis verò iſtius Programmatis auctoris Lectiones frequentaſſe dicitur, qui teſtatur, quod per ſesqui annum duabus in hebdomate vicibus ſub ſuo moderamine exercitio diſputatorio diligentem navaverit operam: In primo Regni Pruſſiæ natali in honorem S. R. M. cum fratrum triga peroravit: Poſthæc Candidati honores ſub Decanatu *Henrici Caroli Chariſii*, U. J. D. & PP. Conſil. Aul. & Conſiſtorii Samb. Aſſeſſ. petiit & impetravit ubi *Diſp. XXXVIII.* ad ff. ſub Parentis ſui Præſidio in ſe ſuſcepit. Anno 1701. d. 11. Novembr. inter Advocatos Aulicos receptus eſt, & tandem ſummos in utroque Jure honores petiit & in Tentamine atque Examine rigoroſo ita ſe præſtitit, ut ad Lectiones Curiorias ſit admiſſus.

RIGÆ.

Typis Nöllerianis excuſa prodiit Concio funebris, cujus titulus ita legitur:

Der harte Todes-Kampff / welchen bey der ſeltſamen und kläglichen Beerdigung dreyer in einem Sarge ruhenden Hoch-Adel. Leichen / als der weyland Hoch-Wohlgebohrnen Frauen Anna Margaretha Cloodtin von Jürgensburg / geb. Freyherrin von Liven / des Wohlgebohrnen Herrn Joh. Adolff Cloodt von Jürgensburg / S. K. M. in Schweden Hochbeſt. Obriſten und Land-Rahts in Eſthland hertzlich-geliebteſten Ehe-Gemahls. Wie auch Dero neu-gebohrnen und bald darauff verblichenen Töchterleins / Loviſe Juliana, ingleichen deroſelben Tochter-Tochter / des Wohlgeb. Herrn Capitains Reinhold Ernſt von Mengden / erſten Kindleins / Gerdruta Helena, nachdem dieſelben Anno 1704. im Monat Mart. innerhalb 6. Tagen nach einander ſelig verſchieden / und darauff die entſeelte Cörper den 26. Sept. in der Duhm-Kirche mit Stand-mäſſigen Ceremonien zu ihrer Ruhe-Städte befördert wurden / aus Philipp. I. v. 23. 24. in öffentlicher Verſammlung fürſtellete M. Liborius Depkin / Superint. und Paſtor. (pl. 9½. in 4to.)

Exordium explicat Jobi Cap. VII. v. 1. Ex adjecto vitæ curriculo ſequentia, in Lingvam Latinam translata, notari merentur: D. XI. Martii, (quo die è vivis exceſſit,) horâ IV. matu-

tinâ, circumſpiciebat de ſocio, qui una cum illa iter ſuſciperet, eumque ſibi adjungi requirebat. Cum igitur amici, qui enatæ ex imbecillitate Phantaſiæ, hasce cogitationes adſcribebant, easdem ex ipſius mente eximere allaborarent, omnibus, qui aderant, ſtupentibus, reſpondit: *Dominus meus JESUS CHRISTUS eſt, qui magnâ hac hebdomade una mecum paſſus, quique hoc Paraſceves die mecum moriturus eſt.* Quo ſermone accuratius penſitato, deprehenſum eſt, hanc ipſam ſeptimanam & diem veneris eandem ſecundum ſtylum novum fuiſſe, qua dulciſſimus Salvator cruciatus perpeſſus, & opus redemptionis conſummavit.

D. XXV. Dec. ſ. ipſo Nativit. Dom. Feſto *M. Jacobus* Wilde/ El. Profeſſ. Orbis Arctoi Magnum Lumen, quod feſtiva Natalitiorum nocte cum naſcente naſcitur Salvatore, ex Oraculo Jeſaiæ Cap. IX. v. 1. expreſſo publico Programmate Lat. eruere niſus eſt. (pl. 1. in 4to.)

D. X. Mart. ſt. v. Exequiæ factæ ſunt *Brand Marquardo*, Reip. Rig. Senatori & Reg. Jud. Burgr. Aſſeſſ. cujus vitæ curriculum breviſſimis ex modò dicti M. Wildii Inſcriptione, quam in ejus obitum confecit, dabimus. Natus eſt Rigæ A. 1635. d. 13. Aug. Patre *Gotth. Marquardo*, Viro in majori Seniorum Collegio ſpectato, Matre *Catharina Zimmermannia*. Primas nuptias celebravit cum *Helena Bremeria* A. 1660. d. 14. Maji quæ A. 1669. d. 24. Martii demortua eſt, & 4. ipſi peperit liberos. Secundas cum *Margaretha Schrœderia*, A. 1674. d. 8. Dec. quæ A. 1683. d. 15. Nov. deceſſit, unica relicta filia. Tertias denique cum *Eliſabetha à Diepenbrock*, vidua Gerhardi à Rigemann, A. 1685. d. 3. Aug. A. 1690. d. 25. Jan. defuncta. A. 1673. d. 27. Sept. in Seniorum receptus eſt Collegium, A. 1693. eod. Menſ. Patrum Conſcriptorum, & A. 1705. ſub ipſo prandii tempore, apoplexia correptus, cœlicorum albo fuit inſcriptus.

Dom. Palmarum Idem *M. J.* Wilde/ Programmate Germanico in quo de *patientiâ JEſu forma ſervi* agit, ad audiendam orationem *Johannis Wolckii*, de hoc ipſo argumento, invitavit. (pl. 1. in 4to.)

Ipſo Paſchatis Feſto Idem *Chriſtum Redivivum Doctorem* de gloria ſua ſibi vindicata ad Diſcipulos perorantem ex *Luc. XXIV. v.* 25. 26. Gymnaſii Civibus, Programmate Latino, commendavit. (pl. 1. in 4to.)

HOL-

HOLMIÆ.

Nicolaus Keder, Regii Antiquitatum Collegii Aſſeſſor, nunc in præſtantiſſimos ex argento Nummos, nempe diverſos aliquot *Olai* Skötkonungs / unum *Haquini* Rödes / Regum Sveciæ, unumque *Svenonis* Twißkeggs / Regis Daniæ, una cum quamplurimis variarum gentium vetuſtis Nummis, ſuperiore anno, in Mäsby haud procul Holmiâ, erutos è terrâ, Commentationem parat. Largiatur modò DEUs vitam in ſaniore corpore, ut opuſculum illud feliciter abſolvere queat.

LONDINI GOTHORUM.

D. XXII. Martii Sub Præſidio *M. Bonde Humeri*, Matheſ. PP. & Ord. pro Gradu Magiſterii *Andreas Noleen*, Præſid. Malmog. Paſtor, Diſſertationem publ. de *Termino Paſchali Judæorum*, publicæ disquiſitioni detulit. (pl. 4½.)

Autor §. 1. & 2. in Paſchatis ſignificationem & originem inquirit. § 3. tempus ſ. terminum ejus pro varietate feſti varium, in celebratione verò Paſchatis ordinarii accuratiſſimam termini Paſchatis obſervationem fuiſſe neceſſariam §. 4. docet, §. 5. quem Moſes etiam à tempore anni, menſis, diei & partium diei in ſacra lege clariſſimis verbis expreſſit. §. 6. Annum & feriam Paſchatis primi indagatur, inque ſupputatione Torniellum & Waltherum erraſſe §. 7. ſq. oſtendit. §. 9. Menſes Judæorum plurimos fuiſſe plenos probat. §. 10. Menſem termini Paſchatis facit Abib vel Niſan, de quibus §§. 11. 12. 13. 14. pluribus agit. §. 15. terminum Paſchatis è momento diei, ubi Levit. XXIII. 5. dicitur: Decimo quarto die menſis inter duas veſperas Paſcha Jehovæ, deſcribit, & nonnullas de ſenſu verborum, *inter duas veſperas*, Interpretum affert ſententias, quibus miſſis §. 16. per בין הערבים non illud tantum tempus intelligi ſtatuit, quod proximè antecedit occaſum Solis, ſed etiam illud, quod proximè ſequitur, quod §. 17. ulterius probat. §. 18. methodum certiorem inveſtigandi terminum Paſchatis Judaici, qualis noſtro tempore ſit, exhibet, eumque ſecundum ſtylum hoc tempore ibidem uſitatum incidiſſe in d. 30. Martii demonſtrat. §. 20. Ad ſupputationem Schrechenfuchſii tabulam exceſſuum in annis, menſibus & cyclis, & annorum quorundam præſentis ſeculi qua-

litatem, feriasque neomeniarum Thisri & Paschatis ex cyclo majori erutas ad finem Dissertationis subnectit.

OTHINIÆ.

In Musèo *J. Rosenringe* conspiciuntur tùm *Scripta* affecta, tùm *Curiosa* nonnulla, quorum Catalogum, lectu digniſſimum, hìc texere constituimus, Virum Clariſſimum enixè rogantes, ut Scripta eruditiſſima in lucem publicam prodire permittat.

(1) (α Præsens Gymnasii Otthiniani facies, ibidemque docentium series, cum eorum vita, scriptis tàm editis, quàm ineditis &c.

(β Series Professorum usque à fundatione Gymnasii &c.

(2) Antiquitates (3) Naturalia.

Antiqu.

(α Sciagraphia Systematis Antiquitatum & Inscriptionum Otthinienſium.

(β Schediasma de Oraculis præcipuè Septentrionalibus, de quibus pauca mihi ediſſerendi anſam dedit, quæ in Pinacotheca mea asservatur, & vicem oraculi olim obtinuerit, Tesſera lapidea, quà numeris, quà literis distincta variis. Cum fig.

(γ Relatio de Numis variis antiquis in Fionia diverſis temporibus & locis detectis & è terra erutis, præsertim verò de antiquiſſimis Anglicis & Gallicis superioris Anni Mense Jun. à ruſtico prope pagum Steenlöſe inventis. Cum fig.

(δ Relatio de variis priſci ævi reliquiis, quas in tumulo sepulchrali, Hunne-Höy dicto, prope pagum Himmersléf Ao. 1704. d. 3. Oct. inveni, & quas è binis itidem collibus eodem Anno & Mense non procul à pago Skambye / in campo Sandvods-Marcken / vel Steendys-Marcken dicto, sitis, non obscuris hujus loci antiquitatum monumentis allectus magno labore nec minori sumptu erui. Cum fig.

(ε Relatio de aliis Majorum noſtrorum pignoribus, e. g. Urnis sepulchr. monſtroſis dentibus giganteis &c. quæ vel apud alios harum rerum fautores depoſuit, vel Muſeolo meo consecravit Fionia. Cum fig.

Naturalia.

(α) Designatio lapidum tàm figuratorum vel signatorum, quàm formatorum, qui ex agris Otthinienſibus sunt collecti, & in scriniolis meis visuntur. Cum fig. (β)

(β) Disquiſitio phyſica de lapide magnitudine ovi gallinacei ex capite equæ Anno 1702. d. 20. Oct. in prædio Bildesböde / aut tanquam proprio fœtu, aut tanquam inutili & difficili hoſpite, extracto & ſede eliminato. Cum fig.

(γ) Relatio de mirando Naturæ miraculo, nempe Oſſificatione, ſ. Excerptaex Hiſtoria naturali ms. quatuor coſtarum bubularum, quarum tota ſuper-inducta caro in veriſſimum os eſt converſa, quam obſervationibus aliis huc pertinentibus & figuris æri inciſis conſcripſit Avunculus meus chariſſ. Mag. Thomas Bircherod Prof. Gymnaſii Otth. Inventæ ſunt hæ coſtæ Anno 1699. in Curia Regia Otthiniæ, quæ S. Johannis Monaſterium hodie vocatur, & in Muſeo Auctoris, plurimis Naturæ, Artis & Antiquit. Cimbricarum referto, ut verè κειμήλιον aſſervatur. Cum fig.

(δ) Diſcurſus de ſtupendo planè Naturæ quâ formantis, quâ deformantis luſu in producendis fœtibus ſuis, quibus jam neceſſaria demit, in quorum numero locum habent:

(1) Ranunculus tripes mihi Anno 1703. d. 6. Oct. ab Avunculo meo chariſſ. Dno Chriſtiano Brodero Bircherod., Paſtore Eccleſiæ Serslovienſis, miſſus, qui in liquore adhuc illæſus conſervatur. Cum fig.

(2) Mus itidem tripes, quem Anno 1694. habuit ſupra laudatus M. Th. Bircherod.

(3) Paſſer unico inſtructus pede. &c.

Jam ſuperflua & inuſitata addit, cujus ne quintæ quidem claſſis ſunt ſequentia, quæ vel ipſe obſervavi, vel ab aliis obſervata ſcio, naturæ monſtra:

(1) Gallinæ pluribus inſtructæ digitis, quàm ex ordine naturæ.

(2) Gallina quadrupes.

(3) Gallinæ podagricæ.

(4) Pullus anſerinus tripes Anno 1701. natus.

(5) Cornix cum unica albiſſima alæ dextræ transverſim adnata penna, Anno 1702. capta.

(6) Lepus cornibus armatus.

(7) Arietes tricornes, quadricornes, quinquecornes & ſexcornes.

(8) Agnus ungulâ monstrosâ, Ann. 1702.
(9) Canis biceps, A. 1703. Mens. Dec. in Curia Regia Otth. natus.
(10) Vitulus biceps, Ann. 1695. sub initium Junii in hortis suburbanis Otth. natus.
(11) Sues ungulis duplicatis &c.

Unde non Minerali & Vegetabili solum Regnis, sed Animali etiam varia quotidie, & plura forsan, quàm quæ in tabulis curiosorum se conspici patiuntur, monstra â Natura obtrudi liquet.

KILONII.

Luci publicæ exposita est *Dissertatio de Bibliotheca Academiæ Kilonienſis, qua viros omnium ordinum litteratos, inprimis Cives Acad. in eandem invitavit Sebastianus Kortholtus, Bibliothecæ Præfectus, & Poës. Prof. Ord.* Kilonii 1705. 2. plag. in 4to.

Postquam hujus dissert. Auctor cognitionem rei librariæ, historiamque litterariam pag. 3. commendavit, pag. 4. incipit exponere, qua ratione, quibus modis & quorum liberalitate Bibliotheca Cimbricæ Academiæ cœperit, & creverit. Affirmat autem primam supellectilem litterariam *Bordsholmo* id temporis Kilonium translatam esse, quum Academia anno M DC LXV. conderetur. In quibus voluminibus monachorum manu maximam partem exaratis quum habeatur Lexicon catholicon, cujus raritas & antiquitas magni pendatur, ex illo quædam adducit. p. 5. meminit *Bibliothecam* quæ *Templo* Kilonensi *S. Nicolao* dicato concluſa fuerit ad Bordsholmensem accessisse, neque solum Sereniss. Principem *AUGUSTUM FRIDERICUM* Reverendiss. Episc. Lubec. apparatum librorum ære clementissime oblato auxisse, sed & beneficio Sereniss. Conditoris Academiæ *CHRISTIANI ALBERTI Ultimo* in Bibliothecam Kilon. illatam esse Bibliothecam, quam Princeps *Hanſus* dedita industriâ collegerat: quibus libris adjecerit alios, quibus nempe dupliciter gaudebat *Bibliotheca Gottorpienſis*. pag. 6. laudat liberalitatem Dn. *Matthiæ Clauſenii* Med. quondam D. & Archiatri, qui libros suos medicos Bibliothecæ Kilon. donavit. Quos quum numero & pretio multum superet apparatus librorum juridicorum quibus Academicam Bibliothecam liberaliter locupletavit Generosus Dominus *Fridericus Andreas Cramerus*, non solùm commemorat quod illi loco mille nummo-

nummorum imperialium venerit hæc hereditas à Parente ſuo D. Andrea Cramero, quondam Sereniſſ. Cimbriæ Principis Conſiliario intimo, verum etiam pag. 7. verba exhibet, quæ munifici largitoris imagini monumenti loco adſcripſit. Ibidem mentionem injicit librorum partim in beneficii loco Academiæ donatorum, partim ære illius comparatorum. Pag. 8. commendat inſtrumenta mathematica Bibliothecæ oblata à Generoſiſſ. Dn. *Henrico à Qualen. Obtulit is par GLOBORUM prægrandium, alterum COELESTEM, alterum TERRESTREM, quorum diametri ſuperant ſesquipedem Rhenanum; itemque SPHÆRAM ARMILLAREM ſyſtema TICHONIANUM exhibentem, & ita conſtructam, ut Sol & Luna non tantùm circa tellurem motu ſecundo rotari, ſed etiam reliqui planetæ nempe Mercurius & Venus inter Solem & Tellurem circa Solem, Mars autem Jupiter & Saturnus extra terram circumagi queant. Præterea Academiam ſibi arctiùs devinxit CATENA GEODÆTICA ſive Gromatica in quinque perticas Cimbricas ſ. Holſaticas earumque ſemiſſes per circulos majores & minores diſtributa; quælibet illius pertica denuò in pedes ſedecim & ſemipedes tringinta duobus circellis majuſculis & minuſculis ſecatur, extremique ſemipedes iterum in quadrantes dividuntur.* Dein *Kortholti* ſtylum ad ſe attrahit *Magnetica Acus* ciſtellæ rotundæ incluſa, cujus limbus in 360 gradus dividitur. Habetur illa, inquit, in medio circuli *Æneï* (*vulgò* Aſtrolabium *dicitur*) *cujus extimus limbus itidem in CCCLX. gradus diſtribuitur, quilibet gradus denuo dupliciter ſecatur in ſemiſſes & in quinque quintas. Præterea quatuor pinnulæ fixæ ita ſunt extremitati affixæ, ut quatuor angulos rectos determinent, nec regulam mobilem cum ſuis binis pinnulis paulò eminentibus impediant. Hoc organum non tantùm ex anſa ſuſpendi, ſed & geniculo duabus vertebris inſtructo imponi, & ſic ad omnes regiones tam horizontales & verticales, quam ab his declinantes inclinatas & reclinatas diſponi poteſt; neque ſolum in aſtronomia, ſi poli aſtrorumque elevationes, verùm etiam in Geodæſia, ſi diſtantias, altitudines, profunditates & intervalla dimetiri velis, inprimis autem ad Ichnographias delineandas ob magneticam acum longè aptiſſimum eſt. Id quod uſus docuit ſummum Mathematicum noſtrum* Samuelem Reyherum, *qui in libro longè ingenioſiſſimo de Bacillis Sexagenalibus multus eſt in hujus inſtrumenti virtutibus enarrandis. Idem beneficio* Quadrati *ligneï æneis laminis obducti à* Chriſtiano Severino Longomontano *ſexaginta, ni fallor, nummis imperialibus redemti, quod itidem Academiæ conſecravit munificentia Domini*

ni à Qualen, cum eodem tempore solstitii æstivi meridianam Solis altitudinem observando notavit. Prætiosi hujus organi latera quatuor Rhenanos pedes superant, triaque illorum in mille partes distributa sunt, quæ singulæ per transversales denuo in decem particulas dividuntur. Porrò Mathematicus noster nos docuit usum Torqueti Apiani, *quo modo dictus Eques Bibliothecam locupletavit. Illius siquidem ope in singulos dies signum & gradum solis in hora certa reperire; eo invento horam diurnam ex Sole dignoscere; quacunque hora diei signum & gradum certum Lunæ investigare; horam cum diurnam tum nocturnam ex Lunaribus radiis deprehendere; Ex stella aliqua nota noctu etiam horam colligere; ex stella fixa præcognita discere gradus longitudinis & latitudinis planetarum aut fixarum stellarum; earundem vera loca nosse, licet nullam perspicias; ad notitiam alicujus stellæ fixæ aut planetæ, citra magistri operam solo Tabularum Alphonsi adminiculo pervenire; longitudinem regionis nullo negotio resciscere; in ortum Solis & occasum, inque diei & noctis quantitatem inquirere; horam denique occasus & ortus stellæ, itemque arcum ejusdem diurnum sive nocturnum feliciter poteris invenire. Qua autem ratione quibusve modis id fieri queat, præter Mathematicum nostrum supra laudatum apertissime planis simeque explicat Astronomicum Cæsareum anno M DXXXII. publicatum, auctore* Petro Apiano, *dicti Torqueti inventore & Astronomo Ingolstadiensi, quem maximus Imperatorum Carolus V. in ordinem equestrem recipere dignatus est.* pag. 11. laudat *bacillos sexagenarios*, quos ad similitudinem Neperianorum adornatos idem Dn. à Qualen Bibliothecæ donavit. Pag. 12. sq. sistit Lectori monumentum, quod in grati animi documentum Dno. à Qualen sacrum esse voluit Academia Kilonienſis. Est autem poëma, quod super ejus obitu publico nomine scr. D. G. Morhofius. pag. 13. laudat pulpitum versatile quod Bibliothecæ dono dedit *Jo. Ernestus Heldbergius*. pag. 14. recenset Curatores Bibliothecæ Academicæ. Quæ cura primum delegata est *Samueli Rachelio* quondam J. U. D. & Prof. ac Eydorōstad. Provinciæ Prætori, dein *D. G. Morhofio* Artis Orat. & Poët. Prof. denique B. Pro-Cancellario *Christoph. Franckio* S. Th. Pr. Prim. & Consiliario in Sacris summo; quo vita muneribusque laudabiliter functo Præfectura Bibliothecæ Academicæ designata est hujus Dissertationis Auctori. Idcirco Cives Academ. invitavit, ut omnibus Mercurii diebus ab hora secunda pomer. usque ad quintam se conveniant.

(o)

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis AUGUST. A. M DCC V.

SVERINI.

Die *XXX. Martii Henricus Masius*, Scholæ Cathedralis Rector, *Megalesia Civica*, quæ in Honorem Ducis Meclenburgici, Dn. FRIDERICI WILHELMI, trigesimum primum ætatis annum ingressi, celebrabantur, pec. Programmate indicavit, atque in isthoc *Actu Oratorio* quatuor Juvenes, *Joach. Henricum Guzmerum*, Sverinens. *Joh. Henr. Tilemannum*, Brizenb. Meclenb. *Joh. Albertum Forchium*, Warnensem, & *Joh. Mich. Ludwig*, Sverin. ceu Pietatis publicæ Interpretes, prodire jussit. (1. pl. in fol.)

Ut alios *Actus Oratorios* ab eodem institutos nunc non attingamus, paucis monemus, A. 1694. Nostrum *libellum* de *prompta dicendi ratione* adornasse, quo, quæ *Christianus Weisius* variis locis utiliter admodum in Oratoriis tractavit ac docuit, ex omnibus ejus operibus tunc editis, studiosè semel atque iterum evolutis perspicuè ad suum quæque locum relata monstrantur, in gratiam discipulorum, Weisiana methodo in Oratoriis erudiri cupientium. Qua occasione præfatus nonnulla est de facilitate istorum Principiorum, & quàm novitatis non possint accusari, cum ea quæ sponte feruntur mentis curricula in naturalem ordinem redacta sint, & sic insigni possint esse dicturis adjumento, si eas sibi rationes quis reddiderit familiares: eoque minus esse despicienda hæc Principia, cum qui velit intentiori oculo rem cognoscere, ei in ipsis sacris Bibliis, antiquis Livii, Curtii, Sallustii Ora-

tionibus, Ciceronis Epistolis & in Flemmingii Carminibus aliisque obvia sint futura, quæ secundum principia Weisiana ex asse possint disponi atque resolvi, id quod variis ibi exemplis ad oculum monstratur. Ejus tamen libelli pauca exemplaria typis exscripta fuisse cognovimus. Meditationum ejus germanico idiomate ad *Sir. L. v.* 74. conscriptarum mentionem injecimus. *T. II, Nov. Lit. p.* 321.

PARCHIMI.

Bremæ ex typographia Hermanni Braueri prodiit Concio funebris, cujus titulus ita sese habet:

Der auch im Tode nicht sterbende Jünger JEsu / ward bey Christlicher ansehnlicher Leich-Bestattung des Wohl-Edlen Vest- und Wolgelehrten Herrn *Ambrosii* Emmen / gewesenen Hoch-Fürstlichen Mecklenburgischen wohlbestalten Hoff- und Land-Gerichts Proto-Notarii Primarii, aus dem IV. Cap. der 2. Epist. an die Corinthier Vers 8. 9. 10. Wir haben allenthalben ꝛc. den 21. Januarii A. 1705. zu betrachten dargestellet von *Julio Ernesto* Hahn / Pastore bey der Parchimschen St. Georgen Kirche. (pl. 14. in fol. cum Joh. Sebast. Geuderi Parentatione & Carminibus.)

Præloquium explicat *Joh. XXI.* 23. Exordium 2. Cor. VI. v. 9. Defunctus natus est A. 1621. d. 28. Febr. *Sverini.* In matrimonio, cum Catharina Elisabetha, *Henrici Bilderbeckii*, Superintendentis quondam Meclenburgici, & Concionatoris aulici, filia unica d. 21. Aug. 1649. inito, vixit LVI. annos, & XIII. liberos genuit. Obiit d. 3. Decemb. Anno. 1704. ætat. LXXXIII. Mens. IX. & III. dierum.

GRYPHISWALDIÆ.

D. XI. Junii sub Præsidio *D. Joh. Frid. Mayeri*, PP. & FCt. Theol. h. t. Decani, de *Benedictione Sacerdotali*, *Num. VI. v.* 22. disseruit *Joh. Gezelius*, Narvensis (pl. $3\frac{1}{2}$.)

Ipsius Præsidis *Epistola* ad *Respondentem* directa, verbis eleganter admodum scriptis deprædicat *Joh. Gezelii*, *Joannis*, Episcopi Aboensis, Nepotis, & *Johannis*, Episcopi Aboensis, (adhuc hodiè degentis,) Filii, modo *decimum nonum annum* egressi, studia, atque

atque hac occaſione commemorat Viros Juvenes illos, qui erudito convictu laudati *Mayeri* frui ſolent. Habet enim in Menſa ſelectiſſimorum Theologorum filios, *Schelgvigium*, *Quiſtorpium*, *Bleccium*, *Ritterum*, *Büttnerum*, *Quadium*, *Rumpæum*, cum *M. Bollhagenio & M. Maneken*, indies pariter *D. Joh. Fechtii* filium, Theologiæ ſtudio conſecraneum, expectans. Quibus Ευσεβεστοις *Gezelius*, cum *Tigerſtedio*, ad Belgas nunc Anglosque diſceſſurus, pariter interfuit. *Verba* deinde *ſacra* in *Diſſertatione* expoſita, tum Idiomate *Hebræo*, tum *Græco*, tum *Latino*, (ex Verſ. *Seb. Schmidii*,) tum *Germanico*, (ex prima Verſione Germanica D. Lutheri, & Verſione Auguſtana, ante Lutheri Verſionem A. 1518. excuſa) adducuntur, ita ſcilicet, ut tradat §. 2. *DEum*, benedictionem hanc mandantem, §. 3. *Moſen*, cui hæc formula erat revelata, §. 4. *Aaronem*, ejusque filios, qui hac formula uti debebant, §. 5. *Perſonas* ſ. *Filios Iſraelis*, in quorum uſus benedictio à ſacerdote erat recitanda, §. 6. ipſam benedictionis formulam, quoad præſcriptionem & ſummam. Quibus deductis, germanica expoſitio ſ. paraphraſis Lutheri valdè prolixa additur, eâque Commentatio hæc Academica obſignatur. Idem argumentum perdoctè explicuerunt Joh. Gerhardus in *Diſſert. Theol. p.* 1252. *ſqq.* & Seb. Schmidius in *Diſſert.* de *Benedictione Sacerdotali*, ex *Num. VI. Argentorati*, 1687. ventilata.

SEDINI.

Communi notitiæ expoſuit *Joh. Georgius Röſerus*, S. Th. D. & PP. & Gymnaſii Rector *Catalogum Lectionum*, in Gymnaſio Carolino hoc Anno M DCC V. pertractandarum. (pl. 1. in 4to.) Ut & *Specimina Laborum juvenilium*, quæ Studioſi Gymnaſii Regii, non ſine induſtriæ ſolertiæque laude publica dederunt, cum quorundam ſpeciminibus improbitatis. (pl. 3. in 4to.)

Laudabile hoc inſtitutum, quo Juvenum diligentiſſimorum Specimina, ſtudia & labores publicè recenſentur, iique debito laudis encomio ad plura majoraque excitantur, pigrorum verò, vel planè improborum vitia ideo Parentibus, Patronis, luci, notitiæque publicæ exhibentur, ut in ruborem dentur, & virtutes Muſasque ſectari diſcant non poſſumus non approbare, ſedulò

exoptantes, ut alia Gymnasia Scholæque idem facere non detrectent, quippe quod ad instigandos & in stadio studioque alacriùs currendos Juvenum animos, promovendaque Scholarum emolumenta non parum esse facturum, haud vanè auguramur.

D. XV. Junii Præside paulò ante nominato, *Joh. Georgio Rösero*, Dissertationem Moralem de *Æqualitate & Inæqualitate Hominum*, publice ventilandam exhibuit *Joh. Ephraim Lagerström*, Nobilis Svecus. (pl. 4½.)

Conspectus totius Dissertationis, prout in capite ejusdem apparet, talis est. §. 1. quid per æqualitatem hominum h. l. significetur. §. 2. fundamentum hujus æqualitatis est ipsa humana natura omnibus communis. §. 3. homines specie non differre contra novaturientes asseritur. §. 4. propria naturæ singulis eadem conveniunt. Amor sui natural. ad æqualitatis studium stimulat. §. 5. cognatio Natur. hominum inde resultat. §. 6. an & quatenus in statu naturali fuerit illa æqualitas: asseritur eadem de statu hominis corrupto. §. 7. facultates N. affectusque hominum quomodo æquales. §. 8. æqualitas eadem ostenditur ex communibus imbecillitatibus, sorte, fortuna, origine & conservatione hominum. §. 9. Notatur Hobbesii sententia de æqualitate virium §. 10. utilissimam & necessariam esse hanc æqualitatem. Finis ejus. §. 11. deducta inde officia ex æqualitate Juris universalis erga omnes observanda. §. 12. ratio hujus officii generalis. §. 13. nemo ut inæqualis tractandus citra rationem. §. 14. antiquissimam fuisse æqualitatem, sed eam potissimùm, quæ libertatis dicitur. Nec tamen puram unquam fuisse. Quare & quomodo ab eadem discessum, institutis civitatibus. §. 15. de inæqualitate generatim, quid & quotuplex. §. 16. Inæqualitas ob vitium & defectum naturæ in monstrosis aliisque imperfectis hominibus. §. 17. an tales homines jurium hum. baptismi hæreditatis sint capaces. §. 18. In fatuis, simplicibus ac furiosis quid ista inæqualitas efficiat. §. 19. Inæqualitas an ex sceleribus ac delictis quædam nascatur & qua de causa. §. 20. An ob illam juribus quis privetur in statu Naturali. §. 21. In statu civili ista inæqualitas quos effectus producat & quomodo tollatur. §. 22. qualis inæqualitas olim servis Romanis tributa fuerit & hodie Judæis & mancipiis Turcicis;

cic is ; quanta item ſpuriis. §. 23. Inæqualitas ex ſtatu & vitæ genere orta non niſi per magiſtratum cenſenda. Inæqualitas civilis non tollit æqualitatem juris univerſalis. §. 24. de inæqualitate, quæ dignitatem ac prærogativam infert. Quæ vel naturalis vel legalis. §. 25. Inæqualitas hominum ex prioritate temporis ac duratione longiore. Ubi ſpeciatim de Senectutis veneratione. §. 26. de fundamento & cauſis hujus venerationis. §. 27. inæqualis annorum numerus ad certa munera publ. legibus quarund. gentium præfixus. §. 28. Inæqualitas in ordine naſcendi jus primogenituræ produxit. §. 29. Num Juri Nat. iſta adverſetur. §. 30. Inæqualitas ratione antiquitatis, quantum momenti afferat rebus præſertim familiis. Veritas triti illius: antiquiſſimum quodque veriſſimum. §. 31. antiquitas Eccleſiæ quanti æſtimanda, & inæqualitas ejus quibus terminis ſit metienda. §. 32. de inæqualitate gentium. Borealium prærogativa. An Germani indigenæ. §. 33. Inæqualitas ratione intellectus, judicii, morumque gentibus competit. Inde barbaries quibusdam imputata. De Americanis, Lappis &c. §. 34. quam inæquales ſibi alias, etiam Europæas eſſe gentes jactent Chinenſes ; & vanitas hujus arrogantiæ. §. 35. Europæorum præſtantia ob virtutum majorem culturam, & religionem Chriſtianam. Inæqualitas & prærogativa hominum intuitu eruditionis, functionum ſacrarum ac ſecularium quanta. §. 36. ratione corporis quanta inæqualitas ob ſtaturam, formam & pulchritudinem ; item effectus civilis & fundamentum ejus æſtimationis. §. 37. Inæqualitas virium. §. 38. inæqualitas ſexus fœminini præ maſculino una cum rationibus & temperamento, nec non prærogativis, iſti tributis. §. 39. inæqualitas ex fortunæ bonis, ac horum tam abundantia quàm defectu. §. 40. quinam effectus civiles inde reſultent, generatim traditur. §. 41. Ariſtotelis ſententia de ſervitute naturali excutitur & rejicitur. §. 42. ingenii hebetudo & morum barbaries in Americanis juſtam cauſam Hiſpanis præbere haud valuerunt ad illos ſubjugandos. §. 43. de æqualitate juris ac poteſtatis ſummæ inter Reges. Iſtorum inæqualitas & Controverſiarum ſuper hac indoles. §. 44. Inæqualitatis cauſa. DEus Autor ejus. §. 45. Inæqualitas mater poteſtatis & dignitatis medetur neceſſitatibus hominum poſt lapſum. §. 46.

Inde quale remedium accedat rebus hum. Officium magistratus circa studium æqualitatis & inæqualitatis. §. 47. Cura DEI circa æqualitatem & inæqualitatem in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ. §. 48. Providentia DEI circa hæc tollit confusionem.

GEDANI.

Januario anni 1705 ineunte prodit anniversarius Catalogus, in quo leguntur superiori anno 1704. baptizatos esse 2092. copulata 544. conjugum paria, sepultos vero 1958. Horum numero non comprehenduntur Mennonistæ ac Judæi, intra urbem vel extra eam habitantes, nec qui in vicinis montibus aut Schottlandiâ, urbi conterminâ, degunt.

Divulgantur etiam duo Calendaria, sub titulis *Pauli Patrii* Kriegs- und Friedens-Calender. 6. pl. in 4to. & *Danielis Apogæi* Neuer und Alter Hauß-Feld / Garten und Wunder-Calender 7. plag. in 4to.

D. Samuel Schelgvigius, Prof. P. Athenæi Rector & ad S. S. Trinitatem Pastor, edidit *Concionem*, quam *Dom. XXIV. post Trinitatis* ex ordinario Evangelio Matth. IX. 23. 24. 25. in æde S. S. Trinitatis, cum organi pnevmatici dedicatio susciperetur, declamaverat: Titulus est:

Christliche Orgel-Predigt / welche bey erstem öffentlichen Gebrauch / der mit einem neuen und ansehnlichen Wercke vermehrten Orgel / bey sehr Volck-reicher Versammlung / durch GOttes Gnade gehalten / und hierauff dem Druck übergeben worden. pl. 4. in 4to.

Fridericus Christianus Bücherus, Ecclesiæ ad D. Catharinæ, quæ in Palæopoli primaria est, Minister, luci publicæ exponit *Mensas Pietisticas*, de Hermetico, Zoroastrico, Pythagorico, Platonico & Cabalistico Pietistarum Christianismo, præ cæteris D. Johanni Wilhelmo Ziroldo oppositos. Introductioni proëmiali sequens titulus præmittitur:

Nöthiger Vorbericht / auff die Pietistische Monathe / in welchen die Tieffe des Satans in dem Hermetisch-Zoroastrisch-Pythagorisch-Platonisch-Cabalistischen Christenthum der Pietisten / insonderheit eines Stargardischen Theologastri, aus dessen Einleitung zur gründ-

gründlichen Kirchen-Historie gezeiget / und in Verlauff etlicher Monahte ausgefertiget wird. 8vo. pl. 3. sequuntur.

Mensis I. De Christianismo Pietistarum ethnico. pl. 2.
II. De Christianismo Pietistarum Hermetico & Zoroastrico. pl. 2½.
III. De Christianismo Pietistarum Pythagorico & Platonico pl. 2½.
IV. De Eodem pl. 3.
V. De Eodem pl. 2½.

Reinholdus **Perbandt** / Pastor oppiduli Leunenburg, imprimi curavit Concionem de Ratione, DEO ab homine in terris reddendâ quæ Dom. XXII. p. Trinitatis recitata fuerat. Titulus ita se habet:

Eine Predigt / betreffend die Rechnung / so der Mensch gegen GOtt dem HErren allhie auff Erden abzulegen hat. pl. 4½. in 4to.

A. *J. C. S.* colliguntur & publicantur judicia ex Theologorum scriptis collecta de mortuis solenniter tumulandis: Titulus est:

Letzte Wolthat an den Todten durch öffentliche Bestattung zu beweisen; vermittelst benahmter Lehrer Theologischen Bedencken bestätiget / aus ihren öffentlichen Schrifften zusammen gefasset. 4. pl. in 8vo.

EPHRAIM PRÆTORIUS, ad Templum S. Jacobi Ecclesiastes Gedani, quam nuper, Dominicâ scil. 2dâ post Epiphan. in Æde Marianâ, vacante adhuc ibidem, ob mortem *B. D. Andreæ Kühnii*, Pastoratu primo & Senioratu, Concionem habuit circularem, typis jam, in gratiam legere percupientium, permisit. Titulus homiliæ iste est:

Wunderliche Führung GOttes / betrachtet in einer Christl. Predigt über Johan. II. v. 1. - - 11. *Introitus* Cantic. I. v. 4. Introduxit me rex in cubicula sua. *Exord.* Psalm. IV. v. 4. *Propositio:* Die wunderlich-geführten Braut-Leute zu Cana in Galiläa. Wie sie der HErr führet (1.) in eine finstere Trauer-Kammer. (2.) in eine angenehme Freuden-Kammer. (3½. plag. in 4to.)

D. XIV. Maji M. Johannes Sartorius Eloqu. & Poës. Prof. Publ.

Actum

Actum Rhetoricum instituit, perorantibus de *Arboribus virtutum symbolis*, *Nathanaële Godofredo Falckio*, *Sigismundo Friderico Fischero*, *Nathanaele Godofredo Ferbero*, *Johanne Gabriele à Schultz Szulecki*, *Benjamin Gabriele Heckero*, *Carolo Ernesto Nimsgart*, *Gedanensibus*, & *Theodoro Buchholz*, *Grudertino Borusso*. Schedula Intimatoria ½. plag. (in 4to.) absolvitur.

REGIOMONTI.

Die XI. Maji A. 1704. Pro-Rector & Senatus Acad. Regiom. Programma, Honori *Spiritus S. interpellantis pro nobis gemit. inenarrabilibus* ex *Rom. VIII. 26.* sacrum, publicarunt. (1½. pl.)

Mense Nov. Henricus von Sanden / Med. D. & P. P. Extraord. Phys. Ordinar. designatus, pro Receptione in Facultatem Philosophicam, publicæ Eruditorum ventilationi submisit Dissertationem Physicam de *Corporibus Elasticis*, Respondente *Jacobo* Finckenau / Mariæb. Pruss. (4. pl. in 4to.)

Postquam Autor §. 1. Elasticitatem ad primam classem qualitatum tactilium videlicet ad stabilitatem s. firmitatem retulit, & quomodo tres stabilitatis species: Durities, Mollities, atque Elasticitas, à variis materiæ modificationibus oriantur breviter exposuit; §. 2. *in Vocem*, ac *Etymologiam*, variamque *Elasticitatis* acceptionem inquirit. Deinde *Phænomena*, atque experimenta *Corporum Elasticorum*, quatenus sunt, vel *artificialia*, ut §. 3. 4. arcus chalybei, & pinnæ chalybeæ, §. 5. rami recentes, globuli lignei, eburnei, marmorei &c. §. 6. vitra, præprimis anaclastica, (Schall-Gläser) §. 7. coria, pelles, membranæ, §. 8. chordæ æneæ, chalybeæ, argenteæ, nerveæ, lineæ; vel *naturalia*, ut §. 9. Spongia, lana, gossypium atque plumæ; ordine fusius recenset. § 10. Controversiam illam: *an Aqua sit elastica, nec ne?* examinat, & experimenta, quæ pro stabilienda hypothesi, tàm à parte negante, quàm affirmante, ut & à semetipsô fuerint adornata, §. 11. & 12. producit. Posthæc Elasticitatis *Requisita*, quæ sunt §. 13. compressio, inflexio vel extensio; §. 14. dilatatio, & restitutio, illarumque causas ostendit. Tandem §. 15. ad 20. singulorum *phænomenorum rationes* reddit; & §. 21. in specie, cur

cur experimenta Florentinorum ac Sengverdi, pro neganda aquæ elaſticitate inſtituta, non ſucceſſerint?

Menſe Dec. Idem *Henricus* von Sanden / Reſpondente *Melchiore Philippo Hartmannô*, Regiom. Pruſſ. pro Loco Profeſſionis Phyſicæ Ordinariæ, propoſuit Diſputationem Phyſicam *de Antliis Pnevmaticis.* (9. pl. in 4to.)

§. 1. Antliæ Pnevmaticæ *deſcriptionem*, ac *Etymologiam* tradit, §. 2. *Natales* ſ. Inventorem Ottonem de *Gvericke* indicat, & §. 3. 4. ab illo primùm excogitatæ machinæ tàm magnæ, quàm §. 5. 6. portatilis; ut & §. 7. 8. 9. 10. 11. â Roberto *Boyle*; §. 12. 13. 14. Dionyſio *Papino*; §. 15. Joh. Bapt. du *Hamel*, atque §. 16. 17. 18. Wolferdo *Sengverdo*, emendatarum *Antliarum ſtructuram* variosque applicandi & utendi modos, delineat. Quibus præmiſſis §. 19. experimentorum inſtituit ſpicilegium, & *phænomena* iſta, quæ I. *circa antliæ ipſius agitationem* §. 20.; quæ II. *circa corpora recipienti exhauſto applicata*, §. 21. 22. 23.; quæ denique III., *quando ſub campana varia collocantur corpora*, ut §. 24. & 25. veſicæ, mercurius, aqua; (quâ occaſione §. 26. inſtrumentum deſcribit, cujus beneficiô egregia præparata anatomica cum mercurio peragi poſſunt;) §. 27. 28. liquores varii, §. 29. candelæ ardentes, ac Phosphorus, §. 30. flores, herbæ, §. 31. ſonora corpora, §. 32. animalia &c. *attendenda veniant*, fuſiùs enarrat. §. 33. 34. quotuplex ſit *Aëris gravitas*, & unde, quâvè ratione gravitas ejus abſoluta tàm admirandorum effectuum cauſa exiſtat, §. 35. 36. exponit. §. 37. *Metum Vacui*, atque *Attractionem*, cum ſpecie ejus Suctione, deſtruit. §. 38. de *Aëris elaſticitate*, & §. 39. de *Æthere* agit. A § 40. & ſeq. verò ad finem usque, adductorum 35. *phænomenorum cauſas* rimatur.

D. XI. Dec. Diſſ. XLII. Pandectarum, ſub Præſidio *Joh. Chriſtoph.* Boltz / J. U. D. Prof. Ord. Ser. ac Pot. Reg. Trib. in Pruſſia Conſil. & Vener. Conſiſt. Samb. Præſ. h. t. FCt. Jurid. Dec. publicè defendit Reſpond. *Reinholdus Iridericus* Sahme / Regiom. Pruſſ.

Eod Menſe Joh. Stein, U. J. D. & Prof. Ord. Tert. Theſium, è Lectionibus Lauterbachianis exceptarum, (uti Menſe Januar.

T. VII. p. 12. indicatum est:) *Disp. IV. ad Lib. III. ff. Tit.* 1. & 2. publicè proposuit, modò dictus Resp. *Reinhold. Iria. Sahme*, Reg. Pruss.

Mens. Januar. A. 1705. Ejusd. Disp. V. ad Lib. III. ff. Tit. 3. 4. 5. 6. Resp. *Godofred. Falz*, Reg. Pruss.

Mense April. Disput. VI. ad Lib. IV. ff. Tit. 1. 2. 3. 4. Resp. *Christoph. Frider. Sand*, Reg. Pruss.

Eodem Mense Disp. VII. ad Lib. IV. ff. Tit. 5. 6. 7. 8. 9. Resp. *Hieronym. Iacob.* **Grube** / Reg. Pruss.

Mense Februario Præs. *Zacharia* **Heß** / J. U. D. & PP. Dissertationem Juridicam de *Immissione ex causa judicati in actione personali*, ad *Lib. I. Tit.* 47. *Art.* 2. *Juris Prutenici*, defendit *Christophorus* **Dreyer** / Welav. Pruss. (pl. 3½.)

Primum Autor asserit, jura provincialia & statutaria non ex jure civili eoque Romano, sed potius ex propriis & domesticis rationibus, vel moralibus, vel politicis, æstimanda esse atque explicanda. Deinde §. 1. Immissionem describit, *quod sit actus judiciarius, quo res debitoris Creditori, ut plurimum pignoris & usurarum loco, pro debita summa utenda fruenda traditur, quo usque ille huic invitus tandem præstet, ad quod condemnatus est.* §. 2. dicit, creditorem petere immissionem, quem judex deinceps §. 3. regulariter immittat, simulque §. 4. ostendit tempus, diversumque §. 5. executionis & immissionis modum, quæ cœpta contra debitorem etiam hoc mortuo §. 6. contra ejus hæredes repeti possit. §. 7. dicit immitti creditorem in bona debitoris mobilia & immobilia, corporalia & incorporalia propria, non tamen §. 8. indistinctè in quælibet, sed in ea, quæ tenor rerum judicatarum & decretorum exprimit, §. 9. pro debiti quantitate, & §. 10. pro sorte & usuris, eumque §. 11. per immissionem realem consequi jus pignoris judicialis, & §. 12. possessionem rerum immissione captarum, in quibus ut bonus paterfamilias § 13 versari debet, cum hæc immissio sit velut Antichresis quædam §. 14. §. 15. creditorem à possessione cadentem hypothecaria actione adjuvandum esse affirmat. §. 16. de sistendis & tollendis immissionibus quædam affert, & quo melius ea, quæ in præsenti Dissertatione expli-

explicavit, intelligantur, Decretum Summi Tribunalis Prussici, præmissa sententia Judicii Aulici, adjungit.

Mense Mart. M. Christianus Masecovius, Regior. Alumnor. & Commun. Convict. Inspect. Secund. habuit Dissertationem *de URO germanicè* Auer-Ochsen / cujus *Priorem* partem *Carolus David. Lock*, Morungâ Prus. *Posteriorem* verò *Iridericus Nagel*, Gedanens. Pruss. respondendô publicè defenderunt. (7. pl. in 4to.)

§. 1. Recenset peculiaria quædam, à Natura huic vel illi regioni concessa, quæ in aliis non ita sunt communia; & illuc refert, quod Prussia Succinum, atque Uros, ut peculiare quid, possideat. Hinc §. 2. Prussiam solam *Urorum* statuit *patriam*, & §. 3. aliegata contrariè sentientium testimonia §. 4. refutat. §. 5. quæstionem: *cur in Prussiæ locis tantùm Urus inveniatur*? examinat, & quam de illa gerat sententiam triplici ratione, exemplis corroboratâ, confirmat. §. 6. quomodo Urus à Veteribus fuerit descriptus, & quomodo in descriptionibus erraverint, ac Urum cum Bisonte confuderint. §. 7. declarat. Accuratiorem ergò notitiam orbi erudito communicaturus, §. 8. de feræ hujus *Magnitudine*, §. 9. *Indole*, §. 10. *Robore* ac *Velocitate*, §. 11. *Cornibus*, eorumque apud priscos usu, §. 12. de *Oculis*, §. 13. *Linguâ*; §. 14. *Barba*, §. 15. de crispis in fronte *Pilis*, moschum redolentibus, §. 16. *Corio*, & *carne*, §. 17. de iis, quæ sensibus ejus sunt inimica, §. 18. de *loco commorationis*, §. 19. *Generatione*, *ac mugitu*, §. 20. *Sexûs*, quoad magnitudinem & externam speciem, *differentiâ*, §. 21. de Conservatione s. *victu*, & *obitu*, §. 22. de *Capturâ*, apud veteres, & §. 23. modernos usitatâ, legitimâ, ac §. 24. illegitimâ, §. 25. de *Tauris Floridæ* (quæ Americæ regio est) cum Uro convenientibus, multa singularia tradit. §. 26. *Unde ortum sit hoc insigne animal, Urus*? an creatus sit unâ cum aliis speciebus à DEO in creationis opere omnium creaturarum? vel §. 27. Utrum fortè ex commissione bestiarum diversarum specierum, ortum habuerit? perpendit, &, prostratis aliorum opinionibus, §. 28. 29. propriam de utraque quæstione addit sententiam. Coronidis loco §. 30. *Symbola* varia Urso adaptata annectit.

Mense Aprili Disputationem Historico-Ecclesiasticam de *Igne Paschali, quo sepulchrum Dominicum cœlitùs quotannis illustrari credi-*

tur, Præside *M. Michaële Schreibero*, Eloqu. & Hiſt. PP. publicæ Eruditorum ventilationi expoſuit *Georgius* Werner / Regiom. Boruſſ. (pl. 3.)

Autor §. 1. oſtenſurus, Græcis perſvaſum eſſe, ignem quotannis cœlitùs delabi, quo lampades juxta ſepulchrum dominicum cum ipſo paſſionis die extinctæ in S. Sabbatho reaccendantur, nonnulla Scriptorum teſtimonia adducit, & §. 2. jamdudum ſepulchri Dominici ſacellum aliquot lampadibus illuſtratum fuiſſe probat. §. 3. Tempus, quo ignis ſacer cœlo delabi creditur, & congregationem Orientalium ſacra ibi peragentium, itemque §. 4. ritus circa accendendum & §. 5. accenſum lumen ſolitos oſtendit, & ex accenſa hac luce Græcos indicium veri ac legitimi Paſchatis temporis capere, rejecto Gregoriano Calendario, §. 6. refert. §. 7. ſqq. Traditionem hanc antiquam, & pro miraculo falſò venditam eſſe dicit, ſicut perplura alia miracula in fraudem ſimplicium hominum excogitata §. 10. Hinc §. 11. in jactati miraculi veritatem inquirit, rejecto ſtatim Narciſſi miraculo, quod diverſum ab iſto in hoc & ſequ. §. oſtendit. §. 13. antiquitatem miraculi hujus ignei argumentis variis & allatis §. 14. Gregorii Turonenſis & Bedæ locis, huc non ſpectantibus, deſtruit, detectisque §. 15. piis, vel potiùs impiis iſtis fraudibus, §. 16. Fulcherium Carnotenſem, & §. 17. Joh. Cantacuzenium, teſtes oculatos, in medium profert. §. 18. Autores varios, qui errores iſtos manifeſtarunt, & §. 19. rationibus probatum dederunt, ignem hunc non cœleſtem, ſed erraticum eſſe, adducit. Tandem §. 20. originem, §. 21. cauſam erroris, & quomodo fiat, ut Græcorum hæc illuſio nihilominus à Turcis toleretur, nimirum propter ſuperſtitionem inveteratam & lucrum, §. 22. aperire allaborat.

ABOÆ.

Die XIV. Junii, A. M DCC. de מסורת *Traditione Manuali* Diſſertationem Præſ. *M. Iſaaco* Pihlmann / Lingv. Orient. Prof. Reg. & Ord. *φιλολογάτων* cenſuræ ſubmiſit Ericus Choſelius, A. F. Aboenſis. (pl. 7. in 8vo.)

HOL-

HOLMIÆ.

Exeunte Majo luci publicæ exponebatur Exercitationis Historico-Theologicæ de *Statu Ecclesiæ & Religionis Moscoviticæ Pars II.* Confessionis Ecclesiæ Orientalis & Moscoviticæ Partium 2. & 3. *Theologiam Moralem* complectentium brevem censuram exhibens, *Nicolao Bergio*, SS. Theol. Lic. Generali per Livoniam Superintendente, & Acad. Pernaviensis Pro-Cancellario Authore (pl. $6\frac{1}{2}$. in 8vo.)

Est hæc *Pars II.* (quam mox *Pars III. Theologiam Conscientiariam Moscoviticam* exhibitura excipiet) Acad. Upsaliensis Cancellario *Carolo* Piper / inscripta atque velut *Compendium* quoddam *Theologiæ & Theoreticæ & Practicæ* sistit. In Præfatione *Fata* Ecclesiæ quæ illi nunc imminent, deplorat, atque *Calvinianorum* juxta ac *Novatorum* & *God. Arnoldi* præsertim conatus rejiciendos esse, non sine ratione monet, & Theologos Svecicos ad Orthodoxias studium defendendum hortatur. Inter alia verò sic scribit: *Possem hic calamo imperare quietem, ni vidissem & audivissem apud nos in deliciis haberi & aliis obtrudi Gothofredi Arnoldi scripta venenata varii argumenti, sed potissimum Chronicon Ecclesiæ & Hæreseon, quod cum universæ Historiæ Ecclesiasticæ faciem fœdarit, ad Garamantas & Indos esset relegandum potiùs, quàm in Ecclesia nostra tolerandum.* Agit verò *Cap. I.* de *Spe & Oratione Dominica. Cap. II.* de *Novem Beatitudinibus. Cap. III.* progreditur ad *Partem III.* atque de *Charitate in DEum & proximum*, in specie de *Virtutibus* differit. *Cap. IV.* de *Peccato in genere & in specie.* Et denique *Cap. V.* de *decem Præceptis.* Variæ autem hinc & inde leguntur Observationes, quæ vel Dictis Scripturæ S. lucem accendunt, vel *Theologiam Polemicam* illustrant, vel ad Rem literariam spectant. Sic *p.* 277. ad verba Pauli 1. *Cor. XIV.* 13. commentatur. *p.* 288. laudat *Martini Brunneri* prolixum Opusculum de Voce *Amen*, *Upsaliæ* 1679. editum. *p.* 331. de *Christiani Thomasii*, JCti Hallensis, Scriptis sequentem in modum judicat: *Thomasii scripta nonnisi cum judicio legenda, & plurima vitanda in orthodoxos Theologos plerosque, vivos & mortuos, summe injuria, quæ inter eminet quod de Jure Principum citra controv. Theolog. edidit, ad palpum Calvinianis potissimum obtrudendum. p.* 347. adducit bina Scripta,

ad *Theolog. Moralem* ſpectantia, à *Moſcovitis* A. 1659. & 1651. publicata *p.* 348. exhibet formulam Abjurationis, quâ *Græci* ad *Romanam Eccleſiam* tranſire volentes, ſe illi adſtringere tenentur. *p.* 350. addit exemplar literarum, quibus *Sacerdotes* ritè ordinati & conſtituti à *Moſcovitis* dimittuntur. Tantum ſufficiat excerpſiſſe ex duabus hujus perdoctæ *Exercitationis* partibus; *Partis I.* Summam dedimus in *Nov. Liter. T. VII. p.* 364. *ſqq.*

UPSALIÆ.

Die XIV. Martii M DCC III. Præſide *Carolo Lundio* Juris Patrii Profeſſ. Reg. & Ord. publico bonorum examini ſubmiſit Diſſertationem Juridicam de *Juſtitia & Jure Sveonum*, *Johannes Herlin*, Stockholmenſis. (pl. $13\frac{1}{2}$. in 4to.)

Capita ejusdem, quibus ſingulis ſummaria præmiſſa ſunt V. In *I.* de *Origine* atque *indole Juſtitiæ & Juris* agitur, ubi §. 1. brevem Juſtitiæ & Juris laudationem præmittit, §. 2. de Juſt. & Jur. vocabulo diſſerit. §. 3. occupatur in tradenda Juſt. & Jur. definitione. §. 4. variorum perverſas de Juſtitia & Jure ſententias perſtringit. §. 5. veram juſtitiæ originem aperit. §. 6. Varias Juſtitiæ & Jur. diviſiones proponit. §. 7. de ſubj. & objecto Juſt. & Jur. agit. §. 8. Finem J. & J. conſiderat. *Cap. II. Originem* atque *Præſtantiam gentis Svionicæ* oſtendit, & §. 1. de Svioniæ vocabulo diſſerit. §. 2. reliqua Septentrionis nomina leviter attingit. §. 3. evincere conatur Svionas inter vetuſtiſſimos orbis populos eſſe. §. 4. incunabula Svionum expendit. §. 5. Nobilitatem atque gloriam Svionum tam in Sago, quàm in Toga celebrat. *Cap. III. Juſtitiam Sveonum in vita & moribus* exponit, & §. 1. oſtendit Svionas vitiis minimè delectari. §. 2. Svionicam Gentem eſſe juſtiſſimam, tam ex peregrinis, quàm domeſticis ſcriptoribus plurimis probat. §. 3. demonſtrat Svionas è patria prodeuntes non minus juſtitia & æquitate quàm fortitudine apud exteros inclaruiſſe. §. 4. Pietatem & domeſticorum & externorum Svionum laudat. §. 5. de fide incorrupta Sv. agit. §. 6. fortitudinem eorum extollit. §. 7. Liberalitatem & hoſpitalitatem eorum debita proſequitur laude. §. 8. verbo etiam reliquas in Svionibus commendat virtutes. §. 9. Annon piraticæ veterum Svionum expeditiones injuſtiſſi-

ſtisſimos potius, quàm juſtos eos nuncupandos eſſe evincant? §. 10. An cœlo ſoloque adſcribenda ſit decantata hæc Svionum juſtitia? *Cap. IV. Juris Svionici Hiſtoriam pandit*, & §. 1. Originem Juris Svionici in moribus gentis ponit. §. 2. monſtrat regis ſubſequens juſſum vim legis obtinuiſſe. §. 3. quærit quo tempore leges ſcribere cœperint Sviones. §. 4. quis primus Svionum legislator fuerit, disquiritur. §. 5. incrementa Juris Svionici perpendit. §. 6. Simplicitatem antiquiſſimarum legum detegit. §. 7. de auctoritate legum & Judicum paucis diſſerit. §. 8. hodiernam legum Svionum faciem repræſentat. *Cap.* denique *V.* de *Juſtitia Sveonum in Legibus* agit, & §. 1. Juſtitiam eorum in condendis legibus commendat §. 2. Juſtitiam in eccleſiaſticis tangit. §. 3. Juſtitiam in Jure Regio adumbrat. §. 4. pluribus perſequitur tractationem de juribus majeſtatis. §. 5. Jus connubii indicat. §. 6. Juſtitiam circa hæreditates partiendas declarat. §. 7. Juſtitiam in acquirendo rerum dominio, & poſſeſſionum juſta conſervatione & amplificatione conſiderat. §. 8. de juſtitia in emtionibus & venditionibus contrahendis agit. §. 9. Juſtitiam in judiciis exponit. §. 10. de juſta vindicta in juramenti Regii & publicæ pacis violatores agit. §. 11. Severitatem in criminibus atrocioribus puniendis attingit. §. 12. de juſtis pœnis homicidii, §. 13 de ſevera animadverſione in vulneratores, §. 14. de ſeveritate in vindicando furto loquitur, & §. 15. Diſſertationem claudit.

Die XIV. Maji A. M DCC III. Diſſertationem Gradualem de *LXXII. Interpretibus* Præſide *Iohanne Esbergio*, S. Theol. D. & Græc. Lingv. Prof. Ord. publicè examinandam exhibuit *Iohannes Trundmann*, Medelpad. (pl. 6. in 8vo.)

Die XXX. Aprilis A. MDCCIV. Diſſertationem Theologicam de *Salvatore Mundi*, pro ſolemni in Theologia gradu publ. examini propoſuit *Daniel Diurberg*, S. Theol. Prof. Ord. & Paſtor Eccl. Danemarckenſis, Reſp. *Andrea B. Rudberg*, W. Gotho. (plag. 20. in 4to.)

Septem Capitibus abſolvitur hæc Diſſertatio, Cap. I. agit de Meſſiæ adventu & variis in V. T. prædictionibus. Cap. II. de apparitionibus, ſacrificiis & typis, quibus Meſſias repræſentatus eſt. C. III. de vaticiniorum complemento ac duabus in Chriſto naturis

turis & earundem communione. C. IV. de Messiæ exinanitione & exaltatione, item ejus officiis atque beneficiis. C. V. Objectiones Judæorum adversus hanc doctrinam cum suis solutionibus exhibet. Cap. denique VI. Argumenta Socinianorum & aliorum examinat & solvit.

Die XVIII. Maji Exercitium Philologicum de *Ingressu summi Hebræorum Sacerdotis ad adytum intimum*, sub Præs. *M. Daniel. Lundii*, Lingv. Ord. PP. publicæ disquisitioni subjecit *Samuel* (*Laur.*) *Fabritius*, Sudermannus. (pl. 4. in 8vo.)

Die XI. Junii Johannes **Palmroot** / S. Theol. Prof. & Pastor in **Warala** / Respondente *Daniel. Arenio*, Fierdund. *Disputationem I.* de *Divina Inspiratione Scripturæ Sacræ*, &

Die XIV. Junii, Idem Præses, pro solemni in Theologia gradu, *Disp. II.* Resp. *Jona Sidrenio*, Westro-Gotho, Censuræ publicæ submisit. (pl. 5. in 8vo.)

In quibus Cap. I. agit de modis divinarum revelationum, C. II. de Discrimine inter Libros Canonicos & Apocryphos, C. III. de Divisione librorum Canonicorum in Legem, Prophetas & Hagiographa, & θεοπνευστίας æqualitate contra Judæos, C. IV. de Librorum Canonicorum inspiratione quoad res & verba. Ubi Thesis adstruitur, & Antithesis Novorum Criticorum & Antiscripturariorum ostenditur, & in specie tela in **Mosen** / Doctorem reliquorum Prophetarum, injecta deteguntur. Et denique C. V. Moses, ejus divina autoritas, refutatis adversariis, vindicatur. In Præfatione Autor promittit, se, si DEus voluerit, reliquos ordine sequente Libros Biblicos, ab ejusmodi impetu, insultibusque liberaturum ac defensurum.

Die XV. Junii A. M DCC IV. Disputationem Philosophicam de *Athenienſi Academia*, moderante *Hemmingo Forelio*, Poës. Prof. Reg. & Ord. publicè lustrandam proposuit *Olaus Nording*, Angermannus. (pl. 4. in 8vo.)

Die XXI. Junii Præside *M. Dan. Lundio*, PP. *Nicolaus Starbeckius*, Calmarienſis publicæ Eruditorum censuræ subjecit Disputationem Philologicam de *Paraschis & Haphtaris*. (pl. 4½. in 8vo.

In Cap. I. mentio fit divisionis Legis Mosaicæ in פרשיות. Cap. II. Sectionibus Propheticis, quæ Sidris sunt adsignatæ, dictis

ctis הפטרות. Cap. III. de diebus, quibus Lex Moſaica ſecundum Ordinem Paraſcharum legitur : nec non de Lectoribus.

Die III. Decembris pro ſummo in Theologia gradu Diſputationem Theologicam de *Charactere Hypoſtatico Filii DEI*, Examini Theologico ſubmiſit *Zacharias Esbergius*, Paſtor Ridderholmenſis, Reſpondente *Iſaaco Lithovio*, Aulæ Gyllenſtiernianæ à Sacris. Holmiæ. (pl. 5¾. in 8vo.)

D. XVI. April. M DCC V. *Petrus Elvius*, Math. Prof. Ord. & Acad. Rector, ad ſolennem Panegyrin Academicam, qua *d.18. April.* Primariam S. Theologiæ Profeſſionem ſuſcepturus erat *D. Laurentius Molin*, Reg. Viduæ à concionibus ſupremis, eruditos invitavit. (1. pl. fol.)

Die XXII. April. ad publicum examen detulit Diſſertationem Theologicam de *Decreto divino*, pro Gradu in Theologia, *Ericus P. Liung* / antea per plures annos in Acad. Upſal. S. Th. Prof. nunc Wingåkerenſium P. Reſpondente *Nicolao L. Marchelio*, Sudermanno, (pl. 4¾. in 4to.)

HAFNIÆ.

Ex Typographéo Regio prælo, ſub quo diu ſudaverat, liberata prodiit *Concio funebris* in obitum illuſtriſſimi & Generoſiſſimi Herois Dni. *Marci Giöe*, quam vernaculo Idiomate ex *Pſalmo LXXIII. v.* 23. & 24. (Exordium autem deſumptum erat ex *Gen. XLIX. v.* 23. & 24.) ipſô exequiarum die d.14. Octobr. *1698.* habuerat *Doct. Petrus Jeſperſonius*, S. R. M. â Confeſſionibus, Concionibus Aulicis & Conſiliis Conſiſtorialibus. (5. Alph. 3. pl. in fol.) Poſtulant Beati Herois merita, ſummi, dum vixit, Muſarum ac Literatorum Patroni, ut curriculum vitæ ejus glorioſè in terris hisce transactæ ex iis, quæ habere potuimus, ſubſidiis excerptum communicemus. Lucem aſpicere cœpit Marcus Giöe, Dominus de Brahesborg, Ordinis Danebrogici Eques auratus, S. R. M. Conſiliarius Intimus, Status atque Juſtitiæ, Anno 1635. d. 21. Nov. in avito prædio Hvidfilde / Patrem habuit Illuſtrem & Generoſiſſ. *Falconem Giöe*, Summum olim Academiæ Regiæ & Equeſtris Soranæ Præfectum, Matrem Nobiliſſ. & Excellentiſſ. Dominam *Catharinam Bilde*. Parentum in Aula continuis & literarum

& corporis vacabat exercitiis ad annum usque ætatis XIII. quô illuſtr. Parentem ad capeſſendam Academiæ Soranæ Præfecturam abeuntem ſecutus, in Regia Schola, quæ ibi tum floruit, majores prioribus profectus addidit, Rectore Scholæ *M. Nicolaô Seerupio*, donec tandem anno æt. XVI. tyrocinia depoſuerit, Generoſiſſ. Regiæ & Equeſtr. Academiæ Juventuti annumeratus. A. 1655. (cum biennio ante Parentem amiſiſſet) exteros inviſurus Patriam reliquit, itinerisque ſocium nactus Fratrem Nobiliſſ. & Generoſum Juvenem *Henricum Giöe* d. 15. April. Ripis ſolvit, & Amſtelodamum trajecit. Inde Trajectum ad Rhenum petiit, quô relicto Heidelbergenſem Aulam ac Univerſitatem, factô per varias Germaniæ urbes itinere, adiit, reliquis poſtea Rom. Imperii urbibus ac Academiis curioſè luſtratis. A. 1656. cum Viennam Auſtriæ inviſiſſet, per Alſatiam, Helvetiam & Sabaudiam, Galliam intravit, Pariſiis integrum annum ſubſtitit, viſisque, quæ in ſingulis regni provinciis erant, memorabilibus, Italiam ſalutavit, unde Pariſios reverſus, Anno 1659. M. Oct. in Angliam transfretavit, proximè autem ſecuto Decembri in Belgium, Hagæque Comitum trimeſtre ſpatium exegit. Poſt factum deinde in Flandriam & Brabantiam excurſum, Patriam repetiit, aulæque Glorioſiſſimi Regis FRIDERICI IIItii ſe ſiſtit, Anno 1660. d. 4. Aug. ſtatim Cubicularii Regiis annumeratus. Anno 1662. ſociam tori elegit Illuſtr. & Nobiliſſ. Virginem *Ingeburgam Chriſtinam Juel* Illuſtr. & Generoſiſſ. Dni *Ovidii Juel* Dni de Villeſtrup filiam, ſed quam ipſi ante nuptias fatum præmaturum eripuit. Eodem anno à Reg. Maj. Illuſtriſſ. & Excellentiſſimo Heroi *Dno Hannibali Seheſtedt*, qui ad *Chriſtianiſſimum Regem* Legatus mittebatur, Noſter ut Mareſchallus adjungitur, in quo itinere Auguſtiſſimo CHRISTIANO V. tunc temporis Principi Daniæ hæreditario & apud exteros degenti innotuit; Annoque 1664. ubi partes ſuas ſupremus abſolviſſet Legatus, Ablegati conſpicuus titulo Pariſiis ſubſiſtere juſſus eſt. Poſt luſtrum ibi exactum A. 1669. in Patriam redux, primò in Belgium Fœderatum mittitur, ubi tres degebat annos, poſtea in Angliam, ubi per 7nium fere morabatur, Ablegatique Extraordinarii ſpartam ornabat, titulis interea Conſiliarii Status atque Juſtitiæ à S. R. M. auctus. Hic de erigenda familia denuo

denuo cogitavit, cùm Illuſtrem & Nobiliſſ. Dnam *Elizabetham Mariam de Thomſon* ex Anglica Nobilitate oriundam in thalamum inferret, quæ ipſi per decem annos fida itinerum ſocia, poſt conjugium ſterile A. 1678. defuncta, novam ipſi lugendi materiem attulit. Eodem anno Noſter à S. R. M. in Hiſpaniam Legatus amandatur, quô in itinere Lutetiam Pariſiorum divertit, magni ponderis negotium in aula Chriſtianiſſimi Regis procuraturus. Rebus in Hiſpania pertractatis, A. 1683. in patriam revocatur, mox Conſiliarii Intimi dignitatem cingulumque Equeſtre Ordinis Danebrogici, & aſſignatam ſibi dudum in ſupremo Juſtitiæ Tribunali ſedem adeptus eſt, Anno autem 1685. ſupremam Laalandiæ Falſtriæque præfecturam obtinuit. A. 1686. in ſecunda vota tranſiit, ductâ in matrimonium Illuſtri & Nobiliſſima Virgine *Jutta Dorothea Tott*, Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Dni *Canuti Tott* de Knudſtrup & Gavnoë filia; ex quô conjugio bigam filiarum ſuſcepit, *Charlottam Amaliam* & *Sophiam Giöe*, quarum priorem ſolam Illuſtriſſima Mater habet ſuperſtitem. A. 1695. ſummus Regiæ & Equeſtris Academiæ â Divo CHRISTIANO V. erectæ Præfectus eſt conſtitutus, cui, Præſes ſimul à multis annis Scholæ Herlovianæ ab atavis ſuis fundatæ, per triennium ad mortem usque præfuit. Eruditionem ipſius ſummam & excelſum ingenium loquuntur illuſtria illa ſpecimina quæ & in Juventute & poſtea, quoties invitabat occaſio, edidit, in quibus præcipuè memoranda eſt *Oratio* de *Illuſtriſſimi Ordinis Elephantini à CHRISTIANO Vto reſtituti ortu & antiquitate*, quam à *Canuto Vto* Daniæ Rege & Belli ſacri temporibus arceſſit, vernaculâ lingvâ habita in ſacello Regio arcis Fridericiburgenſis d. 4. Julii 1694., quô ſolennia *Ordinis Elephantini* ab Auguſtiſſimo Rege celebrabantur; præter illam, quâ A. 1666. Illuſtriſſimo Heroi *Dn. Hannibali Seheſtedt* ſolenniter parentaverat. Morbus ipſi fatalis ſcorbutus fuit, conjunctam habens anorexiam, cui medendo cùm fruſtra à Medicis inſudaretur, firmatam ſacrô viaticô beatiſſimam animam d. 28. April. 1698. horâ meridianâ, ætatis anno 63. ſi paucos menſes exceperis, cœlo reddidit. Ampliora Herois encomia ſolenniter habitâ *Oratione Parentali* expoſuit *D. Johannes Wandalinus*, SS. Theol. D. & Prof. Prim. atque Collegii Conſiſtor. Aſſeſ-

ſor. Parentavit quoque Præfecto ſuo immortaliter de ſe merito Regia & Equeſtris Academia, non tantùm *Programmate* publico ſub nomine Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini *Chriſtiani von Lente* Beati Herois in ſuprema ejus Præfectura ſucceſſoris, edito, & ad calcem Concionis funebris nuper editæ jam recuſo (plag. 9. in fol.) ſed & *Oratione Parentali*, quam habuit *Olaus Worm*, tùm quidem Eloquentiæ in utraque Academia, hodie autem Medicinæ in Univerſitate Hafnienſi Profeſſor, & Collegii Conſiſtor. Aſſeſſor.

Editus quoque eſt liber Germanicus: Thomæ Watſons Ubung der Gottſeeligkeit / begreiffend mehr denn 176. Predigten / theils über alle Artickel der GOttes Lehre / theils über den kleinen Catechiſmum, nebſt einer Zugabe unterſchiedener andern Reden / ſamt einem vollſtändigen Regiſter / und alſo ſeiner Schrifften dritter und vierdter Theil / aus dem Engliſchen verteutſchet durch Johann Adolph Hoffmann. Coppenhagen in Verlegung Sel. Erythropili Erben. Gedruckt mit Spieringiſchen Schrifften. (6. Alph. plag. 17. in 4to.)

Die X. Martii. Pro ſtipendio Schediano extraordinario Diſſertationem de *Civilibus Romanorum Magiſtratibus primam* publicæ disquiſitioni ſubmiſit *Petrus Lange*, Reſp. *Petro Knoppero* in Auditorio Collegii Walckendorphiani, ubi Cap. 1. de Conſulibus, 2. de Prætoribus. 3. de Ædilibus Romanis agit. 1½. plag. in 4to.

D. XIV. Ejusd. In Collegio Regio *Epiſtolam Chriſti ad Abgarum* Declamationibus amœbæis pro beneficio menſæ Regiæ examinârunt *Sigvardus Olavius* & *Thorleſus Haltonus*, Islandi, Regiæ Communitatis Alumni, ille quidem pro illius γνησιότητι cum *Euſebio*, *Evagrio*, *Nicephoro* &c. *Baronio*, *Spondano*, *Poſſevino*, *Tilemontio*, *Combefiſio* &c. *Rich. Montacutio*, *Grotio*, *Caveo* &c. pugnans, hic verò ſuppoſititiam eſſe cum *Centuriatoribus*, *Gerhardo*, *Brochmanno*, *Varenio*, *Dannhavero*, *Ittigio*, *J. A. Fabricio*, *Zieglero &c. Bellarmino*, *Du Pin &c. Sam. Baſnagio*, *G. J. Voſſio*, *Spanhemio* &c. demonſtrans.

Die XVI. Ejusd. In Auditorio Collegii Walckendorphiani *Theſes miſcellaneas* pro beneficio menſæ Regiæ propoſuit *Nicolaus Nico-*

Nicolaides Olivarius Regiæ Communitatis Alumnus, Reſp. *Thorlefo Haltorio* Islando. (½. plag. in 4to.)

Die XXVIII. Ejusd. Schediaſma ſuum *Hiſtorico-Criticum IIdum* de *numero & Ordine decem Perſecutionum Eccleſiæ ſub Imperatoribus Ethnicis* publicè *in Coll. Regio* ventilandum exhibuit *Johannes Daniel Ramus*, Reſp. *Olaô Weſſelio*, ubi Cap. 4. ſiſtit *Domitianum* Perſecutorem IIdum *Nerone* haud mitiorem; annum perſecutionis ejus, contra quàm ſentiunt *Hieronymus*, *Dodwellus*, *Baronius*, *Euſebius* figit; *Dodwelli* ſententiam, perſecutionem in nervum non erupiſſe, extinctô in ipſô limine Tyranno aſſerentis, cum *Bruti* teſtimonio refutat; *Tertulliani* quoque in eo errorem rejicit; pacem Chriſtianis à *Nerva*, non à *Domitiano* redditam probat; *Domitianum* miraculoſâ *Johannis* ex oleo ardente liberatione perterritum fingi ſaltem oſtendit; edictum *Domitiani* de reſcindendis è Davidica ſtirpe reſiduis crudelitatem ejus in Chriſtianos ſatis probare aſſerit; *Flavii Clementis* & *Dionyſii Areopagitæ* martyrium ſub eo contigiſſe evincit. (1½. plag. in 4to.

Eodem die, pro beneficio menſe Regiæ in Collegio Regio declamârunt *Petrus Petri* & *Clemens Jani* Færöenſes, Regiæ Communitatis Alumni, de *Evangelii Matthæi Ebraici Authentia*, quam quidem ille, auctoritate nixus *Patrum*, *Bellarmini*, *Baronii*, *Poſſevini*, *Du Pin*, *Tilemontii* &c. *Lud. de Dieu*, *Grotii*, *Salmaſii*, *Heinſii*, *Cavei*, &c. *Centuriatorum*, *C. Barthii*, &c. defendendam; hic verò ex mente *Flacii*, *Affelmanni*, *Calovii*, *Gerhardi*, *Hutteri*, *Glaſſii*, *Ittigii*, &c. *Whitackeri*, *Spanhemii*, *&c. Er. Roterodami* &c. impugnandam ſuſceperat.

Evulgatum eſt ex Typographéo Regio *Mag. Johannis Thomæ Fiſcheri* ad *D. Chriſtianum Rudolphum Müllerum*, S. S. Theol. D. & Epiſcopum Diœceſeos Fionenſis, *Carmen Hebræo-Græco-Danico-Latinum*, *notis Philologicis atque Ebræo-Criticis* ſingulis ferè paginis ſubſtratis. (5½. plag. in 8vo.)

Itidem ex Typographéo Regio prodierunt *Epiſtolæ & Evangelia Dominicorum & Feſtorum dierum Græcè & Latinè*, *quorum textus Græcus ad exemplar Oxonienſe eſt recenſitus*, *unà cum diſtichis Græco-Latinis*, *ſummam cujuslibet Evangelii continentibus in uſum Scholarum Daniæ & Norvegiæ*. (15. plag. in 8vo.)

Die I. April. in Collegio Regio Dissertationem de *Veronica Papicularum Historico-Ecclesiasticam habuit Janus Lassen Lyd. fil.* Resp. *Georgio Dolmaro à Moinichen.* ubi post *præfationem*, quæ de fabulandi prurigine & licentia, quâ *mendacem Græciam Roma Papæa* imitatur, breviter agit, *Sect.* (1.) seriem fabulæ ex *Adrichomio*, *Corn. à Lapide*, *Baronio*, *Pamelio* & *Chiffletio* &c. sistit. (2.) in nomen mulieris inquirit, quæ aliis *Berenice* s. *Verenice*, *Veronica* autem plerisque appellatur, etymon dein causasque appellationis, & an hæc mulieri ipsi an vero sudario multis miraculis, uti ipsis placet, insigni tribuatur, investigat. (3.) Iconolatriæ sudarii ejus exempla adducit. (4.) Elenchum totius fabulæ subnectit. (2. plag. in 4to.)

Die III. Ejusd. Jacobus Jacobæus Olig. fil. Collegii Medicéi Inspector, Resp. *Petro Müller*, in Collegio Medicéo *Dissertationem Philologicam*, cui tit. *Curiosus & simul incautus Aristarchus, sive de Veterum Grammaticorum Censum circa Libros eorumque Inscriptiones* publico examini submisit; ubi §. 1. Proponit duplex Grammaticorum circa curam librorum munus, alterum emendationis, alterum verò judicii, quod posterius iterum circa duo versabatur. Notis variis ipsos in emendatione librorum usos fuisse demonstratur variis testimoniis ex Wouverio, Turnebo, Cicerone, Seneca, Plinio, Quintiliano, (quod ipsum argumentum de *Notis veterum Criticis in censendis Auctoribus* Dissertatione superiori anno Jenæ habitâ pertractavit *M. Joh. Georgius Joch*, nec non *Andreas Eschenbach* Exercitatione sub tit. *Veterum Grammaticorum* Σημειώσεις Anno 1687. itidem Jenæ habitâ, quæ inter Dissertationes ejus nuperrimè hoc anno junctim editas quarta est,) §. 2. ostenditur, non Græcos solùm sed & Latinos huic arti fuisse deditos, quod variis illustratur exemplis; necessitatem quoque hujus artis magnam fuisse ob summam librariorum incuriam, quam testimonia indicant varia, Grammaticos scripta emendanda miserè corrupisse, quod comprobant magnorum virorum hac de re querelæ. Etiam sacros scriptores à Grammaticis adulteratos fuisse docetur ex *Hieronymo*, *Augustino*, *Svida.* §. 3. Proponit Grammaticorum audaciam in affingendis Auctoribus, sc. *Plauto*, *Ovidio*, *Statio*, *Propertio*, *Petronio* novis nominibus. §. 4. ostendit, ipsos

in

in concinnandis librorum Inſcriptionibus occupatos fuiſſe, quod deducitur exemplo *Herodoti*, ubi notatur *Voſſius*, *Homeri*, *Heſiodi*, *Æſchinis*. §. 5. Origo harum librorum Inſcriptionum deducitur ab *Attalo* & *Ptolomæo* Regibus. Concluditur teſtimonio *Galeni* earum ortum pulchrè deſcribentis. (2¼. plag. in 4to.)

Die VIII. Ejusd. Johannes Fedderi Höjerus, Reſp. *Jona Guldbrandi* Islando *Diſputationem* pro Stipendio Scheeliano Extraordinario in Collegio Regio habuit de *Vulpeculis Simſonis*, *Jud. XV. v.* 4. 5. ubi primò onomatologiam vocis שועלים excutit, & errorem *Origenis*, *Jac. Martini* &c. rejicit, Objectiones deinde eorum, qui abſurditatem rei obvertunt, diluit; poſtremò curioſis nonnullorum quæſtionibus, cur ſcil. Simſon vulpibus in executione vindictæ uti voluerit, reſpondet. (1¾. plag.) De eodem argumento præter *Commentatores* & *Hierozoicorum ſcriptores* optimè meriti ſunt *Hilligerus* & *Mayerus* Diſſert. publ. item *Reyherus* in *Matheſi* ſua *Moſaica*.

Ex Typographéo Regio exiit *Aurora Latinitatis*, *olim in privatum Diſcipulorum uſum concinnata*, *nunc verò publico ſcholarum Danicarum & Norvegicarum commodo deſtinata & emendatiùs edita*, *operâ Thomæ Bangii*, *Editio jam denuo penitus recognita*, *unà cum appendice Nominum & Verborum &c. quæ in Colloquiis annexis paſſim etiam ſunt obvia*. (3. plag. in 8vo.)

Lucem quoque iteratâ editione aſpexit liber Danicus: *Praxis Pietatis*, Det er: Gudfrygtigheds Øvdse/ ſamt derhos föyede ſkiönne Andægtige og tröſtdige Bönner / förſt beſkreven paa Engelſk af Dr. Lodvig Bayle Biſkop til Bangoot / ſiden paa Tydſk / og nu paa Danſke udſat af Jomfrue Mette Giöe. h. e. *Praxis Pietatis*, *adjectis devotis ac ſolatii plenis precationibus*, *primò Anglicè ſcripta à Dr. Ludovico Baylio*, *deinde in Germanicam linguam*, *jam verò in Danicam translata per Nobiliſſimam Virginem Medeam Giöe. Hafniæ apud viduam Joh. Phil. Bochenhofferi.* (1. Alph. 10½. plag in 8vo.)

Denique libellus Germanicus ſub titulo: *Miranda expanſio firmamenti cum Aquis ſupra-cæleſtibus*: Das iſt: Des allmächtigen GOttes Wunderbau / wie er das unermäßliche hohe und weite Firmament / als eine Schiedwand / zwiſchen die Waſſer über und unter daſſelbe geſetzet hat / über den 6. 7. und 8. Vers des erſten Cap. des erſten

erſten Buchs Moſis / auf etlicher curiöſen Freunde Begehren / ausgeführet von Chriſtoph Geißlern / alten Theol. Orthod. in Pathmo ſuo Eremitano. Koppenhagen / druckts Johann Jacob Bornheinrich. (8½. plag. in 8vo.)

Die XX. April. M. *Severinus Gludius*, Philoſ. Prof. deſignatus, & Scholæ Hafnienſis Rector, cujus nuper admodum mentionem injecimus, poſt exactos in pulvere ſcholaſtico, Con-Rectoratu nempe primò 12., ac poſtea Rectoratu 7. annos, annô æt. 43. vitam cum morte commutavit. d. 1. Maji funus ipſius exequiis ſolennibus elatum eſt, & in æde Divæ Virginis repoſitum, unde poſteâ in templum S. Trinitatis Mauſolæo Beati ipſius Soceri Doct. *Johannis Leth.* S. Reg. Maj. olim Confeſſionarii, Concionatoris Aulici & Conſiliarii Conſiſt. inferebatur. Luctum ſuum in obitu Rectoris leſſis atque elegis funebribus teſtati ſunt Scholæ Hafnienſis Collegæ, impreſſis in fol. plag. 4.

KILONII.

Menſe Martio, Præſide *Chriſtophoro Henrico Amthor*, Philoſ. Civ. Prof. Ord. & extraord. Juris, Diſputationem Juridico-Politicam de *Crimine Simoniæ*, *ejusque larva politica*, defendendam ſuſcepit *Petrus Mummens*, Eideroſtad. (plag. 5½.)

II. Capitibus ea includitur, quorum primi, quod de Crimine agit, contenta, prout in principio Diſſertationis leguntur, hæc ſunt: Poſt Introitum §. 1. exhibetur §. 2. criminis definitio. §. 3. dicit, vitium cum crimine non debere confundi. §. 4. Crimina ex ſola voluntate reſultare non ex intellectu. §. 5. quod per operationem voluntatis ejusque modum probatur. §. 6. reſpondetur ad objectionem illam, Crimina ex affectibus oriri, affectus autem intellectui, ut parti animi paſſivæ, tribuendos eſſe, ideoque ipſa crimina intellectui originem debere, & primò probatur intellectum merè paſſivum non eſſe. §. 7. reſpondetur ad dictum obſtans Pauli ad *Epheſ. IV.* 18. §. 8. probatur affectus falſò dici paſſiones animæ. §. 9. Hincque tandem pro Autoris ſententia concluditur. Additur porrò reſponſio ad tritum illud: *Nihil eſt in voluntate* &c. Sola unio non producit communionem cauſæ. §. 10. Crimina cur dicantur contra leges pœnales committi. Duo potiſſimum in delictis

lictis requiri. Ex quo fundamento actiones poſſint imputari ad pœnam. Medium inter Spinoſam & Pelagium hic tenendum. Liberum arbitrium hominis naturalis in libertate pœnam metuendi maxima ex parte conſiſtere. §. 11. Uſus Diſſertationis quoad Cap. I. oſtenditur *Cap. II.* de *Simonia*, ejusque *larva politica* agentis, Summa huc redit: Poſt Proœmium §. 1. traditur vocis Simoniæ origo, & hiſtoria Simonis Magi. §. 2. dicit, Eum non ſolum intellectus, ſed & voluntatis vitio laboraſſe, & revera deliquiſſe. §. 3. definitionem Simoniæ Juri Civili incognitam eſſe. §. 4. definitio in duo membra diſpeſcitur, & in primo exponitur, cur Simoniæ Crimen definiamus per voluntatem. §. 5. ſecundum definitionis membrum exponitur, diciturque Simoniam verſari circa dona ſpiritualia, quæ peſſimè confundantur cum beneficiis & muneribus Eccleſiaſticis. Cur Eccleſiaſtica cum ſpiritualibus in Jure Canonico fuerint confuſa docet. §. 6. dicit, munus Paſtorale ementes, non emere dona ſpiritualia, nec partes potiſſimas hujus muneris, donum explicandi Scripturas, concionandi &c. ſed ſolam libertatem concionandi, &c. annuosque reditus percipiendi, quos ridiculè donis ſpiritualibus accenſeri putat. §. 7. dona ſpiritualia, quæ in Sacramentis diſpenſantur, dependere à gratia divina, non ab erogatione ejus qui Symbola porrigit Sacramentalia, quod exemplo impii ſacerdotis & obſtetricis baptiſmum adminiſtrantis probatur. §. 8. clavium poteſtatem à Salvatore conceſſam clerum non conſtituere arbitrum remiſſionis peccatorum abſolutum. Nec credendum, quod abſolutio ex voce Sacerdotis præciſè & abſolutè dependeat, ut expreſſè teſtatur Gerhardus. DEum uti quidem inſtrumentis, ſed non teneri ad cauſas inſtrumentales inſtar hominis. Utilitatem obſervationis quoad nummum confeſſionarium, hincque à Pontificiis Clero imputatam Simoniam indicat. §. 9. Canonicatum ementes Simoniam nullo modo committere, ubi Carpzovius notatur, fons erroris in lacunis Jur. Canon. quærendus & Lutheri de J. Can. judicium indicatur. §. 10. Simoniæ crimen quo fine à Pontifice introductum. Ambitionem & avaritiam Papæ egregiè promoviſſe, ſolisque Laicis exitiale eſſe. A Pontifice ejusque aſſeclis impunè committi, & facile excuſari. Deinde reci-

tantur nonnulli Canonum & Canoniſtarum floſculi ad negotium Autoris ſpectantes. Henrici IV. exemplum allegatur, quem Pontifex Simoniacus Simoniæ incuſavit, & ad extrema redactum tantum non oppreſſit. Simoniam naſo cereo ſimilem eſſe ait. §. 11. Officium Eccleſiaſticum ementes, Simoniacos quidem non eſſe, graviter tamen delinquere, quod delictum hoc loco commiſſum vel ad ambitum vel ad repetundarum crimen referendum. §. 12. Ambitus definitur, quem in Republica Rom. Ariſtocratica prohibitum, in Monarchica paulatim permiſſum, idq; cur? & denuò Jure Novell. prohibitum oſtendit. Actionem vel potius accuſationem ex crimine ambitus directè inſtitui, ſi quis directè & apertè graſſatus fuerit in officium Eccleſiaſticum: Utiliter ſi id factum ſit obliq; per Dativum vel Genitivum. Cur hodie hæc accuſatio rariſſima? Officium Eccleſiaſticum ſub conditione viduæ vel filiæ anteceſſoris ducendæ accipi an ſalva Conſcientia poſſit? §. 13. Crimen repetundarum quid? in eſculentis & potulentis de Jure Civili non committi. Accuſationem ex L. Julia Repet. non ſolum directè, ſed & utiliter inſtitui poſſe, annexo caſu Sacerdotis abſolutionem quaſi venalem habentis. §. 14. dicta applicantur ad crimen, quod vulgò vocatur Simonia, & clauditur.

Eodem Menſe Præſide *Simone Henrico Muſæo*, D. Inſtitut. nec non Jur. Nat. & Gent. Prof. Ord. tt. FCt. ſuæ Decano Diſputationem Juridicam Fridericianam de *Foro Rei ſitæ etiam ad res mobiles quasvis pertinente*, publicè defendit paulò ante dictus *Petrus Mummens.* (plag. 4.)

Argumentum hoc III. Capitibus incluſit Autor, ubi in I. agit de foro rei ſitæ in genere, & perſonis, quæ in iſto poſſunt conveniri. In II. de rebus cum cæteris tum præſertim mobilibus, quæ ad forum rei ſitæ pertinent. Et denique in III. de Actionibus, quæ in eodem poſſunt inſtitui.

D. IV. April. Diſſertationem Hiſtorico-Philologicam de *Diris Sangvinum in Lapidatum derivatis* ex *Matth. XXVII.* 25. Præſide *M. Mart. Jacobo Owmann*, Anglo-Cimb. publico Eruditorum judicio examinandam expoſuit *Jacobus Prentzler*, Hildeſienſis Saxo. (pl. 4½.)

D. X. Ejusd. Jo. Burchardus Majus, Eloqu. & Hiſt. PP. Acad. h. t. Pro-Rector ad audiendam *Sigefridi Balckii*, Neoſtadienſis Holſa-

Holſati, Orationem Latinam *de Chriſti cruciatibus morte ac ſepultura*, Progr. publico invitavit. (pl. 1. in form. pat.)

Prodiit haud ita pridem *Sermo vativus* in honorem Natalis Ducis Slesvicenſis *Caroli Friderici*, hunc titulum oſtendens:

Glückwünſchungs-Rede auff des Durchl äuchtigſten Fürſten und Herrn/ Herrn Carl Friedrichs / Erbens zu Norwegen/ Hertzogens zu Schleßwig/ Holſtein/ Stormarn und der Ditmarſchen / Grafens zu Oldenburg und Delmenhorſt ꝛc. höchſt-erfreulichen Gebuhrts-Tag den 19. (29.) April im Jahr 1705. auff der Univerſität Kiel in öffentlicher Verſammlung gehalten von **Friedrich Roeſſen** / (pl. 6. in fol.)

Die XXVIII. Maji. Exercitatio Phyſica Fridericiana, *Furtum Promethei* i. e. *fluidiſſimam Naturæ ſubſtantiam IGNEM*, *nexum corporum naturalium ſolventem*, *& combinantem*, ſiſtens, ſub Præſidio *Johan. Ludov. Hannemanni* D. & Phil. Nat. Prof. Ord. Leopold. Societ. Neſtor. II. publicè expoſita fuit à *Chriſtophoro Wasmundt*, Stralſ. Pomer. Theol. & Philoſ. Stud. (conſt. 3½. pl. in 4to.)

Diſputatio hæc VII. abſolvitur Theſibus, additâ ſingulis, pro meliori intellectu, largiſſimâ Exegeſi. Harum autem theſium I. *Ignis definitionem*; II. Ejus *attributa*, III. *Figuram*; IV. quod *omnia ab Igne* naturaliter dependeant, V. Demonſtrationem *Ignis Subterranei*; VI. quod *Sol*, *fons Ignis* exiſtat, & denique VII. quod *Ignis non detur ſub concavo Lunæ*, tradit.

Die XVII. Junii Diſſertationem Medicam, quâ *Via Regia ad Artem Medendi*, *præceptis & exemplis munita*, ſiſtitur, ſub Præſidio *Gunth. Chriſtoph. Schelhammeri*, Med. Doct. ejusdemque Prof. Primar. publico exhibuit *Chriſtianus Volprecht*, Med. Cultor. (2½. plag. in 4to.)

Cum Autori animus ſit, Introitum ad Artem Medendi ſub ſchemate itineris proponere, §. 1. 2. 3. 4. *neceſſitatem comitis vel Ducis*, viam monſtrantis, declarat. *Quinam* vero *duces* ſive Præceptores ſint *vitandi?* §. 5. & damna ex imperitorum doctrina metuenda §. 6. 7. 8. quinam a. *eligendi?* §. 9. 10. 11. 12. 13. deſcribit. Deinde requiſita ſ. *præſidia*, *quibus peregrinator* medicus debeat eſſe *inſtructus*, indicat, & ſunt §. 15. 16. Ευφυια i. e. natu-

ra, & προπαιδια ſ. præ-inſtitutio, quæque ad illam pertinet Linguæ latinæ §. 17. Græcæ, §. 20. Arabicæ, nec minus §. 24. Metaphyſicæ, §. 25. Artis ratiocinandi, §. 28. Philoſophiæ naturalis, §. 31. Geometriæ, §. 32. Aſtrologiæ, §. 33. Aërometriæ, §. 34. Opticæ, Oticæ, atque Mechanicæ cognitio, quibus præmiſſis *viam* ipſam oſtendit *duplicem*, ſive partes Medicinæ addiſcendas, & quidem §. 39. Botanicam, & ſimplicium ſ. materiæ medicæ farraginem; ac Anatomen; illarumque §. 40. neceſſitatem, §. 41. Hiſtoriam morborum, §. 44. Semioticam, §. 45. compoſitionem Medicamentorum; quas denique omnes §. 46. ſub hoc *Itineris medici* duplicis comprehendit *typo*:

I. Botanica, & Simplicium cognitio.	I. Anatome, & hiſtoria partium.
II. Doctrina de facultatibus Simplicium.	II. De Uſu partium.
III. De compoſitorum natura, & arte componendi.	III. Pathologia & hiſtoria morborum.
IV. Extemporanea formularum præſcriptio.	IV. Semiotica.

METHODUS MEDENDI.

Prela modò exercere cœpit liber qui inſcribitur: *Chriſtiani Kortholti*, S. Theol. D. Academiæ Kilonienſis, dum viveret, Pro-Cancellarii & Profeſſoris Primarii *Methodus & Apparatus Studii Theologici*, ab erroribus, quibus redundat exemplar Francofurti, (quod præ ſe fert titulus) editum, purgatus, & *plurimis acceſſionibus* è Scripto pie defuncti Auctoris manu exarato decerptis ejusdemque libello de *Conciliis*, nondum publicato, locupletatus, cura *Sebaſtiani Kortholti*, Poëſ. Prof. Ordin.

Nimirum poſthabita illâ admonitione, quam Novis hisce Literariis, *Menſ. Oct. A.* 1704. *p.* 313. & 314. inſerebamus, hoc anno prodiit liber *D. Chr. Kortholti* ſub titulo *Prodromi ingenui Theologiæ cultoris Academici.* Iccirco pie defuncti Auctoris filius *Sebaſtianus Kortholtus*, qui ægrè fert patrium librum ſe invito mancum & mutilum in lucem protractum à librario turpe lucrum captante, eundem recognitum & bene multis acceſſionibus, itemque libello de *Conciliis* nondum evulgato locupletatum luci publicæ exponere cœpit. LUBE-

LUBECÆ.

Regenten-Catechismus / oder der löbliche Regente/ in acht Catechismus-Predigten/ als ein unter GOtt stehender/ für GOttes Ehre eyfernder/ in der Liebe unsträfflicher/ ohne Geschenck recht richtender/ gläubiger/ betender/ seinen Tauff-Bund wol-betrachtender und bußfertig beichtender Regente/ dargestellet/ und nebst einer Buß-Predigt über Luc. XIII. 4. 5. Meynet ihr/ daß die achtzehen/ auff welche der Thurn in Siloha fiel/ und erschlug sie/ seyn schuldig gewesen für allen Menschen/ die zu Jerusalem wohnen? Ich sage: Nein; Sondern wo ihr euch nicht bessert/ werdet ihr alle auch also umbkommen. Gehalten/allen Christlichen Regenten/ zu beständiger Nachfolge und heilsamer Erbauung angewiesen von **George Henrich Götzen**/ D. Superintend. in Lübeck. Lübeck und Leipzig/ bey Johann Wiedemeyern/ A. 1705. 1. Alph. pl. 18. in 8vo.

P. 201. *sqq.* ist ein besonderes **Send-Schreiben** zu lesen/ welches der gottseelige Mecklenburgische Fürst und Herr/ **Hertzog Gustav Adolph**/ ehemahls an seinen einigen geliebten Printzen/ Fürsten **Carln**/ da er in frembden Landen sich befunden/ abgehen lassen/ in welchem sehr schöne **Fürstliche Ermahnungen**/ die von der Preiß-würdigen Gottseeligkeit dieses theuren Fürstens zeugen/ enthalten sind.

George Henrich Götzens/ der Heil. Schrifft Doct. und Superintend. in Lübeck/ **Sonderbahre Betrachtungen**/ **Leich-Reden und Predigten**/ meistentheils über besondere Sprüche Heil. Schrifft/ zu verschiedenen Zeiten ehemahls in Chemnitz/ Dreßden und Annaberg/ abgefasset und gehalten/ jetzo wieder zusammen gesuchet und heraus gegeben/ als auch mit nöthigen Registern versehen. Mit Königl. Pohln. und Chur-Fürstl. Sächsis. Allergnädigst. Privilegio. Chemnitz/ bey Conrad Stössel/ 1705. (2. Alph. pl. 8. in 4to.)

D. XXVI. Junii amplissimo funere efferebatur corpus exanime *Gotthardi Kirchringii*, Consulis Lubecensis, qui, ex perantiqua *Patriciorum Lubecensium* gente prognatus, in Schola Patria, diversisque Academiis, ac Regionibus, egregios eruditionis thesauros collegit, eosque, tum *A.* 1665. *d.* 8. *Martii* in *Academia Basileensi*, ventilata Dissertatione, de *Repressaliis*, tum in Patria, cum *A.* 1680. in *Senatorum*, & *A.* 1697. in *Consulum* reciperetur

ordinem, manifestos reddidit, ut, cum *d. 16. Junii*, annum ætatis agens LXVI. mortalitati eriperetur, ingens sui desiderium relinqueret.

Homiliæ illi, à *Joh. Fleeg* nuper publicatæ, & *p. 188.* in *Novis* hisce memoratæ, aliam superaddimus, ab eodem Autore publicatam, & hunc in modum inscriptam:

GOtt für uns! oder/ der seine Kirche schützende Messias/ in einer besondern Predigt/ aus Psalm. II. 7. 8. **unter dem Seegen Gottes/ der Christlichen Gemeine zu St. Peter in Lübeck A. 1704. d. 10. Jan. vorgetragen/ und auff Begehren dem Druck überlassen/ von Johann Fleeg/** Lubecensi, vocirten Pastore zu Kalckhorst in **Mecklenburg. Lübeck. 1705.** (pl. 6. in 4to.)

P. 26. sq. de *Carolo Catz*, cujus *Versio N. T.* jam circumfertur, sequentia, neque hic omittenda, retulit: *Est ille Carol Catz natione Belga Hisp. prope Traject. ad Mos. è nobili prosapia & in Pontificia religione natus & educatus, à patre verò exhæredatus, vel, ut ipse dicebat, deserens patrimonium propter Christum. Domi enim cum duriter tractaretur propter enthusiasmos & alia, aufugit. Revocatus, Romamq; missus, & custodiæ ibi datus, effractis repagulis, abiit, excessit. Hinc exhæredatus circumvagatus dein in Belgio, ubique reperit Socios, in primis Oligero Pauli, Dano ipsiusque asseclis se adjunxit. Habebat enim ille Oliger, de quo sustentaret ejusmodi homines, quippe qui ultra septem millia thalerorum Amstelodami consumsit. Quocum etiam tandem carceres publicos Amstelodami subire debuit. Cognitaque causa ex urbe proscriptus. Latebat tamen meo tempore hinc illinc, crebriusque cùm eo sermones cæcidi. Homo, facie totus melancholicus, cæterum rudis, latina parumper doctus, Græca nec intelligere, Ebraica nec scribere rectè, nec legere poterat. Unde nec ipse Autor est versionis Novi Testamenti, sed pleraque opera Wilhelmi Hommæ, concionatoris quondam Menonistarum Amstelodami (cui & Oliger ille potiora sua debet) aliorumque, secundum editionem Christiani Hartsœkers, ministri Ecclesiæ Remonstr. ap. Rotterodamenses prodiere. Quæ tum ipse mihi, tum intimi ipsius Socii retulere. P. 40. sq.* enarrat ea, quæ *A. 1702. Ratisbonæ* contigére. Scilicet, hominem Pontificiæ Religioni addictum, verba facientem ad populum, in *Lutherano-Evangelicos* dira evomuisse verba, interque alia dixisse: *Saxoniæ Electorem*, Evangelicorum alias deditum

ditum partibus, ad Pontificiorum transiisse castra, *Regem* verò *Sveciæ* nondum ad provectam pervenisse ætatem, & neminem præter hunc eis suppetias laturum esse, nisi ad ipsum *DEum* respicere vellent. Finita verò Concione illum interrogatum, numne DEus Lutheranorum fortissimus esset & inexpugnabilis Dux ac Patronus, cujus Patrocinio non sine emolumento perfrui possent? Respondisse, Linguam omninò præcurrisse mentem, seque hæc verba non adeò accuratè ponderasse. Reliquas Observationes Theologico-Philologico-Historicas, quæ hinc & inde inspersæ sunt, prætermittentes, notamus, Autorem hujus *Scripti d.* 24. *Maji.* Pastoratui (quem olim *Joh. Cyriacus Höfer*, ex variis, quos edidit, *libellis*, vulgò Himmels-Weg / & Frag-Bibel dictis, satis notus administravit,) apud *Kalchorstenses*, in *Ducatu Meclenburgico*, fuisse nunc admotum.

D. III. Julii Justa persolvebantur *Hermanno Lebermanno*, Ecclesiæ Cathedralis Pastori, cujus Vitæ Curriculum paucis nunc enarrare constituimus. Natus verò est *Lubecæ d.* 3. *Jan. A.* 1645. Parentibus pietate & integritate conspicuis, *Henrico* & *Maria Lebermannia*, à quibus ad pietatem, Bibliorum lectionem & frequentem verbi divini auscultationem incredibili studio ducebatur, prudentique consilio in Scholam, quam sedulò visitabat, mittebatur, & quamvis, annum ætatis *decimum quartum* agens, Patre privaretur, optima tamen mater, DEO unicè confidens, à studiis eum avellere noluit, usque dum ex Consilio *Henrici Bangerti*, Rectoris, & *Joh. Polzii*, Con-Rect. A. 1664. *Acad. Rostochiensem* peteret, quò majores in studiis faceret progressus. Audivit verò in eadem diligenter admodum *D. Aug. Varenium*, *D. Joh. Quistorpium*, *D. Henr. Müllerum*, *D. Christ. Kortholtum*, *D. Matth. Wasmuthium*, *D. Dan. Georg. Morhofium*, publicè & privatim bonas artes docentes, quibus addidit *Casp. Hermannum Sandhagenium*, istius Academiæ Civem, ex cujus eruditis colloquiis multum se profecisse non semel est testatus. Academia relicta non solùm in *Ducatu Meclenburgico*, sed etiam *Euthini* atque *Lubecæ* hæsit, atque tùm concionando, tùm informando Viris egregiis inservire studuit. Tandem verò *d.* 6. *Nov. A.* 1679. Ecclesiastes

ſtes Cathedralis eligebatur, ducta in matrimonium *d. 6. Februar.* 1680. uxore *Eliſabetha Iroböſia*, quæ novem ipſi peperit liberos, è quibus unicus filius, *Hermannus*, A. 1685. natus, SS. Theolog. Studioſus eſt ſuperſtes, atque unica filia *Hedwig Anna*, A. 1696. in hanc lucem edita. Cum nuper *A.* 1704. Vir meritis ſuis conſpicuus, *M. Thomas Honſtedius*, Eccleſ. Cathedral-Paſtor, humanis rebus eximeretur, noſter *d.* 14. *Nov.* in ejus ſurrogabatur locum, quam ſpartam usque ad vitæ finem egregiè ornavit. In ipſo verò ſancto munere, quod per XXVI. ferme annos magno cum Eccleſiæ emolumento ſuſtinuit, inter alia Prophetiam & Threnos *Jeremiæ* 46 5. *Homiliis* expoſuit, atque ſingulis fidem ſuam, induſtriam precesque probavit, ut memoria ejus Auditoribus ſuis nunquam non manſura ſit gratiſſima. Cum *d.* 18. *Junii* ipſi verba è Lutheri Catechiſmo eſſent facienda ad populum, & in terram ante in via publica cecidiſſet, quam ipſum templum petiiſſet, noſter vertigine quadam in loco ſacro ita opprimebatur, ut, concione nondum finita, Cathedram deſerere fuerit coactus. Et quamvis cum valetudine iterum in gratiam redire viſus eſſet, fatalis tamen hora ei imminuit, ut *d.* 26. *Junii* placidè ex hac vita vocatus in cœleſtem migraverit patriam, abſoluto annorum LX. & VI. menſ. ſpatio. Pertinet itaque Vir diligentiſſimus ad eos, qui ſtantes mortui ſunt, & officium ſacrum adminiſtrantes morbo oppreſſi vitam amiſerunt, quorum Catalogum contexere meditatur *D. Georgius Henricus Gœtzius*, Libello peculiari, Hiſtoriſche Sterbe-Cantzel / inſigniendo, ac proximis diebus evulgando.

D. IX. Julii Johannes Matthias Wendt, Lubecenſis, Eccleſiaſtes Travemündanus eligebatur, cum *Gabriel Fizmannus* ad *Paſtoratum* iſtius Eccleſiæ adſcendere juberetur.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis SEPTEMBRIS. A. M DCC V.

WISMARIÆ.

DIe XXVII. *Aprilis Victor Dahlmann*, Stralesundensis praxi juris in patria clarus, *Regiſtratoris* in S. R. Majeſt. Sveciæ Summo, quod ibidem eſt Tribunali munus adiit, *Henrico Scheffelio*, cujus mortem ſupra *p. 33.* retulimus ſuffectus.

Ipſis Calendis Junii Joachimus **Weſtphal** / dicti Summi Tribunalis Aſſeſſor, quod mortale habuit, depoſuit. Patrem *Hermannum* **Weſtphal** / Reip. Straleſundenſis Syndicum & Hæreditarium in **Miltzow** / Matrem vero *Magdalenam Petri Corſvandi*, Sundenſis per multos annos Senatoris filiam nactus eſt. In hanc vitam d. 9. Maji Ao. 1641. prodiit, & à Parentibus ſollicite admodum educatus fuit. In humanioribus autem literis privatorum cura Præceptorum probe inſtitutus, A. C. 1658. æt. 17. *Gryphicas* ſalutavit *Athenas*, ibique præter Philoſophiam Rationalem & Moralem, Juris ſtudium ſibi multo commendatiſſimum habuit. Ao. 1659. *Lipſiam* conceſſit, &, fideliſſima *D. Schacheri*, *D. Romani*, & *D. Schwendendörfferi* informatione uſus, quicquid virium animi habuit, in Jurisprudentiam contulit. A. 1661. *Gieſſenſi* Academiæ civem dedit, & ab ore *D. Laboris* & *D. Mulleri* imprimis pependit. Anno 1662. domum rediit, ſequenti tamen repetiit *Gryphiswaldiam*, & publicam de *Dotalitio* diſputationem, proprio marte conſcriptam, Præſide *D.* **Engelbrecht** / Prof. P.

poſt Summi R. Tribunalis, quod Wismariæ eſt, Aſſeſſore, ac Regii ibidem Conſiſtorii Directore, defendit. Eodem adhuc anno in Belgium profectus, *Ultrajecti* per annum ſedulus *Cypriani Regneri* & *Voëtii* Junioris Auditor fuit. Perluſtrata deinde Gallia & Anglia, ad ſuos reverſus eſt, & variis in officiis domi forisque ſuam luculenter probavit induſtriam fidemque. A. 1669. Summi Regii Tribunalis Wismar. *Secretarius* electus eſt, qua tamen Sparta demum fungi cœpit A. 1671., quo etiam *Licentiati* in utroque Jure honoribus Gryphiswaldiæ, præmiſſa diſp. Inaug. *de Remiſſione mercedis in locatione & Conductione*, ornatus fuit. A. 1675. obſidione urbi Wismariæ impendente, cum *Comite Benedicto de Oxenſtierna*, laudati Tribunalis Præſide, in Sveciam abiit, & Ao. 1676. eidem Regio ad Pacificationem Noviomagenſem Legato, à Secretis fuit. A. 1679. *Protonotarii* munus in S. Tribunali à Potentiſſimo Rege illi demandatum eſt, cui A. 1681. præeſſe cœpit. Denique Ao. 1691. Menſe Auguſto inter ASSESORES locum obtinuit, ac tam arduam provinciam ad diem fatalem usque non ſine ſumma juſtitiæ, fidei & humanitatis laude adminiſtravit. Conjugem ſibi A. 1669. junxit *Annam Klinckoviam*, *Martini Klinckovii*, Senatoris apud Straleſundenſes & Hæreditarii in Steinhagen/ filiam, beata morte A. 1700. M. Majo ſublatam, duasque reliquit filias omni virtutum genere cumulatas.

ROSTOCHII.

Die XI. Jul. Præſide *D. Joh. Petro Grünenbergio*, PP. Diſſertat. Theologicam, in Dictum *Prov. Cap. IX.* 10. *Initium Sapientiæ Timor Domini*, propoſuit Autor Reſp. *Joach. Friedericus Queitſchius*. (plag. 3.)

Diſſertatio hæc II. Sectionibus abſolvitur. I. Exegetica vocabulorum evolutionem tradit. II. Κατασκευαστικὴ & ἀνασκευαστικὴ firmatâ ſapientiæ Definitione Poriſmata quædam exhibet, quorum I. Vera proprieque ſic dicta Sapientia Divina proprium locum ſuum habet in intellectu. II. Informatio, & cognitio intellectus antecedit & dirigere debet ac producere timorem DEI. III. Quoscunque Sapientiæ profectus homo nanciſci-

ciſcitur, hos omnes omni tempore in ſancto Dei timore ad praxin & ſanctimoniam deducere debet.

Eod. die Præſide Henr. Chriſtiano Zielcken / J. U. D. & Eloqv. PP. Diſſertationem politicam circularem, de *Majeſtate*, expoſuit *Johann Petrus* Neubaur / Parchim. Meckl. (pl. 3.)

In qua prævio Præfamine §. 1. ſuppeditatur vocis majeſtatis derivatio, & §. 2. ejus deſcriptio, ſcil. *quod ſit ſumma in civitate poteſtas*, quæ §. 3. ulterius deſcribitur. §. 4. Quæſtio movetur: An Majeſtati, ſalva ejusdem ſumma poteſtate, leges poſſint præſcribi? §. 5. dicitur, quod ſumma Maj. complectatur merum Imperium, cujus tres gradus conſtituuntur, §. 6. & involvat Regalia, minimè autem privata rerum dominia. §. 7. §. 8. porrò, quod ſummæ poteſtatis ſit illa præſcribere & tueri, quæ faciunt ad Eccleſiæ regimen & conſervationem. §. 9. quæritur: An qui ſumma præfulget poteſtate, ſimul poſſit admittere patriam (vivo adhuc parente) poteſtatem? §. 10. cauſa ſummæ poteſtatis DEUS, & §. 11. ſubjectum majeſtatis homo utriusque ſexus conſtituitur. §. 12. dubium ſuboritur, An Princeps imperfectæ ætatis poteſtatis imperandi ſit capax? §. 13. varii modus habendi ſummam poteſtatem, nimirum Monarchia, Ariſtocratia & Democratia, adducuntur. §. 14. locus ſummæ poteſtatis evolvitur, nimirum civitas, ubi Simul differentia civitatis & urbis oſtenditur, & deſcriptâ §. 15. Republicâ clauditur.

Hâc occaſione nonnullas alias, quæ nobis occurrunt, de hoc argumento ventilatas Diſſertationes adducere lubet. De *Majeſtate* Diſput. Politicam Præſide *Joh. Maukiſchio*, Freibergenſi, S. Theol. Lic. propoſuit *Chriſtophorus* Frauendorff / Numburg. Lipſiæ 1651 (plag. 2.) De *Majeſtate civili Joh. Henichius*, S. Theol. Doct. & Profeſſ. in Acad. Haſſo-Schaumburgica Diſſertationem edidit. 1653. (plag. 13.) De *Majeſtate M. Joh. Georg. Cademann*, Oſſitiens. Misn. Reſp. *M. Andrea Winzigero*, Sitta-Luſato, Diſputat. Politicam exhibuit in Academica Leucorea 1654. (pl. 2½.) De *Juribus Majeſtatis Caſpar Zieglerus*, Philoſ. & J. U. D. PP. VI. Exercitationes Wittebergæ propoſuit, I. quæ majeſtatem ipſam, integram & læſam exhibet, Reſp. *Chriſtiano Cruſio*, Crempa-Holſato A. 1657. (pl. 6.) II. Definitionem eorundem & diviſionem, nec

non ipsam Principis potestatem accuratiùs perpendentem, Resp. *Benedicto* Strauß / Witteberg. 1659. (pl. 4.) III. agentem de potestate ferendi leges, Resp. *Bartholdo* Krefenberg / Patthusiâ-Sax. 1659. (pl. 4½.) IV. agentem de jure interpretandi leges, dispensandi, aggratiandi, restituendi, legitimandi, veniam ætatis concedendi, & dandi Privilegia. Resp. *Conrado* Gantzlandt / Hal. Sax. 1660. (pl. 4½.) V. quæ est de jure circa sacra & Religionem, Resp. *Marco Johanne Simonio* Horstiensi Holsato, Anno 1659. (pl. 7½.) VI. agentem de jure erigendi Academias, creandi Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos, Poëtas & Notarios publicos, Resp. *Mich. Friderico Lederero*, Witteb. 1661. (pl. 4½.) De *Majestate* Dissertationem Polit. Præside *M. Christiano Lysero*, Lipsiensi, tt. Colleg. Philos. Adj. examini subjecit *Andreas* Offney / Northusanus, Wittebergæ 1658. (pl. 2½.) De *Causa Majestatis*, sub Præsidio *M. Joh. Frid.* Horn / publicè in eadem Academia Witteb. disputavit ex Politicis *Bilibaldus ab Houwalt*, Nobilis Poloniæ, A. 1659. (pl. 4.) De *Majestate* Disputationem Politicam examini subjecit *Joh. Casparus Filitius*, Cûstrina Marchicus, Autor & Resp. sub Præsidio *M. Josiæ Christophori Neandri*, Lubbena-Lusati, tt. FCt. Philosoph. Adj. & Ecclesiæ Stargardiensis ad ædem D. Joh. & Augustini vocati Pastoris, postea SS. Theol. Doctoris, Collegii Gröningiani simul Professoris, A. 1679. d. 13. Februar. denati, in Academia Wittebergensi, (pl. 2.) De *Majestatis in res sacras & earum Administratores, potestate*, ex Politicis disputarunt *M. Georg. Casp. Kirchmaier*, & Resp. *Theodorus Schalitzius*, Pombsensis Misnicus Wittebergæ 1660. (pl. 2.) De *Majestate* Dissert. Polit. ventilandam proposuit *M. Georgius* Neumann / Görlicens. Lusat. Respondente *M. Georgio Alberto à* Tschirnhauß / Equite Lusato, in Acad. Lipsiensi 1666. (pl. 3.) Eod. anno De *Majestate Imperantium*, sub Præs. *Jacobi Le-Bleu*, J. U. D. ejusd. ut & civil. prudent. PP. Dissertat. examini submisit Autor *Johannes Antonius* Pagendarm / Hervordiensis, Giessæ Hassorum. (pl. 3.) De *Majestate* Disput. Polit. pro Loco publice proposuit *M. Dav. Ulmann*, Islebio-Saxo, in Acad. Philurea 1671. (pl. 1.) De *legitimis, iisque non violentis, modis acquirendi Majestatem*, Disputationem Politicam exposuit *M. Enochus* Heyland / Lipsiensis, Resp. *Augustino* Fritschel

ſche / Mühlenſi Misnic. Lipſiæ 1672. ((pl. 2.) De *Majeſtatis civilis divina origine*, II. Diſſertationes habuit *M. Auguſtus Lemmig*, Wittebergæ A. 1687. It. duas alias, unam *Gabrielis Stöbergii*, *T. VII. p.* 32. alteram *M. Chriſtiani Maſecovii*, *eod. Tomo p.* 185. jamjam memoratam.

Die XV. Julii, *Johannes Gothofredus Germann*, Guſtrovienſis, ſub præſidio *Joh. Erneſti Schaperi*, Med. D. ac P. P. ut & Ser. Mecklenb. Duc. Archiatri, Diſputatione Circulari Medicâ publico exhibuit *Medicinæ Curioſæ Specimen*, duabus quæſtionibus enodatum. (4. pl. in 4to.)

Quæſtionum autem, quæ pertractantur, *Prima* hæc eſt: *QUID DE PILORUM CANIS RABIDI IMPOSITIONE, VULNERI PER EJUS MORSUM INDUCTO FACTA TENENDUM?* In cujus §. 1. cum Cl. Autor oſtenderit, tantam ſibi homines à multis Seculis, & adhuc hodie, à canis rabidi pilis, vulneri impoſitis, promittere medelam, quantam olim à cane rabido demorſi à divi Bellini Sacello, & templo Donini ſperarunt; §. 2. de *Origine* hujus remedii, & *efficaciâ*, quam illi aſſignant, eruendâ, ſollicitus eſt; §. 3. Autores, qui illud *Sympatheticum* appellant, adducit; §. 4. & 5. *Morbum*, quem pili ejusmodi avertere debeant, ſive *Rabiem* cum inſequente Hydrophia, ejusque Symptomatibus, exponit; & §. 6. *Remedii* ſic dicti Sympathetici *certitudinem*, à multis deprædicatam, tradit. Poſthæc §. 7. de *Veneno*, quod pili impoſiti extrahere dicuntur, ſive *Saliva* canis rabidi, & hac occaſione ſimul de Salivæ, naturaliter conſtitutæ, diverſis particulis; de virtute in ſanandis & inducendis morbis; de æthere, quem ſecum vehit, & exinde derivandâ facili ejus fermentatione; analyſi chymica; ac §. 8. celeri cum omnibus ferè liquoribus connubiô, diſſerit. §. 9 Rationem reddit, *cur?* & §. 10. *quomodo?* *ſaliva canis* rabidi *tàm funeſtos procreare valeat effectus.* Deinde §. 10. *Pilorum ortum*, §. 11. *ſtructuram*, *nutritionem*, *materiam*, §. 12. *particulas* quibus conſtent, & *fluidi* eorum *nutritii tranſudationem*, examinat. Quibus præmiſſis §. 14. pilos imponendos, ob qualitates ſuas nocivas, §. 15. 16. curam non ſolum impedire, neque §. 17. per attractionem operari poſſe; ſed §. 18. potius

tius noxas periculi plenas inducere, rationibus & exemplis demonstrat, ideoque §. 19. eos, ut remedium inefficax, &, quod ad minimum metum mali augendi inferat, rejicit. Quæstio *altera* hæc est: *AN ABRASIO PILORUM OPERARI POSSIT, UT REI FACILIUS A TORMENTIS VICTI VERITATEM CONFITERI TENEANTUR?* & §. 1. *morem* in inquisitione judiciali receptum, §. 2. verò *modum abradendi pilos* continet. §. 3. *Autores* hoc institutum l. *probantes*, vel §. 4. *rejicientes*, & §. 5. *argumenta probantium*, citat. §. 7. *Abrasionem pilorum* per se, & ut *signum munditiei*; §. 8. *ignominiæ* & pœnæ loco usitatæ; §. 9. ut signum *subjectionis* aut *servitutis*; §. 10. ut indicium *luctûs*, & §. 11. quæ *omnem adimat vigorem*, considerat. §. 12. *Effectus*, qui abrasionem sequuntur, qualesque sunt animi abjectio, pusillanimitas, Languor animi, ac perturbatio &c. recenset; & licet §. 13. non neget, inter eos quoque numerandam esse molestam frigoris in corpore nudo sensationem; tantam tn. §. 14. non esse putat, ut confessionem proferat; quin potiùs ab animositate, & audacia rei vincatur; præsertim si §. 15. corporis textura robusta animæ animosæ adjumentum præbeat. Vt autem hominum non una eademque fibrillarum corporis est textura, sed in quibusdam fibrillæ sunt delicatæ, & levibus cruciatibus perferendis impares, ita in illis, ob junctam simul indolem, ut levi de causa animi passionibus agitentur, lugeant & desperent facilè; ut & in fœminis, hoc succedere judicat experimentum; quanquam fœminæ etiam fuerint repertæ, quæ viros animi constantiâ superarunt. §. Igitur 17. ingenuè dicit, *cum pilorum abrasio per totum corpus in reis institutæ incertum & fallax sit institutum, & per se nil operetur, nisi tantum occasio sit, quâ in metum & consternationem seducantur rei, majori eam fundamentô intermitti, quàm instituì.* Annexa est coronidis loco *Præsidis* ad Respondentem *gratulatio.*

GRYPHISWALDIÆ.

Prelo liberata prodiit nuper Concio funebris hac Epigraphe notata:

Der letzte Strahl eines grossen Kirchen-Lichtes / welcher die Augen unsers Verstandes in dem Articul von der Erlösung erleuchtet /

tet / bey Christ-rühmlicher Leich-Bestätigung des Magnifici, Hoch-Ehrwürdigen und Hochgelahrten Herrn Jacobi Henningii, der Heil. Schrifft Doctoris, bey hiesiger löblichen Academie Hochberühmten Profess. Theol. seiner FCtät Senioris, bey dem Königl. geistlichen Consistorio hochansehnlichen Assessoris, und der Gemeine zu S. Jacobi Hochverdienten Pastoris, aus dem begehrten Leich-Text 1. Tim. I. 15. 16. 17. in St. Nicolai-Kirchen den 20. Octobr. A. 1704. gezeiget/ und auff Begehren dem Druck übergeben/ von *Nicolao Dassovio*, Theol. D. und Prof. Ord. Consist. Reg. Assess. FCt. Seniore, und bey St. Marien-Kirchen Pastore. (cum Personal. & *Christiani Saalbachii*, Prof. Publ. Sermon. funebri pl. 14. in fol.)

Præloquium desumptum est ex Ps. LX. 5. *Exordium* verò ex Matth. V. 14. Cætera, quæ ad Vitæ Curriculum defuncti spectant, supra *p. 166. sq.* notavimus.

Die V. Junii Præs. *D. Joh. Frid. Mayero*, PP. & FCtis Theol. h. t. Decano, Dissertationem Theologicam de *Sanctificatione* ad 1. *Thessal. V. comm. XXIII.* publicæ ἐξετάσει submisit Auctor-Resp. *M. Joh. Sebastianus* Schröder/ Güstrouâ-Meclenburg. (plag. 5.)

Duabus Sectionibus hæc Dissertatio includitur, quarum I. Exegetico-Didactica, quæ constat 2. membris, quorum 1. sanctificationis collationem, 2. collatæ conservationem proponit. II. Porismatica 5. Porismata exhibet, quorum 1. Sanctificatio formaliter differt à Justificatione. 2. Sanctificatio hujus vitæ est imperfecta. 3. Partes hominis essentiales non sunt tres: Spiritus, Anima & corpus. 4. Sanctificati Gratiam sanctificam excutere possunt. 5. quo non obstante credentes & sanctificati de sua perseverantia æternaque salute possunt esse certissimi.

Die XIII. Ejusd. sub Præsidio *D. Joh. Schackii*, PP. & h. t. Decani, *Theses Juridicas* quasdam ex *Compendio Lauterbachiano* desumptas defendit *Gürgen de Krackevitz*, Eques Rugianus. (½. pl.)

Die XX. Ejusd. Præs. *L. Georg. Adolph. Carocio*, Jurid. FCt. Adj. Commentationem Academicam de *His, quæ à morte Cæsaris, Juris moriùve publici* sunt, exhibuit *Abraham Droysen*. (pl. 4.)

Post-

Postquam Autor in Præloquio mortem *Leopoldi* Oratoribus plangendam & Historicis describendam reliquit, se saltem ea, quæ à morte Imperatoris Germanici juris morisve publici sunt, inquisiturum promisit, hinc §. 1. facta Dissertationis partitione primò ipsam Imperatoris Germ. mortem partim quoad luctum exteriorem, partim §. 2. quoad ipsam Imperatoris mortui sepulturam, deinde §. 3. diversum Imperii habitum considerauit, ubi vel minuitur luctus, si sc. Rex Roman. vivo adhuc Imperatore electus existat, vel §. 4. augetur, quando Rex Rom. deficit. §. 5. habitum porro judiciorum communium, nimirum Aulici, Cameralis & Rothwilensis ostendit §. 6. quæstioni eorum respondit, qui quærunt: An Comitia Ratisbonensia per majorem temporis partem, quo Leopoldus imperii fasces tenuit, continuata, nunc quidem eodem mortuo, sint expiratura? §. 7. progreditur ad habitum, qui in singulorum statuum territoriis conspicitur. §. 8. durare dicit vacantis imperii habitum, donec novus Imperator electus & coronatus sit, ubi simul tres coronationis effectus assignat. Tandem §. 9. dispicit, quid juris sit circa actus, qui Imperatorem mortuum, quatenus ille ut talis consideratur, authorem habent. §. 10. quid circa leges & mandata, an suam retineant vim & efficaciam? §. 11. quid circa privilegia Cæsarea? §. 12. quærit: An Imperator antecessoris sui *Expectativam* de Feudo Imper. regali ratihabere, &, casu obveniente impetranti conferre teneatur? §. 13. de primariis precibus agit, & §. 14. Augustam s. Imperatricem sua privilegia, mortuo Cæsare, non amittere, adjicit.

Die XXVII. Ejusd. Præside *D. Brandano Henr. Gebhardi*, PP. Disquisitionem de *vero subjecto Capitis LII. LIII. Esaiæ*, occasione *v.* 5. item de loco *Esaiæ LXIV.* 6. occasione *v.* 6. de loco *Jer. III.* 16. occasione *v.* 7. *Capitis II. Zephaniæ*, contra *R. Isaaci Ben Abraham*, Cap. XXII. XXIII. XXIV. muniminis fidei institutam; cui accessit consideratio vaticinii *Zephaniæ Cap. II.* 8. 9. 10. 11. de *Ruina Moabitarum*, Abarbeneli opposita, una cum subjunctis vindiciis Loc. *Jer. XIV.* 8. *Jer. XVII.* 4. *XVIII.* 7. 8. *XXXI.* 15. contra *R. Is. Ben. Abraham, Cap. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. Mun. Fid.* Eruditorum examini submisit *Henricus Beye*, Palæogæa-Bremensis. (pl. 4½.)

Men-

Menſe Julio Exercitationis Philoſophicæ de *Jure Principis diſpenſandi circa Leges præcipue pœnales*, occaſione illuſtris *controverſiæ Anglicanæ*, Partem I. Præſide *Jo. Phil. Palthenio*, Hiſtor. & Moral. PP. ſubmiſit *Johannes* Bähr / Gryphiswald. (pl. $3\frac{3}{4}$.)

In qua §. 1. de legum & hominum inter ſe certamine agit. §. 2. duplicem vocabuli diſpenſationis ſenſum ſcil. œconomicum & politicum notat. §. 3. rem, quæ nomine diſpenſationis continetur, indicat. §. 4. oſtendit Papam primo hoc vocabulo uſum & abuſum eſſe §. 5. diſpenſationem differre dicit 1) ab interpretatione Legis reſtrictiva; §. 6. 2) à mutatione Legis; §. 7. 3) à remiſſione pœnæ; §. 8. 4) à ſuſpenſione legis; §. 9. 5) à permiſſione; §. 10. 6) à privilegio; §. 11. quærit, quodnam jus diſpenſandi Principi circa LL. pœnales competat? §. 12. circa legem naturalem, §. 13. poſitivam, quæ ſub ſe complectitur ceremonialem moralem atque forenſem, §. 14. circa jus gentium. §. 15. circa legem civilem. §. 16. ſpeciatim ad exemplum Regis Angliæ Jacobum II. progreditur, qui quondam ſibi autoritatem diſpenſatoriam circa publicas pœnalesque LL. arrogavit, quæ quidem maximis tot regna turbis, ipſumque tandem Regem ruinæ involvit, & §. 17. affirmat, Legislatoriam imperii facultatem ad Regem atque Concilium populi, quod Parlamentum vocant, pertinere.

Die XIX. Ejusd. Chriſtianus Saalbach / Poët. & Orat. PP. ad Orationem Lat. quâ *Matthæus Ribovius*, Levenhaga-Pomeranus, *Alberti de Wakenitz*, Toparchæ, in Clevenou, Equitis, JCti, & Conſiliarii quondam Provincialis, memoriam anniverſariam celebravit, tabula publica. (pl. 1. in Forma Pat.) invitavit.

Eod. die M. Andreas Ritter / FCt. Philoſoph. Adjunctus, Programmate de *Principum in Carteſium favore*, agente, Commilitones ſuos ad Prælectiones juſſu FCtis Philoſophicæ *Vitam Carteſii* enarraturas invitavit. (pl. 1. in 4to.)

Indicavimus *p.* 174. Theſes quasdam de *Sacerdote Androgyno* ſub Præſidio *D. Joh. Frid. Mayeri*, PP. & Superint. General à *Juſtino Meyero*, Hadel. fuiſſe propoſitas, nunc ipſam Diſſertationem, de *Sacerdote Androgyno*, ſeu Quæſtione: *Num Androgynus ſalva Con-*

ſcientia poſſit fungi Miniſterio Eccleſiaſtico? typis exſcriptam, (4. pl.) quoad præcipua ejus Capita ſiſtimus.

Præfamen expendit Quæſtionem: *An fœminis æquè ac Viris Miniſterium Eccleſiaſticum* ſit committendum? atque brevi recenſu ſiſtit illos, qui mulieribus illud deferendum eſſe putant. Integra verò *Diſſertatio* in *tria* abit *capita*, quorum *primum Statum Controverſiæ* format, an *Androgynus*, *vel Mas*, *vel Fœmina*, *vel Mas & Fœmina ſimul*, ſeu: *An Homo utriusque ſexus*, *ſive ad maſculinum perfectè*, *ſive ad fœmininum integrè*, *ſive ad maſculinum & fœmininum æqualiter inclinans*, *ad officium Miniſtri Eccleſiæ publici ſit admittendus*, *aut*, *ſi admiſſus*, *tranquilla conſcientia eodem defungi poſſit?* Cap. *ſecundum* varias ſententias *Judæorum Romanorum & Pontificiorum* exhibet, ac *Cap. tertium* negativam ſententiam, rejecta affirmativa, confirmat.

Hisce eruditè admodum ſcriptis ac deductis addimus ea, quæ cum *Alberto* Archi-Epiſcopo Bremenſi, quem *Androgynum* fuiſſe quidam exiſtimarunt, *A.* 1376. geſta ſunt, atque argumentum hoc non leviter illuſtrabunt. Sequentia verò in *Autoris* incerti *Hiſtoria Archi-Epiſcoporum Bremenſ.* ap. Erpold. Lindenbrog. *p.* 131. leguntur: *Anno Domini M. CCC. LXXVI. in die B. Agathæ oritur lamentabile crimen & diſcordia inter Dn. Albertum & Capitulum Bremenſe. Decanus de Tzeſterzvlete objiciebat ſibi, quod eſſet Hermaphrodita, ex quo magnam incurrit infamiam, ita quod hujusmodi infamiæ periculum ad delendum, & famam recuperandam, intravit balnea in civitate Bremenſi & Hamburgenſi ſe videri & palpari fecit, ad oſtendendum hujus criminis & objecti ſe eſſe innoxium.* Eadem *p.* 227. *in Chron. Slavorum incerti Autoris* repetuntur: *Anno Domini* 1376. *Albertus Archi-Epiſcopus Bremenſis, frater Ducis Magni de Brunswik, accuſatus per Johannem de Ceſtervel, Decanum ſuum, tanquam Hermaphrodita, utriusque Sexus genitalia; & quod mulieribus utatur ad libitum. Ob hanc cauſam examinatus primo in Hamborch, præſentibus multis prælatis & nobilibus. Sed quia adverſarii dixerunt, examinationem non factam, via & ordine juris ſervatis, ideo examinatus ſecundo in urbe Sunden. & Oſilien. Epiſcopus, & inventus eſt innocens.* De ſplendido verò Convivio, quod hac occaſione *Hamburgi* paravit *Albertus*, fuſius egit Henricus Büntingius, in *Chron. Brunſv. Luneb.*

P. I. p. 107. *sq.* & ex eo Jac. Dan. Erneſti in *Lectionibus Hiſtorico Moralibus Curioſis*, *p.* 36. *ſq.* Aſſervatur in Curia Lubecenſi Chronicon MSS. membranaceum *Lectoris Franciſcani*, *A.* 1385. publica autoritate exaratum, in quo eadem leguntur, quæ, ne fabulam narrare videamur, hic iterum ſiſtimus: In deme ſülven Jahre (1375.) do wart deme Erſe-Biſſcope van Bremen / de Hertoge was geborn to Brunſwik / togelecht / dat he nicht were Mannes Nature / ok nicht en hadde Mannes Betüchniſſe. Dar wolde he anwiſen de Wahrheit / vñ leth ſik to Hamborch beſeen van Heren vñ van Vorſten / vñ van Raatmannen van Lübeke / Hamborch / Bremen. Deſſe ſeghen alle / dat he hadde rechte Mannes Formen. Mer dit en halp nicht to rechte / wente dat in richtes Wiſe nicht en ſchach; hieruñe moſte he ſik anderwerve laten beſeeen.

By der ſülven Tyd (1376.) da quam de vorbenomede Erſe-Biſſcop van Bremen to Lübeke / eñ wert hochliken entfangen mit Proceſſien. He toch fort to deme Sunde / vñ let ſik dar anderwerve beſeen in deme Convente to ſünte Johanne / in der Jegenwordigheit des Biſſcopes van Swerine vnde des Biſſcopes van Özele / nach Uthwiſinghe des geiſtliken Rechtes / vñ men vant alle Dink redelik nach Mennliker Betüchniſſe. He wert darmede ſiner Sake Recht / vnde blef na manich Jahr Biſſcop.

GEDANI.

In Athenæo, Eloquentiæ & Poëſeos Profeſſio, *M. Johanni Sartorio*, Eperienſi Hungaro, anteà apud Thorunenſes Profeſſori ac Viſitatori, abhinc Gymnaſii Elbingenſis Rectori, *XXIII. Octobris* conferebatur. Rector *Samuel Schelguigius* D. | Dom. XXII. p. Trinitatis, è tabulis publicis *Programma*, (1. plag. fol.) De commodis quæ ab Exulibus ad eos, apud quos divertuntur, redundant, præmiſit, exemplisque primùm ex veteri hiſtoriâ Abrahami, Joſephi, Pythagoræ, Ovidii, Ædeſii & Frumentii, Græcorumque à Muhamede II. Turcarum tyranno patriâ ejectorum, deinde etiam, Hungarorum noſtrâ ætate per Germaniam vicinasque provincias longè latèque diſperſorum omnia illuſtravit. In ipſo, qui introductioni dicatus erat, die, Rector de *Hercule Ogmio Eloquentiæ apud Gallos quondam Symbolo* cujus *Lucianus* meminit, verba fecit, hujusdemque Nomen, Locumque & Tempus cultus, nec non Formam, quam imago ejus præferebat, unâ

cum Significatione propoſuit. Hunc novus Profeſſor excepit *de eo, quid Oratoris facundia Poëtis debeat*, perorans.

II. Novembris idem *M. Johannes Sartorius* Cives Athenæi, Programmate, ut moris eſt, ad Lectiones poſthac habendas, invitavit. (1. plag. fol.)

D. Samuel Schelguigius, Theſes *Anti-Socinianas* in XXXII. Manipulos diviſas, & in ordinario Auditorio publicè ventilatas quas 6. Decembris 1702. cæperat 10. Septembris 1704. finiit: Excuſſerunt autem Manipulos Reſpondendo Gabriel Berterus, Gedan. I. & XIII. Daniel Mannius, Elbing. II. & XXXII. Johannes Randovius, Wismar. III. Jacobus Maſchius Belgard. Pom. IV. Godofredus Weiſe, Neo-Sedin. Pom. V. Gabriel Steingræberus, Ged. VI. Ephraim Leichfeld, Ged. VII. Johannes Wilckius, Conicio Boruſ. VIII. Andreas Scher, Bütov. Pom. IX. Zacharias Grünwald, Revalia-Livon. X. David Hanck, Conſtad. Siles. XI. Jacobus Matthæi, Ged. XII. Conſtantinus Gottlieb Gœtke, Conicio Borus. XIV. Gottlieb Richter, Ged. XV. & XXVI. Martinus Gram, Rabſtedio Holſatus. XVI. Conſtantinus Fridericus Hanſchius Ged. XVII. Johannes David Hoheiſel, Ged. XIIX. & XXX. Carolus Godofredus Heinius. Ged. XIX. Gottlieb Hœfes, Ged. XX. Carolus Theophilus Ehlerus, Ged. XXI. Carolus Benjamin Gottwald, Ged. XXII. Johannes David Henrichsdorff, Ged. XXIII. Ludovicus Schultzius, Ged. XXIV. Samuel Joachimus Hoppius, Solquel. March. XXV. Chriſtianus Nitzius, Ged. XXVII. Michael Erneſtus Laſſenius, Ged. XXIIX. Heinricus Gerber, Ged. XXIX. Conſtantinus Bonhorſt, Ged. XXXI. (pl. 8. in fol.)

Ephraim Prætorius, Eccleſiaſtes ad Æd. S. Jacobi, Feſto SS. Trinitatis, die ſcil. VI. Junii, ſacro Baptiſmatis lavacro, in loco ſacro Ædis pro ſuſcipiendis mendicantibus deſtinatæ, (quâ de vid. Ann. 1703. p. 77.) initiavit puellam annos decem jam habentem, à Lutheranis & oriundam & educatam, baptiſmo tamen hactenus deſtitutam. Utque rei vix auditæ exſtaret memoria, ſequens vulgavit πεδίασμα: Sonderbahrer Tauff-Actus, verrichtet im Spend-Hauſe / an einem 10. jährigen Mägdlein / ſo bishero an der Heil. Tauffe verſäumet geweſen; Nebſt kurtzem Bericht vom gantzen

Ver-

Verlauff der Sachen mit diesem Kinde. Dantzig / 1705. (1½. plag. in 4to.)

Die V. Julii Munus Sacrum in Æde Mariana auspicatus est *D. Joachimus Weickhmannus*, hactenus Ecclesiarum Evangelico-Lutheranarum apud *Servestanos* Superintendens, Concionator Aulicus & Consistorialis, nunc verò Reverendi Ministerii Gedanensis Senior, cujus Scripta, in *Nov. Liter. German. T. I. p.* 441. enumerata, hic repetere nolumus. Eis tamen superaddimus tùm *Homilias* in Hymnum illum dulcissimum: Wie schön leuchtet der Morgen-Stern ꝛc. hoc modo inscriptas:

Erklärung des geistreichen Liedes: Wie schön leuchtet der Morgen-Stern / in sechs Predigten abgefasset / nun aber weitläufftiger ausgeführet / und mit nöhtigen Registern / deren das Erste die Abtheilung einer jeden Predigt / in lateinischer und deutscher Sprache in sich hält / zum Druck überlassen. Leipzig / bey Fried. Lanckischen seel. Erben. Anno 1704. (2. Alph. 16. plag. in 8vo.)

Tum *plagulas* nonnullas, hoc titulo conspicuas:

D. Joachim Weickhmanns / treu-gemeinter und beweglicher Zuspruch an seine in Christo JEsu geliebteste Gemeine in Zerbst / darinnen sie ihres Christenthumbs erinnert / und seinen Biblischen Erklärungen / Montags von 10. bis 11. Uhr / in der Kirchen zu St. Bartholomäi / auch künfftigen Catechismus-Ubungen / nebst ihren Kindern und Gesinde fleissig beyzuwohnen / auffgemuntert wird. Leipzig zu finden bey Friedrich Lanckischens Erben. (4½. pl. in 4to.)

Die IX. Julii Præside *D. Samuele Friderico Willenbergio*, Juris & Histor. Prof. P. ac Athenæi Inspectore, Respondens *Johannes Jacobus Rembsen*, Gedan. solenniter in Auditorio maximo disputavit *de Advocatis pauperum* (plag. 5½.) Summa Disputationis hæc est. CAPUT I. *De Advocatorum utilitate*, n. 1. Rubricæ brevis Etymologia. n. 2. Quis verè dicendus Advocatus. n. 3. Varias esse Jurisprudentiæ functiones, interque eas Advocationem. n. 4. Restringitur thema ad Advocatos pauperum. n. 5. Divisio quædam generalis Advocatorum n. 6. Quomodo Advocatus à Procuratore Judiciali differat. n. 7. Advocatorum officium vitæ hominum esse necessarium. n. 8. An respublicæ felices, quæ excludunt Ad-

vocatos. n. 9. Ipſi Advocato officium ſuum perquam oneroſum eſſe. n. 10. An quis ſalvâ conſcientiâ munus Advocati ambire poſſit? Aff. n. 11. An advocatus ad patrocinandum cogi poſſit? Affir. Niſi ſe ex juſtâ cauſâ excuſet. n. 12. Judicem inter litigantes advocatos diſtribuere poſſe, ne ab una parte ſtent peritiſſimi. n. 13. Advocati operam pauperibus imprimis utilem eſſe. CAPUT II. *De his, quibus ob Paupertatem Advocatus dandus.* n. 1. Qualitas divitiarum & paupertatis n. 2. Aliquibus comitem eſſe paupertatem n. 3. Varia pauperum definitio. n. 4. Arbitrio judicis relinquendum, quis pro paupere habendus. Quove ſenſu hic pauper accipiatur. nec non differentia inter pauperem, egenum & inopem. n. 5. Diſtinguitur inter pauperes, qui dolo aut culpa tales & inter eos qui infortunio. n. 6. Caſu tales facti conſiderantur vel in Cœnobiis, vel ſeparatis domibus viventes. n. 7. A pauperibus differunt miſerabiles perſonæ. n. 8. An ad miſerabiles perſonas quoque hæc tractatio pertineat? diſtingv. n. 9. An ad fures, latrones & alios delinquentes? diſtingv. n. 10. Judicis eſſe in cauſa pauperum partes ad concordiam cogere. n. 11. aut ſi litigandum, illis dare Advocatum. Quis ex advocatis ad hoc munus conſtituendus. n. 12. Tria antequam pauper advocatum impetret, requiri. n. 13. Quomodo probetur paupertas Locumque hic eſſe juramento paupertatis. n. 14. Quando id præſtandum, & an à paupere aut ejus liberis reiterandum. n. 15. Paupertatis probatæ effectum etiam ad ſecundam inſtantiam ſe extendere. CAPUT III. *De Officio Advocati in causâ Pauperum.* n. 1. Officii Advocati compendioſa deſcriptio. n. 2. An cauſam iniquam vel dubiam defendere poſſit? n. 3. Advocatum agere debere I. FIDELITER ſcil. 1) aliis cauſis non nimis onerando. n. 4. 2) diligenter cauſam pauperis tractando, nec longius protrahendo. n. 5. 3) Secreta ſui Clientis adverſario non prodendo. n. 6. nec 4) relictâ cauſâ ſui clientis ad caſtra adverſarii ſe conferendo: Licet ſit à ſuo Cliente dimiſſus. n. 7. 5) non debet advocatus litem in medio ſine gravi cauſa deſerere. n. 8. 6) neque cum cliente de Quota litis paciſci. n. 9. 7) multo minus debet totam litem redimere. n. 10. II. MODESTE & quidem 1) erga Judicem n. 11. 2) Erga adverſarium Clientis, Magiſtratum aut alium ſuperio-

riorem. n. 12. Et in genere erga quemcunque clientis adversarium: Ob causæ qualitatem tamen uti licet durioribus verbis. n. 13. 3) Erga ipsum pauperem clientem. n. 14. III. PRUDENTER 1) circa electionem actionis instituendæ. n. 15. 2) Circa actorem ut ejus causam summariter tractet. n. 16. 3) Circa reum, ut causam ejus ordinario processu defendat. n. 17. 4) Factum nervose & breviter proponendum. n. 18. An advocatus in scriptis suis jura allegare possit? n. 19. 5) non dolo & fallaciis utendum, ne quidem in bona causa: nec si adversarius fraude utatur n. 20. Nosse tamen improbas cautelas expedit advocato. n. 21. 6) Adhibere verò dolum bonum prudentiæ est. n. 22. Advocatus imprimis in causa criminali considerate agat. CAPUT IV. *De Officio Judicis erga Advocatum pauperum* n. 1. Summa dicendorum in hoc capite. n. 2. Judex ex officio Advocatum sui muneris monere & contra facientem punire potest. n. 3. Illi etiam salario prospicit eoque vel publico annuo. n. 4. vel ex fisco petito. n. 5. An dives pauperis collitigator ad salariandum ejus advocatum teneatur? n. 6. Si ipse pauper sit Advocatus, an ei debeatur honorarium? neg. nisi petat per modum damni. n. 7. Quantum esse possit honorarium Advocati? n. 8. An pauperis advocato debeatur palmarium. n. 9. Ubi ex fisco deficit salarium, advocatus cogitur pauperi gratis inservire. CAPUT V. *De Obligatione pauperis erga Advocatum suum*, n. 1. Pauper obtentâ victoriâ ipse salarium solvere debet. n. 2. An advocatus quoad salarium in concursu creditorum prælationem habeat. n. 3. Pauper victus & à remuneratione & ab ingratitudine excusandus. n. 4. obligatur tamen ad contestandum gratum animum quâcunque occasione. n. 5. Contra ingratum pauperem ad contestandam gratitudinem nulla datur actio.

M. Johannes Schelguigius, hactenus Ecclesiæ Kœsemarcensis, in Insulâ Gedanensium Stublaviensi, Minister, *VIII. Maji* in Civitatem vocatus Patri *D. Schelguigio*, ad S. S. Trinitatem Pastori, in eâdem Ecclesiâ ut Diaconus adjungebatur, qui Concionem inauguralem ipso Pentecostes festo, in 31. ejusdem mensis incidente, habuit.

Gothofredus Kotzerus, Gedanensis, P. L. C. Minister verbi divini

vini ab Anno 1702., in oppidulo Hela, ditionis Gedanenſis, (priùs verò ab anno 1694. Paſtor in Vico Heiligenhagen / prope Roſtochium,) febri ardente exſtinctus hoc ipſo 1705. Anno, die 28. Aprilis obiit, ætatis ſuæ XXXV. Nuperrimè ediderat: Das ſchwer angefochtene doch hertzlich getröſtete Kind Gottes / in 3. Predigten / über das Lied: Zion klagt mit Angſt und Schmertzen. Gedani; 1705. 8. Item, Daduchum Catechetico-Pſalmodicum, ſive Diſpoſitiones homileticas, über die gewöhnlichen Kirchen-Geſänge. ibid. 8.

Anteà verò ſequentia jam ab eo vulgata ſunt:

Paradiſoſcopia, ſeu Tractatus Philologico-hiſtorico de Paradiſo terreſtri. Roſtoch. 1694. 8.

Heortologus Pſalmodicus, ſive, 3. Predigten über Feſt-Geſänge. Roſtoch. 1695. 8.

Emblemata Paſſionalia, ſive VIII. Predigten über Chriſtus der uns ſelig macht. Lubec. & Lipſ. 1701. 8.

Abzugs-Predigt / in Heiligenhagen gehalten / ex Actor. XX. v. 32. Roſtock / 1702. 4to.

REGIOMONTI.

Die XIX. April. M. Michaël Schreiber, Eloqu. & Hiſtor. PP. Ord. & Bibliothec. Wallenrod. in funere *Joachimi Sonneberg*, Scholæ Cneiphofianæ Collegæ primi Sermonem funebrem ſcripſit, cujus hic titulus: Die hinterlaſſene Grab-Tücher des aufferſtandenen Sieges-Helden Chriſti JEſu / worinnen der Seelige ſich eingehüllet. (2. pl.)

Die XVII. Maji, Idem Academiæ nomine intimavit exequias *Georgii Wilhelmi Mühlküntzel*, urbis Palæopolitanæ Senatoris & Judicis, Thema erat de *Providentia Dei*, *quæ mirificè in quorundam hominum vita ſeſe exerit.* (2. pl.)

Die XXI. Ejusd. in funere *Catharinæ Meienreiſin*, *M. Andreæ Concii*, Mathematici quondam Prutenici, nec non Rectoris Scholæ Palæopol. relictæ Viduæ, Scriptum ſimile, cujus Thema ex 1. *Tim. V.* 3. & 11. decerptum propoſuit, cujus inſcriptio eſt: Rechtſchaffene Wittwe. (2. plag.)

Die XXXI. Maji Programma Pentecoſtale, ſiſtens ex Geneſ. VIII. 11. Matth. III. 16. & Act. II. 3. Spiritum S. ut columbam pacis

cis per totum orbem nunciam, quod nomine Pro-Rectoris & Senat edidit p. t. Theol. Facult. Dec. *D. Paul. Pomian Pesarovius.* (pl. 2.)

Die XII. Junii M. Paulus Rabe, Log. & Phil. Prim. PP. Disputationem Logicam habuit de *Definitione Accidentis Prædicamentalis*, Respondente *Friderico Columbo*, Lycâ-Prussо.

Die XIIX. Junii Præside D. Paul. Pomian Pesarovio Disputationem Historico-Theologicam de *Festo Corporis Christi germ.* vom Frohn-Leichnams-Fest publicavit *Wilhelmus* Wilcke Memel. Pruss. Autor & Respond. in quâ initio in Festi hujus natales inquisivit, postmodum solennitates atque ritus ejusdem descripsit, ac tandem abusus hujus Festi ejusdemq; rituum prolixè refutavit. (pl. 4½.)

Eodem Præside, & *Joh. Fridr. Boretio*, *Schol. Lœcensis Rectore* Autor. & Respond. distributa est disputatio Theologica de *Interitu mundi quoad substantiam*, in quâ æquivocatione vocis mundi enodatâ, autor in genere probat mundum interiturum, deinde in specie quæstionem proponit, an mundus secundum substantiam, an verò tantùm secundum qualitates sit interiturus, utriusq; sententiæ autores eorundemq; rationes prolixè adducit, ipse verò mundum secundum substantiam interiturum statuens, rationes contrariæ sententiæ, eorundemq; objectiones fusè resolvit. (3½. pl.)

Die XIX. Ejusd. sub Præsidio *Joh.* Stein/ U. J. D. & PP. Resp. *Georgius Plomann*, J. U. Candidatus, pro obtinenda facultate legendi *Positiones Juris Miscellaneas* ventilavit. (pl. 1. in 4to.)

Pos. 1. est, quod Christiani licitè judicia exercere possint. 2. quod invocatio Numinis Divini ad substantiam instrumenti publici, non de Jure Civ. sed de Jure Nov. per Recursum de Ao. 1612. requiratur. 3. quod Consuetudo imitetur legem. 4. quod Juvenis 17. annorum possit esse Procurator de Jure Civ. non de Jure Can. & Prut. 5. quod Doctoralis dignitas filium non liberet à patria potestate. 6. quod prodigo non ipso Jure, sed accedente declaratione & decreto magistratus, administratio bonorum interdicatur. 7. quod obligatio etiam ad jus rerum pertineat. 8. quod res in tempestate navis levandæ causa in mare injectæ non habeantur pro derelictis. 9. quod filiusfam. Scto Macedoniano renunciare nequeat. 10. quod filiusfam. de adventitio irregulari testari non possit. 11. quod Ludi jure naturæ non

ſint prohibiti, niſi ex accidenti. 12. quod Jus Feudale Com. ſit non ſcriptum, Prutenicum verò ſcriptum. 13. quod quomodocunque legitimati ſucceſſionis feudalis ſint incapaces.

Die XXII. Junii, die ſc. illo, qui Memoriæ *B. Johannis Dieterici à Tettau*, ſupremi olim in Pruſſia Conſiliarii, Cancellarii, Tribunalis Præſidis, Rerumque Feudalium Directoris quotannis ibi ſacer eſt, orationem habuit paulò ante dictus *M. Michael Schreiber*, de *manu DEI*, *quæ Literato homini honoris ac promotionis januam aperit.* Præmiſſum erat Programma, in quo *B. Tettavii* cum *Cebete*, Philoſopho celeberrimo inſtituta comparatio.

Die XXVI. Ejusd. ſub Præſ. paulo antè nominati *D. Joh. Steinii*, Reſp. *Jacobus Theodorus* Klein/ Reg. Pr. Diſputationem, IIX. Theſes è Lectionibus Lauterb. ad Tit. ff. de *Judiciis* exhibentem, ventilavit. (1½. pl. in 4to.)

Die XXIX. Ejusd. Idem *M. Schreiber* poſtridie exequiarum Sereniſſimæ Principis SOPHIÆ CAROLÆ, Reginæ Pruſſicæ, nec non Electricis Brandenb. ex Electorali Ducum Brunſvicenſium & Luneburg. Domo oriundæ beatiſſimos tantæ Reginæ Manes Oratione funebri ſolenniter conſecravit, quæ jam ſub prælo ſudat. Præmiſerat pariter Programma intimatorium in quo opinio quorundam è Paganis Sapientibus quaſi *Dii invidia tangantur, & ea propter felicibus infortunium aliquod ſubeundum ſit*, curſorie perſtricta eſt.

Menſe eôdem prodiit Exercitatio Theologica Quarta de *Perpetuô ac univerſali Baptiſmô aquæ præceptô*, *contra Fauſtum Socinum*, Præſide *Fridrico Deutſch* S. S. Theol. D. & Prof. Primar. & Reſpondente *Andrea Bernh. Frank*, Bartenſ. Boruſſ. (plag. 3½.)

RIGÆ.

Epiſtolam lectu non indignam de *Coloribus*, ante paucorum annorum ſpatium ad *M. Dav. Caſpari*, Philoſophum atque Theologum prorſus eximium exaravit *Philippus Jacobus* Hartmann/ D. & Prof. Publ. Regiomontanus, quam, benevolè nobiscum communicatam, Novis hisce inſerendam eſſe duximus.

Biennale ſilentium, quod Tuæ in fronte præfixum ægrefaciebant, miratus, mirari deſii, ubi non niſi à filiorum bigâ rumpi Pythagoricum fere ſilentium potuiſſe poſtea addidici. Sed & cauſam

ſcias

ſcias feſtinæ magis meæ loquacitatis, quod hanc geminæ puellæ præcipitarint, ſalutem à filiolis transmiſſam mutua redhoſtiendi ſalute avidæ. Atque illam uno ore omnes, Socer, uxor, domeſtici, quos inter Iuhrius nomen meum profitetur Tibi, Tuæque, Tuisque perennem perpetim nuncupamus. Ut non interruptus rerum ſucceſſus tuos labores, tuos amores, tuas curas ſecundet. Ut ne quis nova tibi fauſta magis apprecetur cum vetera quoque fluxerint ex voto. Ad quam me popoſciſti operam, ut nodos ſolvam, neſcio an promittere queam viribus impar? Et dubius animo hæreo, an nugas meas aliquid eſſe putes ſi tamen & quid ediſſeram, hoc quodcunque ſit, affectui Tuo, quem erga me ſemper pronum adverti me dediſſe Tibi certo perſuadeas. Neque enim adeo vanus ſum, ut qui inextricabiles tricas me extricaturum confidam; aut qui aliis conſilia, quorum ipſe ſum indigus ſuggerere auſim. Amico itaque impertio animus meus quæ de his ſentit controverſiis.

I. Qu. Ex I. Poſt. Anal. An quem ſenſus quidam, cum neceſſario & ſcientia deficiat quædam, quam impoſſibile foret comprehendere? Ratio dubitandi deſumpta ab exemplis colores tactu diſcernentium.

Reſp. I dicturum forte quempiam illis exemplis non tangi axioma. Neque enim deficit hic ſenſus, qui inductionem faciat particularium: tactus enim fungitur iſto munere. Quod ſi velles colores proprium viſus objectum, atque ita labefactare placitum Philoſophi, quod videatur eo ſtatuiſſe: Quem ſenſus quidam, eundem deficere neceſſario ſcientiam objecti, quod ſenſuiſti proprium. Regereret hinc, eſſe hoc in quæſtione, an colores ſint proprium objectum viſus, cum & tactus eſſe iſta velint exempla.

II. Sed poſito, quod colores objectum proprium ſint viſus ex mente Ariſtotelis, uti revera ſunt; Quomodocunque defecerit viſus ſeu à nativitate ſeu ab adoleſcentia, morbo, caſu, conſilio &c. perinde eſt ſi ſcientiam de coloribus acquiſiverint iſti ruet Ariſtoteleum dogma. Verum expendendum eſt, quam ſcientiam intelligat h. l. Philoſophus. Ex cariſſimi *Soceri Analyſi* & *ex textu l. c.* atque inſuper ex *I. Poſt.* 31. (*al.* 28.) §. 8. T. 183. evi-

dens eſt demonſtratiyam intelligi, ſi quis ad omnia reſpexerit probe.

III. Atque talem ſolidam de coloribus ſcientiam aliquem indeptum citra viſus adminiculum, adductis exemplis neutiquam probari poſſe autumo. Ut enim ſenſu quis ſingularium faciat inductionem, quæ univerſalium ſcientiæ ſubſerviat non qualiscunque perceptio per accidens, ſed per ſe & accurata omnium differentiarum inprimis illarum, quas maxime artis eſſe diſtinguere Philoſophus *I. Top.* 16. (*al.* 14.) docet, inter quæ non eſt permagna diſtantia; item non quorundam ſed omnium aut plurimorum ſingularium cujuscunque ſint generis requiritur.

IV. Citati v. Aa. non plurimorum, nedum omnium, omnis generis coloratorum, citra viſum ſenſu tactus cognitorum hiſtoria, offerunt. Neque potis eſt ut fiat, cum omnia corpora quidem ſint viſibilia, ſed non omnia tangibilia. Qui itaque ſenſu viſus deſtituitur, iſtorum, e. g. ſtellarum, cometarum, meteororum &c. ſcientia deſtituetur. Sed nec omnium tangibilium coloratorum ſcientiam aſſecuturum quempiam citra opem oculorum credam. *Grinaldi* quicquid &c. de ſubſtrata materia, ſericeis, laneis, &c. quæ tincta intelligendum videtur. Quantula v. iſta portio ex ampliſſimo coloratorum cenſu? Ejus qui ap. *H. Boyle* inferior gloria *ex p.* 17. 18. *Digbæano* paria fere feciſſe, ſi non majora M. Ulricum Schönenbergerum & alium in Weſtphalia Magiſtrum qui adhuc in vivis ab amicis accepi. Verum hos poſteriores quod attinet, non neceſſum eſt ratione coloris luſorias chartas aut latrunculos diſtinxiſſe, ſed ratione alterius, quod ipſi inventum beneficio phantaſiæ, quo pollent fide, memoriæ inſculpſere penitius.

V. Sed & Grinaldi atque Boyle nominati per accidens ſolum cognoverunt colores: in cujusmodi ſenſus ſæpius falli contingit. Exc. D. Sandii Diſp. de primo cognito inter ſenſibilia legi meretur, habet enim ſi non Autorem vel ducem ἐμόψηφον Socerum. Illuſtrabo illud exemplo. Dabo minium pictorum aliud ſubtiliſſime tritum, alcohol Chymicis barbarizantibus; aliud modo vulgari pulveriſatum, aliud denique in fruſtula contuſum craſſiuſcula. Num quid Ultrajectinus (etiamſi inter digi-

tos

tos contriverit) noverit hæc discernere. Par ratio si materiam diversæ asperitatis, panneam, sericeam, lineam &c. eodem colore fictas omnes; inprimis si villosas tales aut ipsos villos diversæ asperitatis sed ejusdem coloris offerrem. Ego sane mihi tale quid persuaderi non patior, donec certiora documenta suppeditant historiæ.

VI. Insuper cognoverint discrimina in artificialiter tinctis rebus, numquid hæc inductioni sufficiens est observatio ut de uno vel infimo genere colorum possint suppeditare universale demonstrationi? Quid fiet de iis, quæ natura tinxit? de lignis, lapidibus &c. succino, Achate orientali &c. in quibus omnibus alia aliis asperiora, levioraque deprehendi contingit, eodem licet colore fuerint infecta.

VII. Præterea extantiora solum colorum genera ab istis discriminata traduntur. Quid itaque inter medios colores quorum major est numerus, & in quibus discernendis maxime usus est sensu, uti Galenus & Boyle testantur, cum difficilius de his universalia concedantur; illosne abjectos relinquet, qui de coloribus scientiam comprehendere satagit.

VIII. Quod si etiam essent, qui tactu nossent accuratè explorare colores, cogitandum foret annon h. l. liceret intelligere 1ò necessarium, de iis, quæ utut non semper rarissime tamen aliter eveniunt: amat enim aliquando 1ò semper in scientiis poni loco 1ŏ utplurimum. Et quis non, peculiari illorum diosyncrasiæ aliquid deberi, videt? cum alii visu destituti, quamvis præ istorum operibus admiranda magis, citra adminiculum oculorum, quod hæc tamen non minus requirebant, præstiterint, colores tamen tactu discernere nequiverint. Ejus illustre exemplum suggerit *C. Ens L. III. Pansilypi p.* 105. ex *Guicciardino* quod videre est operæ pretium; Rogatus *à me* (*inquit Guicciard.*) *quid maxime omnium videre expeteret? Colores inquit, Uxorem meam, liberos meos cum tango, quales sunt satis exploratum habeo, idea de equo pisce & cæteris rebus eodem modo facio judicium: nec meo interim ingenio, nec ex aliorum institutione comprehendere possum, quid album sit, quid nigrum, quid viride &c.*

IX. Exciderat fere de coloribus, quos vulgus Scholastico-

rum intentionales appellitat, rectius quos ut πάθη ineſſe dixeris. Ad horum Inductionem faciendam omnium ineptiſſimos iſtos quivis advertit. Atqui optica, quæ proprie eſt viſibilium colorum inprimis ſcientia, his unice occupatur. E. veriſſimè & magna cum circumſpectione ſua protulit venerandum os ſtagiritæ. Nunquam enim opticum tactus organo reddes. Qui enim ejusmodi homunciones luſus in prismate, in camera obſcura &c. discernent. Qui in roſis, caryophyllis ad candelam alios colores advertat? &c.

X. Multominus ad liquidorum colores penetrabit acies digitorum. Et quam egregia hic ſe offerat varietas Chymicorum undique loquuntur Commenta præter ea, quæ in vulgus ſunt nota.

Perſtat itaque ſententia Philoſophi ſolidam & accuratam ſcientiam objecti, quod ſenſus eſt proprium, illi qui ſenſum hunc perdidit, nunquam fore ut obtingat. Neque enim citra viſus adminiculum, ullam de coloribus ſcientiam, ſive opticam percepiſſe, rerum hactenus oſtendere monumenta.

II. Qu. Porro de colore ex *L. de S. & S. c. 3.* An cum Carteſio & Grinaldo ſalva Ariſtotelis ſententia ſtatui queat, variationem colorum non niſi à vario partium in ſuperficie ſitu atque diſpoſitione oriri?

Reſp. I. Obſervandum, duplicem coloris definitionem occurrere apud Ariſtotelem, cauſalem vero eſſe hujus loci, ita communis noſter præceptor *Introd. in lect. Ariſt. p. 275.* prolixius *Eromon. Ph. 5. de anima Lib. 3, 3. art. 2. & Cæſal. 5. Qu. P. 7.*

II. Color itaque ſi quæritur, unde vel quæ ejus cauſa? cum ſit viſibile, quod commune habet cum corporibus lucidis, viſibile vero unum quodque ſit propter lumen (uti *Cæſal.* ex Philoſopho *l. c. f. 122. E. F.* & *Gal. 7. de Pl. H. & Pl. c. 12.*) Color ut actu ſit, lumen in cauſa eſſe, liquere arbitror.

III. Quæritur autem, quomodo lumen ſit cauſa viſibilis, an per modum medii, an vero per modum termini? Et eſt Philoſophi ſententia, uti *Cæſal. l. c.* plenius docet cum quo conf. Cariſ. *Socer. Diſp. an lumen ſit corpus: & illa de primo cognito? D. Sand.* Quod *per modum termini lumen ſit* cauſa viſibilis; id quod & definitio

nitio Philoſophi monſtrat. Scilicet medium ut ſit illuminatum omne, non ſemper requiritur, cum e. g. lucida corpora per medias tenebras clarius videamus, quam per media illuminata, ubi obſcuriora evadunt. Colorata pariter; uti videre eſt ex *cameræ obſcuræ*, ſpeculorum Magicorum &c. phænomenis: item quod manum objicimus oculis, aut ipſos connivere faciamus, quo ne medii illuminatio officiat: adeoque inſtitores mercium hoc in uſum transtulere, obſcuritatem tabernis deſuper inducentes. Et tuborum apud veteres ratio in hoc conſiſtit; item novi generis conſpiciliorum *in Act. Phil. Soc. Angl.*

IV. Quodnam vero erit πρῶτον δεκτικὸν luminis, in quo ejus terminus corpora reddat viſibilia hic maxime divortia facere videntur Aa. Ariſtotelis, quantum ego quidem perſpicio, hæc mens fuerit, ſolum in perſpicuo terminum accipiendo lumen in corporibus facere, ut ſint viſibilia. Et illuc omnia Cæſalpini tendere æſtimo.

V. Hinc adeo diaphonum ſeu perſpicuum πρῶτον δεκτικὸν l. c. fere appellatur. *Cæſ. f.* 123. *C. l. c.* Solum perſpicuum à coloribus & lumine affici dictitat; conſentiente *Gal.* 7. *de Pl. H. & Pl.* 15. *NB.* Afficitur diaphanum ſeu perſpicuum, ut interminatum eſt, à lumine; ut vero terminatum eſt à colore *Cæſal. f.* 122. *B. C.* & ab eo, quod uno nomine non licet appellare: quod lucidis ineſt corporibus *E. F.* Duplex enim eſt viſibile, quod perſpicuum terminat, *alterum per ſe tale*, quia ſecum affert lumen proprium, uti ſol, ignis. fungi, herbæ; item animalia: in quibus poſterioribus enodandis curioſitas noſtri temporis fatigatur, uti videre eſt ex Bartholini, Puerarii, Gesneri, &c. ſcriptis: *alterum non per ſe* ſeu per proprium lumen, quod non habet, ſed per adventitium, accedens, quo deſtitutum non videtur, e. g. in tenebris; Et hoc proprie colorum audit genus.

VI. His ergo quod color ratione diaphani variet, contrariari videntur Carteſiani, ex quorum ſecta *Rohault Phyſ. Tract. c.* 27. *n.* 53. *ſolam aſperitatem ſuperficiei inedificare actionem luminis*, ſtatuit; *hancque ineſſe corporibus coloratis dictis cujus cauſa eæ modificationes fiant.* Inprimis ope microſcopiorum hoc vult confirmare, afferendo obſervationem de ſapore, *n.* 54.

VII.

VII. Verum an de coloribus per microſcopia certi quid dici queat, merito dubitare Aa. judico: Vid. *Kerkring. in Spicil. Anat. Obſ. 93. & in Ephem. Germ. An. II. Obſ. 27. D. Paterſen*: quicquid oggerat *Schraderus in Diſſert. Epiſt. de microſcop. Uſu p. 27. ſq.*

VIII. Miſturas quasdam craſſiores, quas artifices inſtituunt, colorem illis aliquo modo deprehendi poſſe non negaverim: hanc in rem exempla à D. Sachſio collecta extant in *Ephem. Germ. An. I. Obſ. XIII. p. 44.* aſt quas natura longe ſubtiliori ingenio miſcuit fruſtra horum unice opera in apricum deduces.

VIIII. Sed tamen ipſorum Carteſianorum commenta pro ſcientia Ariſtotelis militare deprehendi e. g. *Rohault l. c. de colore albo ſaponis* atteſtatur, *Cum omnia ea grana microſcopii ope quis intuetur, ne unum quidem coloratum apparere, ſed omnia diaphana apparere, inſtar fruſtorum informium cryſtalli, aut minutorum adamantum, quæ omnia adeo lumen transmittunt, ut undique id, quomodo acceperunt diffundat.* Et ego compluria ejusmodi in variis obſervavi per adminiculum microſcopiorum. Ex quibus optime Ariſtoteles concludet, E. ratione perſpicui afficitur corpus à lumine ut colorem exhibeat noſtro viſui; i. e. diaphanum corpus adventitio lumine in ipſo terminato coloratum redditur conf. *Caſ. f. 123. B, C.*

X. Non autem aſperum eſſe πρῶτον δεκτικὸν, ut in illo qua tali pro varia luminis adventitii terminatione per ſe varietas colorum in corporibus exſurgat, forte iſta probaverint.

A. Quia aſperitas non eſt proprium objectum viſus, pertinet enim ad figuram (unde *Gal. 7. de Pl. H. & Pl. 7. & 15.* dicit quod formam efficiat figurarum circa partes varietas, non colorem) quæ inter quinque ſenſibilia communia numeratur. Perſpicuum autem aptum natum eſt, & potentia tale, ut proprie viſibile fiat.

B Sequeretur, quod ubi cæteris paribus, eadem aſperitas, ibi idem color, & ubi diverſa, diverſus ſemper exiſteret, quod falſum oſtendunt luſus in vitris, lapidibus &c. In omnibus coloribus, qui ſe habent inſtar πάθους (intentionales perperam dicti) ubi color eſt adventitius ſeu alienus, quoque abeunte res priſtinam induit faciem. Uti aquæ πάθος eſt calor, abeunte enim

enim illo redit ad id, quod ipsi per naturam habitualiter quasi inest, ad frigus nempe. Sed neque in habituali s. fixo colore præditis est verum, cum plurima nativorum, & artificialium istiusmodi, licet asperitate multum differant, eodem tamen colore compareant constanter. Et contra, cum asperitate sint eâdem, diversissimi tamen sunt coloris, cujus fidem facit Ultrajectinus ille *apud Boile*, qui tactu præcellens nigrum & album ratione asperitatis & inæqualitatis adseruit, ut difficile esset eos distinguere. Contra quam se res habet in perspicuo: Hic enim ubi plus perspicui, e. g. plus albedinis, & ubi minus perspicui, minus etiam albedinis, uti egregie demonstrat *Casal. f.* 122. *C. D.*

XII. *C.* Et cum contrariorum contraria debebat esse ratio, cum juxta ipsos albedinis causa sit asperitas, levitas debebat esse causa nigredinis: Uti cum perspicuum est causa albedinis, in nigris corporibus nullum perspicuum esse probat *Cas. f.* 122. *D.* (* quod falsum de Ultrajectino historia proxime cit. evincit. *)

XIII. Dicis: Variatur tamen color variato partium in superficie situ atque dispositione. e. g. multa conjuncta exhibent albedinem, quam integra non exhibent. Sic succinum flavum, crystallus fuscus &c. plura extant exempla in coloribus, qui non per modum habitus sed πάθος rebus insunt, in vitris, collis columbarum &c. Verum fallacia est illa accidentis. Non enim propterea quia magis aspera fiunt aut minus; aut quia situs & dispositio figurarum in superficie mutatur, magis, minusve, sed quia contingit diaphanum illa mutatione accipere quandoque plus minusve luminis vel umbræ; & hinc quidem sequitur: Ubi vero non in diaphano mutatur ratio lucis & umbræ, licet mutetur superficies, non tamen sequitur mutatio colorum e. g. Cretam albissimam, gypsum, Saccharum &c. licet comminuas, non tamen propterea alium induent colorem, aut albedinem exuent. Ita & cum aliis habitualibus coloribus est comparatum. Sed & in istis, qui instar πάθος insunt, hoc locum habet e. g. in speculis magicis, inprimis camera obscura, eadem levitas corporis, quod diversissimas tamen colorum exhibet lineas, propter lucis & umbræ in diaphano variationem. Quare, ut concludam, nonnisi per accidens asperitas aut varius situs partium & dispositio in

ſuperficie ad variationem colorum faciet. Per ſe autem in diaphano diverſa ab opaco luminis terminatio.

XIV. Obſcuritatem Ariſtotelis quod attinet; ſcias *Gal.* iniquum cenſorem Philoſophi, aliud præterea ipſius vitium notare in doctrina de viſione, quod ſibi non conſtet, cum ex hypotheſibus, quas rejecit, Platonis ſcilicet, quædam in meteorologicis problemata ſolverit *V. L. 7. de Pl. H. & P. I. 15.* Sed non permittit mea conditio, his diutius immorari. h. l. puto obſcuritas quædam Ariſtotelis apparens, ex eo, ſi rectè conjicio, quod Pythagoræ ſententiam præferens illis quæ ab aliis dicta erant de coloribus, ejus etiam modos loquendi hac in re fere ſuos feciſſe videatur. Ejus rei conjecturam præter textum ſuggeſſerunt illa, quæ *Stobæus in Eclogis Phyſ. c. 19. & Aut. Hiſt. Phil. ap. Gal.* de Coloribus ex Pythagora poſteritati transmiſerunt.

XV. Textus a. Græcus ſemper inſpiciendus, quippe peſſime redditus eſt Latinis. e. g. ubi Ariſtot. *ſub init.* innuit *def.* cauſalem h. l. eſſe tradendam &c. it. quod τὸ δεκτικὸν paulo poſt non exprimat &c. Quod φῶς ſit χρῶμα τῷ διαφανεῖ καὶ συμβεβηκὸς hoc intelligitur ex *Cæſ. f. 123. E. Interminatio luminis eſt perſpicuitatis cauſa terminus autem coloris. & 124. B. Videtur unumquodque ſecundum ſuperficiem, ſed ſecundum medium nequaquam propter ejus interminationem &c. interminatum autem quatenus interminatum omnino viſum fugit, &c.* NB. Ex quibus etiam apparet, quomodo capiendum, quod τῷ φωτὸς φυσις ἐν ἀορίστῳ διαφανεῖ ſit &c. Quomodo vero varient colores ratione albi & nigri in corporibus; cum hæc eſſe in iſtis quod lux & tenebræ in aëre velit Philoſophus: cum per minima illud fiat, ex proportione perſpicui & opaci illud eliciendum, ſ. arithmetica, ſeu, ut ita dicam, geometrica, ratione exceſſus & defectus - qua poſtrema proportione invenietur medium omnium colorum: qualem *viridem* non immerito ſtatuere videtur *Cæſ.* quod hic æqualem habeat proportionem extremorum 4. *Qu. P. 4. f. 76. B.* hæcque tradendo Ariſtoteles forte ad Pythagorica reſpexit placita. Atque hactenus generationem colorum habitualium, ut ita dicam, expoſuit, hinc pergit ad generationem eorum, quæ per modum πάθους inſunt. Summaque illorum eſt, ſi rectè aſſequor, quod par ratio, ex proportione in

mixtio-

mixtione perſpicui & opaci omnia colorum genera oriri. Non per appoſitionem juxta ſe invicem minimorum ; quod eſt contra Democritum & Carteſianos : Neque per effluxionem ; quod eſt contra Platonem. Verum non noſtrum eſt tantas componere lites. Tantum, quantum horis ſubſecivis colligere licuit per otium (quale mihi vix exiguum concedunt alia ſtudia medica, & Anatomica) Amico, ut dixi ſupra, offero, affectui ipſius magis obſequens, quam ut deſiderio ſatisfacturum me confiderem. Si meliora edoctus fuero, redhoſtiendi loco feram &c.

LONDINI GOTHORUM.

Exhibuimus nuper *p.* 219. Diſſertationem de *Termino Paſchatis Judæorum*, nunc idem Autor *M. Bonde Humerus*, Math. Prof. *Die XIII. Maji*, Reſp. *Abrahamo J. Eurenio*, Angermanno, de *Termino Paſchali Chriſtianorum* diſputavit. (pl. 4. in 4to.)

Quam Diſſertationem II. abſolvit Capitibus, in quorum I. quod de *varia ratione figendi terminum Paſchatis in Eccleſia Chriſtiana, ante tempora Concilii Nicæni* agit, §. 1. dicit, feſtivitatem Paſchalem non uno eodemque tempore apud Chriſtianos fuiſſe celebratam. §. 2. ſq. tempus mutationis evolvit, quod §. 4. liberum fuiſſe exiſtimat, quam libertatem *Pius*, Pont. Rom. per Epiſtolam decretalem §. 5. infregit, §. 6. quo defuncto gravis concertatio inter Anicetum & Polycarpum, §. 7. Polycratem & Victorem fuit, multis aliis §. 8. diſſentientibus, & conſentientium conatu ad Conſtantini M. tempora planè irrito. *Cap. II. Conſtitutionem & inveſtigationem Paſchatis ſecundum leges, conſtitutiones & regulas Concilii Nicæni, uſumque ſtyli veteris, ut & ſtatum termini Paſchalis poſt tentatam emendationem Calendarii Gregoriani* exhibente, §. 1. dicit Conſtant. M. effeciſſe, ut Aſiatici cum Eccleſia occidentali diem Paſchatis uno eodemque tempore celebrare decreverint. §. 2. Canones, è Conſtitutionibus & decretis Patrum & Conciliorum de termino Paſchatis figendo publicatis, collectos recenſet. §. 3. 4. 5. oſtendit hunc vel illum Canonem in cauſa eſſe, quod ſæpius à vero loco dimoveatur celebratio feſti Paſchatis, & reliquorum mobilium feſtorum. §. 6. duplicem inveſtigandi terminum Paſchatis facit methodum, unam aſtronomi-

cam, alteram cyclicam. §. 7. poſt concilium Nicænum termini Paſchatis denominationem rerum Mathematicarum perituſſimis fuiſſe commiſſam ait. §. 8. dicit quosdam exiſtimare ab Alexandrinis excogitatum fuiſſe cyclum decennalem, & connexionem terminorum Paſchalium monſtrat. §. 9. cauſam, quod terminus cyclicus nos à vero termino Paſchatis abducat, anticipationem noviluniorum, infra cycli lunaris reditum, eſſe oſtendit. §. 10. modos varios, quibus determinantur feſtum & terminus Paſchatis ſecundum uſum Eccleſiæ & formam Calendarii Juliani adducit, omniumque facillimum §. 11. tradit. §. 12. Calendarii Correctores *Joh. Regiomontanum* & *Gregorium XIII.* cum correctionis fine §. 13. memorat, tabulamque Epactarum ab Ao. 1700. ad 1900. apponit. §. 14. cauſam recitat, cur Aloyſii Epactarum cyclus non fuerit receptus. §. 15. varios Calendarii corrigendi à nonnullis ſuperiori ſeculo excogitatos modos recenſet. Et denique Tabulam Paſchatum Julianorum ac diſpoſitionem anni Eccleſiaſtici: Tabulam connexionis cycli Solis & literarum Dominicalium. it. Tabulam temporariam Paſchatum variorum, & Paſchalis Calendarii Gregoriani perpetuam ſubjungit.

HAFNIÆ.

Celebratæ ſunt *Die VI. Maji* (quem *Programma Academicum* ſub Rectoris Magnifici nomine impreſſum indixerat, 5½. plag. in fol.) exequiæ Matronæ ac Dominæ *Annæ Catharinæ Dröege*, *D. Hectoris Gothofredi Maſii*, SS. Theol. Doct. ejusdemque in Academia Havn. Prof. Regii, nec non S. R. M. à Concionibus ſacris Germanicis Conjugis deſideratiſſimæ; quæ nobili loco nata, A. 1661. d. 19. Maji, Patre Nobiliſſimo atque Ampliſſimo Viro *Johanne Dröege*, Senatore Hafnienſi, Matre Nobiliſſima Matrona *Anna Nicolai*, primùm in conjugium elocata eſt Viro Nobiliſſimo atque Honoratiſſimo *Nicolao Reimero*, Civi ac Negotiatori Hafnienſi, A. 1678. quod duplici prole beatum, poſt 13. annorum ſpatium libitina diſſolvit. A. 1695. exactô in viduitate integro quadriennio, in amplexus ivit Nobiliſſimi atque Celeberrimi *Maſii*, quem unius filii triumque filiarum Parentem fecit, poſtque conjugium ferè decennale cum illo integerrimè atque ſva-

ſvaviſſimè exactum, ipſo Reſurrectionis Chriſti feſto pia ac placida morte exſpiravit.

D. IX. Ejusd. Diſſertationem medicam de Cauſis Febrium intermittentium in *Collegio Medicèo* habuit *Chriſtianus Römerus Aagaard*, Reſp. *Petro Knoppero*, quam in 4. partes diſpeſcit, prima definitionem Febris intermittentis ex *Ethmullero* & *Williſio*, item *Riverio* proponit, 2da intermiſſionis explicationem ex diſſentientibus *Regnero de Graaf*, *Franc. le Boe Sylvio*, *Ethmullero*, *Williſio* elicit; 3tia cauſam proximam ſ. immediatam ex heterogeneo ſanguini admixto, & remotam ſ. mediatam ex ſucco pancreatico acido alimentis acidis immixto deducit; 4ta hujus materiæ morbificæ hoſpitium deſignat, ſcil. Stomachum, in cujus rugas ſeſe ex reliquiis alimentorum infert. 1. plag. in 4to.

Die XII. in *Collegio Regio Theſes miſcellaneas pro beneficio menſæ Regiæ* publico examini ſubmiſit *Eraſmus Bernhardi Ogler* Regiæ Communitatis Alumnus, Reſpondente *Dionyſio Chriſtiano Krag.* (½. pl. in 4.)

Die XIII. Itidem in *Auditorio Collegii Regii, pro Menſæ Regiæ beneficio* vulgarem, *de veſtigiis Chriſti monti Oliveti impreſſis*, ſententiam examinarunt Declamationibus amœbæis duo Regiæ Communitatis Alumni *Henningius Georgii fil.* & *Chriſtianus Heſſelberg*, quorum ille cum Pontificiis pro affirmativa, hic verò pro negativa cum Proteſtantibus pugnabat.

Die XVIII. Ejusd. Pauli Vindingii, S. R. M. Conſiliarii Juſtitiæ atque Cancellariæ, Aſſeſſoris in ſupremo Tribunali & Collegio Conſiſtoriali, Græcæ Linguæ Profeſſoris & Facultatis Philoſ. p. t. Decani *Autumnus Græcus* ſ. *Diſſertatio tertia* de *variis Linguæ Græcæ Scriptoribus, primæ Laureæ Philoſophicæ Candidatis ad defendendum propoſita*, publicè in Auditorio ſuperiori eſt habita. Scriptores, qui in tertia hac ætate, poſt *Ver* & *Æſtatem* jamdudum publicatas, comparent, ſunt: (1) *Hiſtorici, Diodorus* nempe *Siculus*, quem Illuſtris Auctor contra Ariſtarchos & *Vivem*, defendit, & inſcriptionem Operis ipſius ipſi abjudicat; *Dionyſius Halicarnaſſæus*, quem cum *Glareano* Livio præferre recuſat, *Polybium* ſimul à calumnia vindicans; *Philo Judæus* non injuria à Scaligero ἀνιβεγιῶ dictus; *Flavius Joſephus*, Græcus Livius, in cujus laudes ſeſe diffundit, & illuſtre illud de Chriſto teſtimonium Criticis vexatum ita accipit, ut nihil in eo reperiri, quod à Joſepho,

licet maximè Judæo, de Christo scribi non potuisset, autumet; primum quoque Josephum inter Græcos Scriptores numerasse στίχους sive versus operis sui observat; *Plutarchus*, cujus *vitæ Parallelæ* cum *Eunapio* mirificè ipsi arrident; *Appianus*, quem falsò alienorum laborum fucum *Vossio* dictum, non parcè commendat; *Ælianus*, cujus inter tot barbaros nitorem ac castitatem dictionis plurimis anteponit; *Pausanias*, in cujus scriptis non nugæ & mendacia juxta Scaligerum, sed exquisitissimi Antiquitatum thesauri reperiuntur; *Diogenes Laërtius* in florentissimo argumento minùs graviter versatus, ob *Historiam* tamen *Philosophicam* non contemnendus; *Arrianus*, redivivus, *Xenophon*; *Philostratus Lemnius*, λημνίος, quod ajunt, χειροὶ, h. e, ὠμῇ ἢ ἀδρανόμῳ historiam tractans, Apollonium Thyanæum in scripto nugarum pleno Christo comparans; *Herodianus*, qui an diversus à cognomine Grammatico, incertum; *Dio Cassius*, cujus Opus (Historiam arcam dixeris) magnô judicio conscriptum est, sed in Ciceronem & Senecam nimium injurium; *Eunapius*, in quo ingens partium studium & odium Christianorum taxat; *Zosimus*, purus quidem Scriptor, sed pessimè de Constantino sentiens; *Hesychius Illustrius*, quem Christianum fuisse, contra levem *Suidæ* conjecturam evincit; (2) *Geographi*, utpote *Strabo*, Geographus κατ' ἐξοχήν, ob inspersa libris suis politica & Historica immeritò à *Conringio* vapulans; *Dionysius Afer*, quem ex versu ejus 1051. vel sub Augusto, vel proximè insecutis Tiberii temporibus floruisse concludit; *Ptolomæus*, ob leves hinc inde errores non rejiciendus; *Agathemeres*, cujus antiquitatem insigniter statuminat nulla Constantinopoleos in opere ejus mentio. (3) *Oratores*, *Dio Prusæus*, Chrysostomus dictus, sed stolidè ambitiosus; *Aristides*, Orator tersus & elegans, ὁ ῥητὴρ τῆς Σμύρνης dictus; *Adrianus Tyrius* ob ingenium & eruditionem γόης à nonnullis habitus; *Hermogenes*, qui ἐν παισὶ γέρων ἐν γέρουσι παῖς, Aristotel. in arte oratoria palmam dubiam feciisse visus est; *Dionysius Longinus* Κεφαλὴ λιθίνη dictus; *Libanius* Basilii & Chrysostomi Magister, in cujus Declamationibus omnia excelsa, casta, gratissima; *Aphthonius*, Progymnasmatis celebris; (4) *Philosophi*; *Epictetus* scil. vir miseræ conditionis, vitæ a. integerrimæ, cujus scriptum mole parvum est, rerum excellentiâ ingens; *M. Antoninus Philosophus* Imper., qui Platonis votum suo exemplo implevit, edito libello verè aureo,

aureo, omnis humanæ ſapientiæ ſumma & apice ; *Maximus Tyrius*, dicti Imperatoris Præceptor, in Diſſertationibus cultis & elegantibus ſobriê de Deo philoſophatus ; *Sixtus Chæronenſis* diverſus ab *Empirico* Philoſopho Pyrrhonio ; *Alexander* Aphrodiſienſis, ſummus Interpretum Ariſtotelis ; *Plotinus* Platonis æmulus ; *Porphyrius*, quô nihil Chriſtiano nomini infenſius, diſtinguendus à *Malcho* vitæ Pythagoræ ſcriptore ; *Jamblichus* Juliano Apoſt. intimè dilectus ; *Hierocles*, acerrimus Chriſtianorum hoſtis ; & denique *Syneſius*, Cyrenäicæ Eccleſiæ Epiſcopus, in cujus hymnis ſi quid fortè magis Poëticum quàm Chriſtianum, Proſelyto eſt condonandum. (5) *Medici*, in quibus numerantur hac ætate *Dioſcorides Anazarbenſis*, ſub Impp. *Julio Cæſ.* & *Auguſto* non confundendus cum *Dioſcoride Phaca*, neque ad Plinii ætatem remittendus ; *Galenus*, *Heinſio* magno encomiorum apparatu mactatus, Atheiſmi per calumniam à nonnullis accuſatus ; *Oribaſius Pergamenus*, non, ut *Suidas* habet *Sardianus*, non magis arte, quàm fato ſuo celebris ; *Ætius Amidenus*, diverſus ab *Eunomii* Præceptore, *Comes Obſequii* conſtitutus, de quo aulæ Byzantinæ officio vid. *Lambecius* l. 6. Comment. Bibl. Cæſ. p. 102. (6) *Poëtæ Oppianus*, cujus Ἰξευτικῶν jacturam ſolatur *Eutecnii Sophiſtæ Paraphraſis* A. 1702. à Filio Illuſtris Auctoris *Eraſmo Vindingio* edita ; *Apollinarius Junior* felicior Poëta quàm Theologus ; *Quintus Calaber*, imperitis Cointus dictus ; *Nonnus Panopolitanus* ; *Coluthus Thebanus* ; *Thryphiodorus*, triumviri Ægyptii ; Erotici denique : *Parthenius Nicæenſis*, *Achilles Tatius*, *Heliodorus*, *Ariſtænetus*, *Longus Sophiſta* huc pertinent. (7) Tandem *Grammatici* & *Philologi*, quò ſpectant *Erotiani Lexicon*, *Athenæus*, Lexicographus Coquinarius, ſi ordine Alphabetico digeſtus foret, dicendus ; *Valerii Harpocrationis Lexicon Rhetoricum* ; *Phrynichi Arabii* Epitome dictionum Atticarum ; *Pollucis* Onomaſticon ; *Heſychii Alexandrini*, ſine omni dubio Chriſtiani Lexicon, antiquæ eruditionis penu. Rei quoque miſcellaneæ Scriptores : *Phlegon Trallianus*, de mirabilibus & Longævis ; *Ariſtides Quintilianus* de re Muſica ; *Artemidorus Daldianus* cum Oneirocriticis ; *Diogenianus* cum Proverbiis ; *Polyænus Macedo* Stratagematum ; & *Zenobius Sophiſta* Adagiorum Scriptor. Plures ſtudio omittit Illuſtris Auctor, atque ita tertiam ſcriptorum Græcorum ætatem, maximamque Conſpectus ſui partem abſolvit, quam in Præfat. Bibliothecæ Græcæ nuperrimê

rimè hoc anno editæ Celeberrimus *J. A. Fabricius* ab Illustris Auctoris Filio *Erasmo Vindingio* exspectavit. (plag. 6. in 4to.)

Proximè insequenti *Die XX. Maji*, 65. Academiæ Cives laudatus *Vindingius*, ut Facultatis Philos. Decanus, post habitam *de Fatis Græcæ Linguæ sub Imperatoribus Romanis* Orationem, Baccalaureos solenniter renunciavit. Problema à supremo Laureæ primæ Candidato propositum *de dubiis quibusdam apud Julium Cæsarem & veteres Scriptores locis circa Antiquitates Cimbricas & Germanicas*, resolvendum sibi sumsit *Johannes Bircherodius* Historiarum & Geographiæ Prof. & Collegii Consist. Assessor. Denique novum Candidatis honorem Oratione de *Literaturæ Græcæ misero sub Papatu Scholastico statu, deque Danorum in eandem meritis*, gratulatus est *Severinus Lintrupius*, Philosophiæ & Theologiæ Professor des. & Communitatis Regiæ Præpositus; seriem atque nomina Civium in hoc actu Laurea prima decoratorum exhibet *Programma Academicum* sub Rectoris Magnifici *Johannis Mulenii* nomine impressum.

Die XXIII. In Auditorio Collegii Medicéi Disputationem de *Igne Græco*, ventilandam proposuit *Georgius Christianus Fleischer*, Resp. *Petro Ægidii Bolchero*, ubi primò ejus synonyma adducit, qualia fuere πῦρ ῥωμαϊκὸν, Romaica virtus, Feu Gregeois, Ignis Græcanicus, Ignis maritimus, πῦρ ὑγρὸν, seu de mer, feu liquide, πῦρ ἐνλεκτὸν, ignis missilis, sparsilis, pennatius, inexstinguibilis, Wildfeuer/ Wildefier &c. &c. mox illius Inventionem, quam Callinico Architecto Græco attribuunt Græci, Romani autem Graccho cuidam; deinde compositionem, quæ uti ex variis speciebus, ita varia etiam esse potest; porrò usum tàm navalem quàm terrestrem; denique qualitatem ostendit, quæ in eo maximè consistebat, quod aquâ nesciret exstingui, & tandem quomodo exstingueretur, docet. (pl. 2. in 4to.)

Eôdem die *Johannes Hagerupius* & *Petrus Knopperus* Regiæ Communitatis Alumni de Problemate: *Utrum testimonium illud, quod Josephus de Christo prodidit, genuinum sit?* quod affirmarunt: *Isaacus Vossius*, *Frid. Spanhemius* &c. &c. an verò inslitium? quod *Tan. Fabro*, *Richardo Montacutio*, *Salmasio*, *Heinsio*, *Boxhornio*, *Ittigio* &c. placuit, pro beneficio Mensæ Regiæ in Collegio Regio, oppositis sibi invicem rationib. declamârunt.

(o)

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis OCTOBRIS. A. M DCC V.

WISMARIÆ,

Die *XXI. Julii* tres Lycei illius Alumni *Johannes Henricus* Güldenzopff / Kindelbrucca Thuringus, *Chriſtophorus* Gerlach / Robela Megapolitanus, & *Anthonius Auguſtus* Fromm / Schonberga Megapol. publica diligentiæ ſpecimina edituri, Moderatore *M. Johanne Kindlero*, Rectore de *Ratione humana* ſuas recitarunt orationes. Et *primus* quidem *naturam rationis* expoſuit, *ſecundus inſignia*, *quæ ex ratione proxime fluunt, bona* expendit, *tertius denique uſum rationis in rebus fidei oſtendit. Ibidem* typis exſcripta eſt *Concio* quædam *funebris* ſub hoc titulo:

Die herrlich-gekrönete Glaubens-Ritterin / das iſt / die weyland Wohlgebohrne / nunmehro Wohl-ſeelige Frau **Anna Catharina Pondewels** / des auch Wohl-gebohrnen und Wohl-ſeeligen Herrn **Henning Negendancken** / auff Zierau / Zwiſſel und Wiſchendorff Erb-Herrn / hinterbliebene Frau Wittwe / welche nach gehaltenen Ritterlichen Glaubens-Kampff / am 10. Januar. dieſes 1705. Jahrs zwiſchen 11. und 12. Uhr auff ihrem Hoch-Adelichen Leib-Gedinge Wiſchendorff im 71. ihres Alters den Todt beſieget / und der Seelen nach von GOtt mit himmliſcher Herrlichkeit gekrönet worden / in einer **Leich-Predigt** am 2. April. ſelbigen Jahrs / als der erblaſte Leichnam mit Chriſt-Adelichen Ceremonien in das

Regendankische Erb-Begräbniß zu Prosecken eingesencket wurde/ fürnemlich aus den Worten Pauli 2. Tim. IV. 7. 8. **Ich habe einen guten Kampff gekämpffet** ꝛc. der Leidtragenden Hoch-Adelichen Familie zum tröstlichen Andencken fürgestellet von Johanne Conradi, Pastore zu Prosek. Wißmar bey Matthias Martini. (plag. 14. in fol.)

ROSTOCHII.

Comparuit nuper Scriptum vernaculum, publica Facultatis Theologicæ Approbatione munitum, cujus frontispicium tale est:

Schrifft-und Gewissen-mässiges **Bedencken** / über die Frage: Ob ein Lutherscher Prediger sich könne / bey Ubernehmung der Vocation oder Ordination, oder auch bey seiner Institution, ohne Verletzung des Gewissens / ohne Verläugnung der einmahl erkannten Wahrheit / ohne Aergerniß seiner Gemeine / verpflichten / die Reformirten nicht zu verketzern? Worinnen zugleich der Unterscheid beyder Religionen / in den vornehmsten Glaubens-Articuln / beyläufftig angeführet wird / mit eingeholeter / und vorher gesetzter Approbation der Hoch-Ehr-würdigen Theologischen Facultät zu Rostock / gestellet von einem / umb Beybehaltung der reinen Evangelischen Wahrheit **Treulich Bekümmerten.** Rostock bey Niclas Schwiegerauen. (pl. 7. in 4to.)

Typis excusum haud ita pridem exiit *Schediasma Juris Naturæ succinctè & Methodicè tractati, in quo variæ ac noxiæ quorundam hypotheses, practicis è naturæ principiis, S. Scripturæ lumine illustratis & confirmatis, expenduntur & diluuntur, Autore Joh. Senstio, D. Templi prim. Mar. Rost. Archid. & Past. Cœnobii ad S. Crucem. Lipsiæ & Rostochii, Sumptibus Joh. Henr. Ruswormii* 1705. (pl. 10. in 8vo.)

Solvit præsens Schediasma tres Quæstiones in tribus Sectionibus: I. quid significet jus naturæ, & quomodo hîc sumatur. §. 1. II. An detur jus naturæ, idque partim in statu Integritatis, contra JCtum Batavum G. V. M. §. 2. partim peccati, contra alios. §. 3. III. quid sit, idque secundum 1) Causam efficientem, Deum sc. cordi inscribentem, & in Sinai confirmantem. §. 3. ubi & expenditur principium

cipium essendi, §. 4. & cognoscendi, rejectis hic aliquot sententiis, §. 5. servato principio evidentiori. 2) Causam materialem, eamque vel in qua, sive subjectum, §. 7. vel circa quam, idque materialiter, quomodo cum Decalogo convenit, insperſis quæstionibus de moralitate sabbathi, nuptiis incestis, actionibus internis, &c. §. 8. & 9. ac formaliter, expensis actionibus moralibus, an in Indifferentia, convenientia cum recta ratione, an honestate consistant, §. 10. 3) Causam formalem, quæ est vis directiva & obligativa. 4) Causam finalem, annexa definitione.

P. 146. & 150. *D. Joh. Olearius*, Theologus Lipsiensis, adhuc hodie Sceptra Academiæ tenens, inter demortuos refertur, qui tamen adhuc vitali vescitur aura, quemque ut Deus in seros annos sospitet, cordicitus precamur.

Die XXV. Jul. sub Præsidio *D. Joh. Fechtii, P. P.* proposuit *Theses ex Theologia selectas M. David Schultetus*, Hamburgensis. (1½. pl.)

Scripta oppido diligentis hujus Respondentis Academica, *Wittebergæ* proposita, enumerantur in *Nov. Lit. Germ. T. I. p.* 243. *sqq.* 284. Constituerat aliàs apud animum suum Theologorum Hamburgensium famam adversus *Godofredum Arnoldum* tueri, verum domesticis impeditus negotiis illum laborem in commodius tempus transferre coactus est. In hisce autem *Thesibus* eruditè conscriptis, recentiorum sententias passim adduxit & destruxit, præcipuè verò *Th. XII. Philologi* cujusdam *Helmstadiensis Epistolam, in qua locum illum Genes. II. 18. 19. 20. ubi de vocatis ab Adamo animalibus agitur, sub censuram vocat*, rejecit.

Libellum illum, qui inscribitur, **Licht und Recht**, à gravissimo Theologo, *D. Joh. Fechtio*, pec. *Dissertatione* examinatum fuisse, in *Novis* hisce *Literariis Anni super. p.* 166. *sq.* indicavimus, sed eundem pariter (tecto licet nomine) nuper sub examen vocavit *M. Gabriel Raphelius*, sæpius à nobis laudatus, Scholæ Senator. apud Luneburgenses Con-Rector, in scripto quodam ita insignito:

De Jure Naturæ contra Libellum, qui inscribitur **Licht und Recht**. Anno M DCC V. (4½. pl. in 8vo.) Sistit vero *Caput I. & II.* Responsiones ad Argumenta contraria de *Lumine Naturæ*; *Cap. III.* verò agit de *fundamento Juris Naturæ*.

Die I. Auguſti Præſide *D. Alberto Joach. de Krackevitz*, Catech. ut & LL. OO. PP. Diſputationem Philologico-Philoſophicam Circularem de *Angelis* ex *Pſ. CIV.* 4. publicæ συμφιλολογήτων collationi exhibuit Autor & Reſpondens *Joh. Godofr. Lehmannus*, Gubena Luſatus (pl. 3.)

Autor primò philologicas hujus dicti ſiſtit obſervationes; poſtea verò philoſophicas quasdam inde eruit poſitiones. Priusquam verò eas duabus in quæſtionibus expeditas reddit, §. 13. quærit: *Num Angelorum eſſe & exiſtere absque Scripturæ libro ex ſola rationis lumine pateſcat*? Pergit deinde §. 14. ad quæſtionem 1. quæ eſt: Num τὸ *Spiritum eſſe*, inſinuare poſſit prædicationem eſſentialem, eam ſc. quæ vocatur conſtitutiva? & reſpondet affirmando. §. 15. alterum problema excutit, quod eſt: *Qualis ſit prædicatio, Angeli ſunt flammæ ignis*? eamque cum *B. Meiſnero* inuſitatis annumerandam eſſe cenſet.

Die XXVII. Auguſt. Wilhelmus David Habermann/ Roſtochienſis, ſub Præſidio *Joh. Ern. Schaperi* Med. Doct. & P. P. Duc. Ord. ac Ser. Duc. Regent. Archiatr. Diſſertationem Medicam Inauguralem de *Signis imminentium morborum, ad præcautionem neceſſariis*, publicæ Eruditorum cenſuræ ſubmiſit. (conſt. 3. pl. in 4to.)

Diſſertatio ipſa in ſex Capita diſtribuitur, quorum I. Signa ex hominis nativitate; II. ex Conformatione corporis; ac III. ex functionibus Spirituum deſumenda; IV. Signa ex Excernendis; V. ex Alimentis, ac denique VI. ex Sanitate, Morbisque præteritis haurienda proponit, & adjectis obſervationibus, ex diverſis autoribus collectis, confirmat.

Occaſione hujus Diſſertationis *Dn. Præſes* conſcripſit Propempticon Inaugurale, quô quæſtionem illam *An è Coloribus in Microcosmo reperibilibus, iisque mutabilibus, in Medicina aliquid probabiliter judicari poſſit*? examinat, & affirmativam amplectitur ſententiam: deinde vitam Dn. Candidati recenſet. Natus enim hic eſt Roſtochii, Patre jam beato Dn. *Caſparo Habermanno*, J. U. D. & Prof. Inſtit. Duc. Publ. & Matre adhuc ſuperſtite *Maria Brandes*, Dni. *Davidis Brandes*, Senatoris quondam Roſtoch. meritiſſimi, filia. Ab his parentibus Scholæ Patriæ, & Rectoribus t. t. M. *Nihen-*

kio

kio Sen. & M. *Mohrio*, nec non t. t. Con-Rectori M. *Jac. Burgmanno*, nunc Philoſoph. Prof. commiſſus, literarum tanta cepit incrementa, ut 1689. Albo Academiæ nomen dederit, & Medico ſe devovens ſtudio prima fundamenta, ſub t. t. Profeſſoribus Dn. *Barnſtorffio* & Dn. *Gerdeſio* jecerit, poſterioremque in Academiam Gryphicam fuerit ſecutus. Poſtea in Hafnienſi Academia Dn. *Bartholinum* & *Harweckium*; in Regiomontana Dn. *Starckium*, *Hartmannum*, *Woſeginium*, aliosque audivit. Inde petiit Rigam, ibique Phyſici & Practici ejus loci feliciſſimi Dn. *Martini* favorem expertus eſt. Porro per Poloniam ulterius tranſiit in Hungariam Superiorem, & aliquandiu Medici Eperienſis Dn. *Czincreſti* conſuetudine uſus, inde Viennam pervenit, cumque ſimul Mathematico incumberet ſtudio, Patris ibidem *Kalienceſski* è Soc. Ies. encheireſes in Aſtronomia vidit. Tandem Sveciam ingreſſus eſt, cumque videret, quantos è Mattheſi capere poſſet fructus, ibidem à Collegiis Geometrico ac Ingeniariorum (ut vocant) examinatus, in Svecicas Germaniæ Provincias, ut eas Geographicè delinearet, Regio juſſu remiſſus eſt, quam Spartam egregia diligentiâ & fidelitate per aliquot annos ornavit, nec oblitus fuit, Matheſi Practicæ Medicinam jungere. Depoſitô autem hoc Architecturæ Militaris officio, Berolinum profectus, ubi & ſubinde, Superiorum juſſu, hanc vel illam Regionis partem Geographicè delineavit; illinc vero nunc Roſtochium rediit, ſummos in Medicina honores impetrandi fine.

Die XIX. Auguſti Examen ſubiit Diſſertatio Juridica de *Jure Principis circa Adeſpota*, Præſide *Joh. Joach. Schœpffero*, U. J. D. & PP. Com. Pal. Cæſ. & Conſiſt. Megapol. Aſſeſſ. & Reſpondente *Jeremia Steyr*, Lesnenſ. (pl. 5.)

Conſtat illa *III. Capp.* In I. quod de *Jure Principis circa Adeſpota in genere agit*, n. 8. tradit adeſpotorum deſcriptionem, quod ſint *res ſ. bona, quæ certum dominum, qui ea ſibi propria vindicet, non habent.* n. 10. theſin format, omnia ſc. Adeſpota pertinere ad Principem. n. 12. Dominium Eminens deſcribit. n. 17. quærit an revera detur, & n. 18. an ad res eccleſiaſticas etiam poſſit extendi? n. 23. dicit, Principem damnum boni communis cauſa factum reſtituere teneri. n. 26, 27. Adeſpota Domino eminenti

indiſtincte ſubeſſe. n. 29. ſq. Principes adeſpota privatis quandoque concedere, n. 32. quærit: An jus Romanum circa adeſpota, in Germania ſit receptum? *Cap. II.* de *Jure Principis circa Adeſpota, quæ nunquam alicujus fuerunt*, agit, & ſex illorum ſpecies recenſet n. 3. ſqq. 1) fera animalia. n. 32. ſqq. 2) metalla. n. 43. ſqq. 3) Sylvas. n. 50. ſqq. 4) Alluvionem. n. 59. ſqq. 5) Res mobiles inanimatas pretioſas inventas, & n. 63. ſqq. 6) Loca inculta. *Cap. III.* de *Jure Principis circa Adeſpota, quæ alicujus olim fuerunt*, agente, tres eorum ſpecies affert. 1) n. 2. ſqq. Hereditatem vacantem. 2) n. 26. ſqq. Bona ſponte derelicta, & 3) n. 42. ſqq. Theſaurum.

GRYPHISWALDIÆ.

Die XXII. Julii ſub Præſidio *Brandani Henrici Gebhardi*, *D. & Prof. Publ.* Disquiſitionem de *Ruina Æthiopum & Ninevitarum*, Cap. 11. 12. 13. 14. 15. *Zephaniæ* deſcripta, ſubjunctis Vindiciis. Jerem. XXXI. 31. Hoſ. II. 11. Amoſ. II. 6. V. 2. Cap. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. *Muniminis Fidei R. Iſaaci Ben Abraham* oppoſitis, eruditorum cenſuræ ſubjecit *Matthæus Wollitſchius*, Treptoa-Pomer. (pl. 2.)

Die XXX. Julii Præſide *D. Joh. Frid. Mayero* Prof. Prim. & Pro-Cancell. Theſes Theologicas de *uſu Acidularum* defendit *Dan. Gottfriedus* Kammetcke; Sedin. (1½. pl.)

Theſ. 1. animadvertit in eos, qui Thermarum Acidularumque uſum Chriſtiano indignum cenſuerunt. Th. 2. 3. 4. 5. probatur, uſum Balneorum, Thermarum & Potionum nemini vitio verti poſſe. Th. 5. Exceptiones *Bernhardi* diluit, uſumque *Acidularum* in reliquis theſibus fuſius commendat.

Sumptibus *Joh. Wolfg. Fiſckweileri*, Bibliopolæ, apud Gryphiswaldenſes officinam librariam inſtruentis, prelo nuper exiit.

D. Ægidi Strauchi, Theologi olim Vittenbergenſis atque Gedanenſis, de Eccleſia Chriſti immortaliter meriti, *Theologia Moralis*, in Academia Regia Pomeranorum è MSSto edita, atque Disquiſitioni publicæ expoſita à *D. Joh. Frid. Mayero*, Conſiliario Regio, Theologo Prof. Prim. Univerſ. Pro-Cancell. & Superint. Generali, qui *Bibliothecam Scriptorum Theologiæ Moralis & Conſcientiariæ* adjecit. (1. Alph. 5½. plag. in 8vo.)

Die

Delectat vero Autor in hoc scripto tum brevitate tum perspicuitate. Breviter *n. quæstiones* juxta ductum Decalogi proposuit, easque perspicuè admodum atque solide resolvit, ut non sine fructu legi possint atque adhiberi. Quapropter celeberrimi hujus operis *Editori* ingentes persolvendæ sunt grates, quod è tenebris in lucem illud protrahere haud fuerit dedignatus. Nomina Respondentium hoc ordine leguntur. *M. Nic. Köppen*, SS. Theol. Baccal. & Fac. Philos. Adjunct. M. Justus *Wessel Rumpelus*, SS. Theol. Baccal. & ad D. Jacobi Ecclesiastes Sabbathicus, nunc quoque Facult. Theol. Adjunctus. *M. Caspar. Stoy*, Noriberg. *M. Andreas Ritter*, Lubec. *M. Joachimus Manzel*, Rostoch. *M. Laur. David Bollhagen*, Stargard. Pom. SS. Theol. Baccal. *M. Gottliebus Schelguigius*, Gedanens. *M. Frider. Gentzke*, Usedom. Pom. *M. Fridericus Quade*, Zach. Pom. *Jacobus Flint*, Sund. Pom. *Matthias Menckhusen*, Gryph. Pom. *Albertus Henr. Sledanus* Sund. Pom. *Joh. Ludov. Würffel.* Gryph. Pom. *Phil. Christianus Crazius*, Bollenhag. Pom. *Joh. Godofr. Bleccius*, Stetin. Pom. *Petrus* Tigerstädt / Nob. Svec. *Fridericus* Kühn / Pasewald. Pom. *Matthæus Wollitsch*, Trept. Pom. *Jo. Ericus Schultz*, Hohend. Pom. *Jo. Frid. Martini*, Wusterh. Pom. *Jo. Sam. Büttnerus* Stadâ Brem. Placet vero nobis Scriptores illos tum *Lutheranos* tum *Reformatos*, tum *Pontificios*, (hunc n. ordinem adhibitum fuisse legimus) commemorare, qui ad *Bibliothecam Scriptorum Theologiæ Moralis & Conscientiariæ* pertinent, laudantur ergo *Joh. Guilielmus Baierus*, *Frid. Balduinus*, *Friedemannus Bechmannus*, *Felix Bidenbachius*, *Casp. Erasmus Brochmandus*, *Georgius Calixtus*, *Joh. Conrad. Dannhauerus. Georgius Dedekennus*, *Joh. Georgius Dorschæus. Ludovicus Dunte. Joh. Cunradus Dürrius. Christianus Eichsfeld*, *Melchior Sylvester Eckardus*, *Casp. Finck. Joh. Gerhardus. Zacharias Grapius. Joh. Hulsemannus*, *Andreas Keslerus. Georgius König. Joh. Hen. Majus. Gebhardus Theodorus Meier. Philippus Melanchthon*, *Arnoldus Mengering*, *Joh. Nicolaus Mislerus. Joh. Olearius. Joh. Adamus Osiander. Joach. Pollio*, *Andreas Prücknerus. Henricus Rixnerus*, *Sam. Schelguigius*, *Joh. Schmidius. Justus Christophorus Schomerus. Philippus Jacobus Spenerus. Joh. Steuberus. Jacobus Stolterfoht. Theologi Wittebergenses*, *Henricus Walms.* Quibus adjungi potest *Joh. Grafius* Theologus Tubingensis, qui *Theologiam Positivo-Polemicam Francof.*

1684.

1684. edidit, in qua Varenios *Casus Conscientiæ* enotavit. Num *Tob. Wegneri Homiliæ casuales* huic Catalogo inseri possint, ab aliis edoceri cupimus. Nunc sequuntur *Reformati* scriptores, puto *Angli* in genere, & in specie. *Joh. Henricus Alstedius. Guilielmus Amesius. Lambertus Danæus. Josephus Hall. Heinrichus Hammondus. Joh. Hoornbeeck. Joh. Maccovius. Petrus van Mastricht, Guilielmus Perkinsius. Andreas Rivetus. Robertus Sanderson, Gisbertus Voetius.* Eis tamen *J. Taylors D. dubitantium.* ex Anglico in Germanicum Sermonem translatus *& Bremæ* 1705. excusus addi meretur. Quos denique excipiunt *Pontificii* nimirum *Alexander 7. M. Pontif. Romanus. Johannes de Alloza, Johannes Anastasius de Arana, Franciscus de Arauxo, Antonius Arnoldus, Joh. Azor, Martinus ab Azpilcueta, Nicolaus Baldellus, Franciscus Bardus, Eligius Bassæus, Stephanus Baunii, Ludovicus do Beja, Andreas Blancus, Hieronymus Blancus. Martinus Bonacina, Homobonus de bonis, Martinus Bresserus, Adamus Burghaber, Hermannus Busenbaum, Jacobus de Graffiis à Capua, Joannes Caramuel Lobkowiz, Ferdinandus de Castro-Palao, Ludovicus Cerqueira, Thomas de Chaves, Ludovicus de Conceptione, Antonius Cordubensis, Franciscus de Corduba, Antonius Diana, Johannes de Dicastillo, Stephanus Dechamps, Antonius de Escobar & Mendoza, Honoratus Faber, Stephanus Fagundez, Antonius Fernandez, Johannes Ferrier, Vincentius Filliucius, Georgius Gobat, Jacobus Gordonus, Ludovicus Granatensis, Richardus Hall, Henricus Henriquez, Innocentius XI. Christophorus de S. Josepho, Petrus à S. Joseph, Paulus Laymannus, Petrus de Ledesma, Leonardus Lessius Jacobus Lobetius, Ludovicus Lopez, Franciscus de Lugo, Johannes de Lugo, Johannes Elias Madao, Johannes Maldonatus, Petrus Marchant, Johannes Martinez, Andreas Mendo, Ludovicus de Mendoza, Julius Merlorius, Ludovicus Molina, Johannes Monaldus, Ludovicus Montalvius, Antonius Fernandez de Moure, Didacus Pantoja, Benedictus Pererius, vulgò Pereira, Benedictus Pereyra, Mauritius Philippii, Pellegrinus Polleta, Antonius de Quintanaduennas, Alphonsus Ramon, Theophilus Raynaudus, Valerius Reginaldus, Josephus Rocafull, Jos, Rossel, Emmanuel de Saa, Thomas Sanchez, Leander de Sanctissimo Sacramento, Maximilianus Sandæus, Gregorius Sayrus, Franciscus de Sesse, Dominicus de Soto, Franciscus Suarez, Johannes Franciscus Suarez, Thomas Tamburinus, Vincentius Tancredus, Johannes Tellerus, Franciscus Toletus,*

Toletus, ſive de Toledo, Baptiſta Trovamala, Johannes Ægidius Trullench, Luiſius Turrianus ſive Torres, Martinus Alphonſus Vibaldus, Franciscus de Victoria. Hisce ſuperaddimus *Natalis Alexandri Theologiam Dogmaticam & Moralem, ſecundum ordinem Catechiſmi Concilii Tridentini, in quinque libros diſtributam*, quæ *duobus Tomis* abſolvitur, & *Coloniæ 1698.* recuſa eſt in folio.

STARGARDIÆ Pomeranorum.

Typis Joh. Nicolai Erneſti exſcripta eſt: *Trutina*, ad quam dogmata quædam Medicinæ per rationes philoſophico-medicas theoretico-practicas obſervationes & experimenta ad oſtendendam certitudinem ſcientiæ & Artis medicæ juxta artis principia examinantur à *Joachimo Friderico Hamelio*, Med. Licent. & Circuli Dramburg. Medico ordinario. ($6\frac{1}{2}$. pl. in 4.)

Dedicatoria epiſtola directa eſt ad Dn. Andream Pietrowitz Izmailoff, Czareæ Ruthenorum Majeſtatis penes Ser. Regem Pruſſiæ Legatum Extraordinarium Prœmium agit de Scepticiſmo ſ. Veritate Scientiarum dubia. §. 1. Certitudinem medicam definit. §. 2. Communiter ſic dicta quatuor elementa examinat, illaque ut corpora minimè ſimplicia rejicit. E contra §. 3. materiam primi, ſecundi & tertii elementi ut vera rerum principia extollit, & earum proprietates, §. 4. exiſtentiam, §. 5. indolem, naturam ac effectus demonſtrat. A principiis pergit ad principiata, & §. 6. de Aqua, §. 7. Aëre, §. 8. Terra, & §. 10. Igne varia recenſet dogmata, illorumque certitudinem rationibus atque experimentis confirmat. §. 10. quæ de Circulatione Sanguinis; §. 11. de Corde quod ſcil. Sanguificationis exiſtat officina; §. 12. de Salium uſu ac abuſu in Medicina; §. 14. de Mercurialibus medicamentis; §. 15. de certitudine Medicinæ ex demonſtrationibus Mathematicis exſpectanda; §. 16. de Medicamentis quibusdam ſpecificis certa pronunciari queant, enarrat. Deinde cauſas, quæ Medicinam in inſignem incertitudinis ſuſpicionem dent præcipitem §. 17. & 18. perpendit. §. 19. Obſervationum utilitatem, & §. 20. Pharmacopæiæ, Chimiæ atque Chirurgiæ neceſſitatem declarat; & tandem objectionibus iſtis, quod ſc. Medicina, §. 21. ob diſſenſum Medicorum circa mor-

borum causas, & §. 22. varias, quibus scatet, conjecturas, incerta dici mereatur, respondet.

Impensis fratrum Ernestinorum ibidem impressum fuit *Novum Testamentum* Idiomate Germanico, cujus titulus sic apparet:

Das Neue Testament unsers HErrn JEsu Christi / verteutschet durch D. Martin Luthern / mit ausführlichen Summarien / so wol der Capitel als der Seiten und Columnen / samt Abtheilungen der Capitel / wie auch vielen nützlichen / zur Erläuterung des Texts / und Handleitung zu heylsahmen Gebrauch / als Lehre / Trost / und Ermahnung dienenden Parallelen; Wobey nebst der geistreichen Vorrede Lutheri über die Epistel St. Pauli an die Römer / und ordentlicher Verzeichnung der Sonn- und Fest-Tags-Episteln und Evangelien / wie dieselbe so wol aller Orten / als sonderlich in Pommern gebräuchlich / (welchen letzteren die Parallel-Sprüche für die Schuel-Jugend beygesetzet /) auch kurtzen Anweisung / wie der Psalter auff jede Sonntage nützlich zu gebrauchen / noch hinzu gefüget sind: *I.* Der Psalter Davids. *II.* Die so genannte Epistel-Texte / so nicht im Neuen Testamente zu finden. *III. D.* Gerhards Trost-Sprüche und Gründe / in allerley Nöhten zu gebrauchen. *IV.* Ein Gesang-Buch der bräuchlichsten alten und neuen Lieder. *V.* Ein geistreiches Gebet-Buch auff allerley Fälle gerichtet / in welchem nebst kurtzer Erklärung des Heil. Vater Unsers / auch einige Gebete für Reisende und Seefahrende befindlich. *VI.* Die Historie vom Einzuge Christi in Jerusalem / am Palm-Sonntage. *VII.* Die Passions-Historie. *VIII.* Die Historie von der Aufferstehung und Himmelfahrt Christi / aus den vier Evangelisten. *IX.* Das Symbolum Athanasii. *X.* Die Historie von der ersten und letzten Zerstörung der Stadt Jerusalem. *XI.* Der Catechismus Lutheri / nebst der kurtzen Summa des Gesetzes und Evangelii / wie auch des gantzen Catechismi / nach der Pommerschen Kirchen-Ordnung. *XII.* Die Kirchen-Gebete / so im Pommern so wol des Sonntages nach der Predigt / als auch in denen wochentlichen Bete-Stunden gebräuchlich; Wobey noch schließlich eine kurtze Anweisung / wie die Abkürtzung der Wörter über denen Spalt-Seiten müsse gelesen und verstanden werden / hinzu gethan. Mit Königl. Preussi-

Preuſſiſchen und Churfürſtl. Brandenburgiſchen allergnädigſten Privilegio. Dritte Ausfertigung. Stargard in Pommern / Verlegt durch Joh. Nicolaus und Gottfried / die Ernſten / Gebrüdere. 1705.

GEDANI,

Joh. Chriſtoph. Gottvaldi, Med. Doct. & Pr. Ged. Cogitata

de Cruce in Fruſto Ligni Fagini mirabiliter expreſſa.

Multos ac varios Naturæ Operantis effectus quotidie deprehendimus, quorum aliqui communem Naturæ ſequuntur ordinem, alii ab ordinaria recedunt viâ: quæ diverſitas quidem non ſolum in Regno Animali, ſed & minerali & vegetabili continuò conſpicitur; illic tamen inſolitos ejusmodi effectus præter communem naturæ curſum accidiſſe, eosdemque monſtroſos ac deformes dicere ſolemus, quemadmodum, ſi in corporibus inanimatis ob turbatum germinationis aut vegetationis motum tales effectus deprehendimus, eos irregulares, ac luſus ſive ludibria naturæ appellamus. Atque ad hujusmodi luſoria Naturæ opera mirabilis quædam Crucis figura (Pictores crucem S. Antonii diſtinctim nominare ſolet,) in medio Fagi Trunco expreſſa pertinet, de qua plenam hic relationem cum benevolo Lectore communicamus.

Anno 1700. Menſe ni fallor Januario Miles quidam præſidiarius fortalitii Gedanenſis quod ad Viſtulæ Oſtium ſitum eſt, è ligni portione quæ præſidio à Magiſtratu annuatim impertitur, fruſtum fagineæ Arboris ad uſum fortè culinarem deſtinandum, ſecuri findere conatur, quod ad primum ictum vehementiorem in duas ſtatim æquales partes diſſilire videt; poſtquam autem ita lignum disruptum erat in utraque ſuperficie interna Crux modo nominata oculis ejus ſe objicit, quo aſpectu inſolito perterritus miles ac in admirationem raptus, illico Chiliarcham ſuum adiit, lignumque ſecum ferens, quomodo res geſta eſſet,

eidem enarravit. Hic verò mox ſibi illud adſumſit, & ad mortem usque ſervavit, quæ cum poſt menſes aliquot contigiſſet, Ampliſſimus Urbis Senatus illud in Civitatem apportari, utque in Bibliothecâ publicâ cùm aliis cimeliis aſſervaretur, voluit. Quod ipſam Crucis hujus figuram attinet, quæ in utraque ligni disrupti parte cernitur, longa pedem unum cum pollicibus; in una quidem parte crux elevata eſt, in altera verò profundè defixa ad modum archetypi cujusdam ſ. primæ formæ, ſecundùm quam ſimulacra expediri ſolent; color utrinque fuſcus ſ. ſubniger apparet, illic tamen maculis quibusdam flavis interſtinctus, heîc v. nigrior eſt & quaſi ferro candenti exuſtus.

Quod ſi jam conjecturas quasdam de hoc naturæ miraculo dare debemus, veriſimile nobis videtur, primùm hujus figuræ fundamentum ab otioſa quadam manu jactum eſſe, dum cultro vel cuneo medium arboris adhuc teneris truncum diffidit, ac poſtea inſtrumento alio acuto, aut quod malim dicere, ferro candenti ſimilis figuræ ſtigma eidem impreſſit, ex quo demum poſt multos annos, ubi Arbor iterum coaluit, & in molem excrevit, præſens prodigium ortum fuit. Paria Exempla videri poſſunt in Miſcell. N. C. Dec. 1. An. 6. & 7. Obſ. 4. Dec. 2. An. 7. Obſ. 239. & ap. Jo. Olorinum Cent. Arb. mir. &c. ubi variæ iſtiusmodi figuræ in ligno varii generis, præſertim a. fagino, expreſſæ repræſentantur. Nec tamen illud quoque abnuerim, ſolius naturæ operatione, ſine ullo hominis Artificio tale quid fieri potuiſſe, ut in aliis rebus multis tam vegetabilibus quam mineralibus, quæ in Muſæis curioſorum hominum aſſervantur, mirabiles hujusmodi naturæ effictiones abundè deprehendimus. Sic inter cimelia mea diligenter aſſervo Radicem Arboris orientalis, quâ Leonis figura naturaliter ſculpta, nec non aliam radicem, quâ avis figura repræſentatur: Ut taceam imagines illas quæ in lapidibus ſubſtantiæ cæteroquin duriſſimæ adeo accuratè depictæ a. alio modo effigiatæ exſtant, ut Artificis opus niſi ſuperent, ad minimum æquare poſſint; Tale naturæ ludibrium ipſe quoque in achate nigro obſervavi, quo buſtum ſive imago thoracida germ. Bruſtbild / cernitur, nec non in duobus lapidibus Gottlandicis, in quorum uno Papilio, in altero infans faſciis involu-

volutus exprimitur, quos lapides itidem inter res meas pretiosas servo, de quibus aliisque rebus naturalibus, alibi opportunior dicendi occasio erit. Atque ex hoc quidem fundamento de hac nostra cruce quoque asserere liceret, eam naturaliter factam esse. Existimo autem tales figurationes s. in medià arbore s. in superficie accidant, ex morbo quodam generari, cui arbores quoque obnoxias esse novimus. Huc faciunt σφακελισμὸς, s. sphacelus, scabies, roratio s. defluxio a. Catharrus, aliaque Naturæ vitia, de quibus Theophrastus Hist. Plant. IV. 16. Plinius H. N. XVII. 24. aliique consuli possunt. Causa talium Morborum à fermento peregrino, quod naturali succo obsistit, derivanda est; cum enim succi ab ordinario motu impediuntur, angulos proximos à lineâ rectâ secedentes occupant, ibidemque ob varios fibrarum Vasorumque tum horizontalium tum longitudinalium nexus, quos Ant. de Leeuwenhoeck Anat. Rer. Microscopio detect. curiosè detexit, majorem minoremve resistentiam inveniunt; atque inde stagnantes succi Tubercula varia & excrescentias formantes, diversas quoque configurationes efficere possunt. Atque hæ sunt leves cogitationes nostræ de tam mirando naturæ opere, quod forte ulteriori disquisitione dignum foret; sed hæc in præsentiarum sufficiant.

Ejusdem, de Paralysi è Febre acuta Scorbutica, Scholion.

Vir robustus, & ut cum Vulgo loquar, ferreæ qs. naturæ, annum jam quinquagesimum quintum absolverat, potui quotidie impensius indulgens, die XI. Maji, currentis Anni 1704., intensiori frigore, artuumque tremore correptus per aliquot horas fortiter agitatur: Advocatus ego Tertianam ordinariam, quæ tum temporis frequens inter homines erat, esse judicabam & optabam; conducibile enim fore credebam corpori quod cruditatibus multis à longo jam tempore per inordinatum Vitæ genus collectis, abundabat, si febre tertiana continuante humores corrupti & peccantes corrigerentur & à dyscrasia revocarentur; sed in eo me fefellit opinio, quod, cum tertio hinc die, qui 13us

erat ejusdem Menſis recurrentem Paroxyſmum exſpectarem, illius loco intra femoris Muſculos ſub Recto & Vaſto externo dolor pungens Patientem invaderet, quare ipſum de Podagra modo futura tanquam re melioris notæ gratulabar, & utinam ſubſequuta fuiſſet, nam certò certiùs eram perſuaſus latere adhuc anguem ſub herba majus minitaturam periculum, undè minus ſecurum eſſe ægrum ſuadebam, qui ſuis viribus nimium quantum fidens, brevi de hoſte ſuo triumphaturum ſe dicebat, ſed Eventus in contrariam rapitur partem, ut mox audiemus: poſtero die dolor quidem minus urgebat, malo omine, & 17mo Menſis planè ceſſabat, peſſimo indicio, levia interim deliria ſubſenſi, quare ad cœleſtem, Animæ videlicet curam properandum conſultò duxi, quæ 18vo quoque inter lachrymas poſt ſeriam Pœnitentiam Peccatori concedebatur; hoc facto Morbi vehementiam infringere multis medicamentis appropriatis tentavi, ſed fruſtra; augebantur indies Deliria cum ſubitanea Virium proſtratione, quies nulla aderat, ita quidem, ut mœſtiſſima Conjux cum adſtantibus amicis ſupremum jam agere Maritum crederet: continuabant quoque deterrima hæc ſymptomata, à 17mo quo primùm deliria inceperunt, ad 25. usque, qui nonus erat morbi dies criticus, ubi hæc remittebant, quies redibat, appetitus invaleſcebat, denique omnia in eum eſſe mutatum ſtatum videbantur, ut omninò ſolutum morbum quilibet judicaſſet; aſt membra à graviori Morbi labore confracta quaſi exiſtebant, & quod magis, totum dextrum latus Paralyſis occubat, poſt nimiam Ebullitionem ſanguinis à ſubſidentia fæcum ſine dubio cauſata; proinde non auſi fuimus fortioribus medicamentis, quibus tamen indigebat, dormiens hocce malum movere, ne materia recrudeſcens majorem tum humorum tum Spirituum jacturam faceret; tempus dandum eſſe cenſui quo vires ſenſim recuperentur, ut ſic natura opitulante, novum tentare aſſultum poſſemus: data interim fuerunt, corroborantia, corrigentia, reſolventia, humectantia aliaque pro ſcopo noſtro neceſſaria, nec defuit Effectus bonus, inconſtans tamen & per vices tantum ſecundus; unde cum depoſita materia moveri cepit, ſubſequutum eſt Aſtma, Tuſſis c. frequentibus dejectionibus,

bus, febris lenta cum fastidio tàm Alimentorum quàm Medicamentorum & tandem Mors, postquam novem hebdomadas rotundè decubuerat. Hoc casu edocemur quam verissimum sit divi Coi, Aph. S. 2. 19. Morborum acutorum non in totum certæ sunt prænuntiationes, neque salutis, neque mortis.

REGIOMONTI.

Die III. Julii, *M. Michaël Schreiber*, Eloqu. & Histor. PP. Ord. Progr. in exequiis *Matthæi Kleinii*, Senatoris Cneiphofiani, nec non Judicii Aulici Advocati Ordinar. scripsit, cujus titulus hic est: Der Groß zu haltende Klein. (plag. 2.)

Die IX. Julii, Ventilata est Dissertatio Theologica de *æterna Protoplastorum post lapsum salute*, Præside *Paulo Pomian Pesarovio*, SS. Theol. D. & Prof. Extraord. h. t. Decano. & *Johanne Victorino Gregorovio*, Schiffenburg. Pruss. Schol. Gerd. Con-Rectore, Respondente & Autore. (plag. 3.)

In qua §. 2. & 3. enodata vocum *æterni* atque *salutis* æquivocatione, §. 4. *Tatianus*, salutem Adami in dubium vocans, tanquam adversarius sistitur. Hinc §. 5. 6. 7. & 8. media adducuntur & explicantur ad salutem æternam consequendam necessaria; quibus quod etiam Protoplastæ usi sint à §. 9. usque 12. fusè probatur, quapropter de salute eorundem æterna haud dubitandum esse, contra Tatianum §. 13. infertur, cujus dubia una cum aliis dicto & seq. 14. §. breviter tandem solvuntur.

Eod. die in funere *Joh. Jacobi Melhornii*, Phil. & Jur. Cult. 18. ætatis anno denati, Programma edidit modo nominatus *M. Schreiber*, cujus hoc est lemma: Unterscheid der Gedancken GOttes und der Menschen. (2. plag.)

Die XI. Julii, Idem *M. Schreiber* Diem S. R. Maj. in Prussia Domini FRIDERICI, Genialem Panegyrico celebravit, cujus hoc fuit thema: *Publicum in publico luctu solatium Rex est FRIDERICUS.* Præmiserat more solito Programma invitatorium ad hunc actum occasione ex Clemente Alexandr. *L. 6. Stromat.* decerpta, de tribus in Persia montibus memoratu dignis, quorum primus, vocem clamantium, sed confusam: secundus, majorem strepitum

tum hominum velut belligerantium : tertius , plausus ac jubila auribus ingerat. In applicatione primo monti nuncius de insperato Beatissimæ Reginæ *Sophiæ Carolæ :* secundo , sepultura ejusdem : tertio Regis Natalis comparatur.

Die XV. Ejusd. M. Fridericus Stadtlender / Reg. Pr. S. M. C. de *iis , ex quibus Virtutum Actiones sunt æstimandæ ,* disputavit , Resp. *Christoph. Henrico Wegnero* , Reg. Pruss. S. Theol. & Philos. Stud. (3. plag.)

Die XXI. Ejusd. in funere *Jacobi Glennii* , Pastoris Pictupöhnensis in Districtu Tilsensi Senioris , *M. Mich. Schreiber* evulgavit Programma Germanicum hujus tenoris : Krone des Alters / welche der Seelige mit grossem Ruhm auff der Welt getragen / hernach durch einen seeligen Tod mit der Krone der glorwürdigen Ewigkeit verwechselt hat. (1. pl.)

Habuit verò in exequiis hisce , & quidem in templo Pictupöhnensi Parentationem , in qua proposuit , qualiter numerus octonarius B. Viro fatalis fuerit. (1) Natus est A. 1638. (2) Academ. Regiom. ingressus est 1658. (3) Pastor loci hujus factus cum 28vum ætatis annum confeciset. (4) in ministerio vixit 28. annos. (5) Inter 8. Ecclesias Lithuanicas , quæ in Districtu sunt Tilsensi , Senior fuit. (6) Ex prima conjuge 8. suscepit liberos. (7) Cum secunda 8. annos placidè vixit. (8) Nepotes 8. superstites reliquit. (9) Septimus cum esset Ecclesiæ suæ Pastor , octavum vivendo attigit , scil. Martinum Schimmelpfennig , qui aliquot annos ejus Adjunctus fuit , cum spe successionis. 10) A. 1678. per Svecicam in Terras Borussiæ irruptionem omnibus bonis spoliatus est. (11) 8. Dies ante obitum sacris se refecit epulis. (12) obiit Ao. ætatis 68. (13) Tumulo illatus Hora 8. vespertina. Cui DEus 8. Beatitudines concedere velit.

Die XXX. Ejusd. Georgius Kast / Med. D. PP. Resp. *Jacobo* Sinckenau / Dissertationem Medicam habuit pro Loco ordinario quarto Professionis Medicæ de *Salivatione Mercuriali* (4. plag. in 4to.)

Die XXXI. Ejusd. in funere *Joh. Christoph. Kressii* , LL. Stud. instituit aliquoties adductus *M. Schreiber* Christliche Heu-Betrachtung / s. Comparationem Beati cum fœno. (2. pl.)

Eodem Mense Philippus Ruhig / Insterb. Pruss. & S. Minist. Candi-

Candidatus, publicæ luci commiſit *Diatriben ex vetuſtiſſimis monumentis tum ſacris præſertim, tum profanis Idolum omnium primum ſiſtentem*, cujus contenta hæc ſunt. §. 1. Status quæſtionis conſtituitur. §. 2. & 3. utrum ante diluvium idola fuerint, disquiritur? §. 4 ex Hiſtoria Romana atque Græca de propoſita principali quæſtione judicari non poſſe aſſeritur. § 5. 6. & 7. Belus Babylonius ſ. Baal antiquiſſimum idolorum ſymbolicorum ſtatuitur. §. 8. origo judicanda proponitur. §. 9. Dubia quædam circa ſententiam conceptam ſolvuntur. §. 10. Ratio nominis Beli inveſtigatur. §. 11. Materia atque forma externa deſcribitur. §. 12. Ratio cultus hujus exponitur. §. 13. ubi terrarum in Aſia, Africa & Europa iſta viguerit Idololatria indagatur. §. 14. Progreſſus ſecundum ſecula ſubjicitur. (pl. 6.)

Obitum Auguſtiſſimæ Reginæ Pruſſiæ SOPHIÆ CHARLOTTÆ Carminibus ſuis in Academia Regiomontana ornarunt ſequentes.

Joh. Amſel, U. J. D. & PP.
Anonymus quidam.
D. Johann. Berent, Jud. Aul. Conſil.
M. David Blæſing, Mathem. Prof. & Inſpect.
Joh. Chriſtoph. Boltz, U. J. D. Prof. Ord. Secundus.
M. Arnold. Brüning, Mindenſis, Eccleſ. Pobetenſ. in diſtrictu Grünhoffienſi Pruſſiæ Presbyter tricenarius.
Theophilus Büchner, Jud. Aul. Aſſeſſ. extraord. & Conſiſt. Sam. Advoc. Ord.
Carolus Henr. Chariſius, Conſil. Aul. Conſiſt. Samland. Aſſeſſ. & Prof. Jur. Pr. Extraord.
Fridericus von Derſchau, Conſil. Appell. Jud. & Aul.
D. Fridericus Deutſch, Prof. Prim. Aul. Reg. Prut. à Conc. Primar. & Sambuc. Conſiſt. Aſſeſſ.
Georgius Emmerich, Med. D. PP. & S. L.
Joh. Erhardus Etmüller, Commiſſ. Secretarius.
M. Hieron. Georgi, PP.
Joh. Georg. Golz, Med. D. & PP.
Chriſtoph. Conr. Görizius, S. Theolog. D. & PP.
Philippus Jac. Hartmann, D. PP. f. f.
Joh. Henricus Hoyer, U. J. L. & PP.
Jac. Klein, ſuprem. App. Conſil.
Michael Kongehl, P. L. Cæſ. Senator.

Melchior Lübeck, Secretarius.
Theodorus Pauli, U. J. D. Prof. Prim. ſupr. Appell. Jud. & Aul. Conſil.
D. Paul. Pomian Peſarovius, Theolog. Prof. Extraord. Eccleſ. Cathedr. Paſtor & Conſiſt. Samb. Aſſeſſ.
M. Paulus Rabe, Log. & Philoſ. Prim. PP. Ord.
Georgius Raſt, Med. D. & Prof. Ord. quartus.
Carolus Jacobus Röſer, D. & PP.
Bernhardus von Sanden, S. Th. D. Paſt. Lœbn. &. Conſiſt. Samb. Aſſeſſ.
Gothfredus Sand, Ph. & Med. D. PP. Ord.
Henr. Schönfeld, U. J. D. PP. & Senat. Palæop.
M. Mich. Schreiber, Eloqu. & Hiſt. Prof. Ord. Bibliothec. Wallenrod.
Joh. Georg. Schwarz, von Eiſſelwitten.
Petrus Schwemmer, U. J. L. & PP.
M. Joh. Ern. Segers, Græc. Lit. PP. Ord.
Joh. Frid. Starcke, Med. D. & PP.
Joh. Henr. Starcke, Phil. ac Med. PP. Ord. Prim. S. R. M. in Pruſſ. Conſil. Aulicus & Archiater.
David Stavinski, U. J. D. & PP.
Conrad Stein, J. U. D. & PP.
Joh. Stein, U. J. D. Prof. Ord. tertius.
M. Georg. Thegen, Phil. Pract. & PP. Ord. FCt. Phil. Senior.
B. Tileſius, J. U. L. & PP.
Chriſt. Walther, S. Th. & Prof. Ord. Paſtor que Sackheim.
M. Laur. Weger, Prof. Ord.
D. Gottfr. Wegner. S. Th. PP. & Conc. Aul. Secund.
Georg. Woſegin, Med. D.
Simon Zowicki, U. J. D. & PP.

E ſexu fœmineo.

Eliſabetha Dorothea Beyersdorffia, nata *Weiſſia*.

Lipſiæ impreſſum fuit *Regiomontum vivens* hoc titulo:

Das jetzt lebende Königsberg in dem Königreich Preuſſen / darinnen der Königliche Regierungs- Univerſität und Kirchen-Staat / benebſt den Stadt-Magiſtrat, wie auch alle in 1704. Jahr daſelbſt edirte Diſputationes und Tractate, nebſt einen vollkommenen Regiſter aller Gebohrnen / Vertraueten und Geſtorbenen vorgeſtellet werden. Leipzig, Verlegts Joh. Heinichens Wittbe. 1705. in 12mo. (plag. 3.)

THO-

THORUNII.

Die XXV. Sept. Anni ſuperioris M. Georgio *Wendio* Præſide, Reſpondens *Antonius* **Giering** / Thorun. cum Opponentibus *Petr. Dzicovio* & *Georgio* **Henrichsdorffs** / Thorunenſ. *Naturæ Pictricis Specimen Thorunienſe*, h. e. *Figuratos quosdam Lapillos prope Thorunium in Viſtulæ præterlabentis Littoribus collectos*, conſiderandos exhibuit. (pl. $\frac{1}{2}$.)

Duo verò Schemata figuratorum lapillorum facit, *primum*, qui *naturalium* rerum figuras exhibent 1) in Cœlo Solis & Aſtrorum, 2) in terra α) Arbuſcularum β) fructuum γ) coralliorum, δ) cochlearum, ε) conchularum & conchyliorum, ζ) Oculorum, η) Scarabæi, θ) Oſſium fractorum, & ι) Ætites, qui in nido aquilæ deprehenſus eſt. *Secundum*, qui ab arte factarum rerum typos referunt, & vel punctorum, l. crucis, l. rotularum, l. quinquangulorum, l. retium, vel lumbi denticulati, l. literarum, l. ſagittæ, l. cumulatis aliis figuris ſuperbiunt.

Die V. Nov. Ejusd. anni Eodem Præſide à Reſpondente *Johanne Majore*, Illavienſi, Ungaro, & Opponentibus *Joh. Bräunigio*, Smigla-Pol. & *Joh. Georg. Zœbnero*, Thorun. propoſita fuit *Paſſio Chriſti*, mirandis quibusdam figuris in *Regno Mineralium* repræſentata. pl. 1.)

Abſolvitur autem 9. *Aphorismis*. §. 1. præter alias in mineralibus figuras etiam deprehendi *Paſſionem dominicam*, hinc §. 2. Crucis figuram in ſilicibus & marmoribus §. 3. calicem Euchariſticum, deſuper hoſtia S. nobilitatum, inſuper & S. Crucis cuſpidibus utrinque cuſtoditum in marmore Turcico; §. 4. Inſcriptionem, quam cruci Pilatus affigi curavit, ſecundum literas initiales J. N R. J. in Saxo, qui in Latio invenitur; §. 5. Agnos cum Crucibus in eorundem capitibus in gemma; item Agnum Sapphyreum, ſuperne Crucis ſigno donatum, in Cryſtallo; §. 6. Agnum ſerpenti, à quo faucibus diductis infeſtatur, Crucis ſignum opponentem in Cryſtallo; §. 7. Servatorem, in Crucis ligno expanſis brachiis pendentem, in marmore, gemma & aliis mineris exhibet. §. 8. disquirit, qua ratione contingat, ut Lapides iſti Gamahetici variis ejusmodi impregnentur Imagini-

bus, & §. 9. percontatur num mineræ iſtæ, quà figuratæ, virtutem aliquam occultam in ſe contineant.

Die VII. Julii M. Georgius Wendius, Rector Gymnaſii Thorunenſis, inter vivos eſſe deſiit, cujus vitæ rationes, ab ipſo ante ejus analyſin ad nos transmiſſas, brevi conſpectu ſiſtimus. Natus eſt Wratislaviæ A. 1635. d. 18. April. Patre *Adamo Wendio*, Cive & Negotiatore ibid. A. 1658. Menſe Januario conſtitutus eſt illuſtr. Scholæ Olsnenſis in Sileſia Con-Rector. A. 1661. Menſe Nov. vocatus eſt Profeſſor Mathematum in Gymnaſio Patrio Eliſabethano. A. 1669. Menſe Nov. ſuſcepit in altero (Magdalenæo) Gymnaſio Profeſſionem Philoſ. Pract. Hiſt. & Eloqu. in qua ſparta per ipſos 13. annos multa Dramata publicè exhibuit. A. 1670. d. 4. Oct. in Palmiferum Ordinem à Sereniſſimo Saxoniæ Duce, *Auguſto*, eſt receptus, & *Plantantis* nomine condecoratus. A. 1682. Menſe Octobri conceſſit Olsnam ubi ipſi à Serenisſimo Principe, Sylvio Friderico, Illuſtris Collegii Equeſtris Profeſſio & directio, inſimul verò etiam Scholæ oppidanæ Inſpectio, commiſſa fuit. A. 1688. Menſe Aprili perrexit Laubam in Luſatiam, ad Rectoratum & Inſpectionem ibidem in Lyceo ſuſcipiendum. A. 1695. Menſe Majo vocatus eſt Thorunium, ad habenas Gymnaſii Academici, Rectoris ac Profeſſoris nomine, dirigendas; qua in Provincia, præter alia ſpecimina, etiam Diſputationes non paucas in lucem edidit. Ejus verò Scripta potiſſima hæc ſunt:

1. Centuria Epigrammatum. Jenæ. 4to. 3½. plag.
2. Diſp. Theolog. de Exorciſmo, quatenus in Baptiſmo locum habet. Jenæ. 4to. 4. plag.
3. Epitome Theologiæ Paracleticæ in Tentationibus ſpiritualibus. Olſnæ. 8vo. 1½. plag.
4. Der Juden Lied vom Pſeudo-Meſſia, Schabbaſi Zebhi, mit Annotatiunculis. Breßl. 8vo. 3. Bögen.
5. Exercitat. Hiſtorico-Politica, disquirens, An Cæſares aliqui Romani, per diſcordiam forte in S. R. Imper. electi, Francofurti olim ſe ſiſtere, armisque adeo Anti-Cæſarem repellere ſoliti fuerint, nec ne? Thorun. 4to. 2. plag.

6. Oratio

6. Oratio Parentalis, quâ trium admirandorum recenſione juſta perſoluta ſunt B. D. Joh. Ern. Gerhardo. Budiſſæ & Laubæ. 4to. 6. plag.

7. Das beehrte Fürſten-Glück / das iſt / kurtzer Entwurff der ehmahls gehaltenen Fürſtl. Geburts-Dramatum und Freuden-Reden. Oelß. 4to. 12. Bögen.

8. Chriſt-Fürſtl. Oelßniſcher Gordianus und Palladium, oder 2. Freuden-Reden / in derer einen der Ertz-Hertzog / Sylv. Friederich / mit Gordiano, die Ertz-Hertzogin / Eleonora Charlotta, mit dem Palladio verglichen werden. Lauban. 4to. 8. Bögen.

9. Intimationes Actuum & Dramatum curioſorum. Laub. 4to. 1. Alphabet.

10 Friedliebende Beantwortung etlicher zanckſüchtigen Zunötigungen / womit Hr. Joh. Muſcovius, Paſt. Prim. in Lauban / auff dem Rahthauſe und in der Schule neue Unruhe machen wollen. Laub. 8vo. 4. Bögen.

11. Genealogia Debſchiziana. Lauban, in fol. 1. Alphabet.

12. 8. Diſputat. de Republica Ebræorum. 4to. Thorun. 5. Bögen.

13. De Pannifice Goldbergenſi, Laubæ in Somnis concionante. Dantiſci. 4to. 1½. plag.

Vidit Thorunium præter Wendium adhuc alia triſtiſſima Virorum præclariſſimorum funera, obiit nimirum.

Die XIX. Sept. A. 1704. *Johannes* **Lütken** / Reipublicæ Thorunienſis Præconſul & Præſes. Et

Die XXX. Ejusd. Benedictus **Lindershauſen** / Judicii Palæopolitani, quod Thorunii eſt, Aſſeſſor & Vice-Magiſter.

Die XV. Januarii 1705. *Benjamin* **Herdens** / Philoſ. & Med. Doctor, ut & Practicus in Thorunienſi Civitate, tumulati fuerunt.

HOLMIÆ.

Exiit nuper Libellus, cujus titulus ita legitur:

Hodegus Grammaticus Theoretico-Practicus, das iſt / ein kurtzer und compendieuſer Weg-Weiſer / in einer gantz neuen Methode, welcher einen Knaben durch leichter und vortheilhaffter Vorſtellung

ſtellung des Generis Nominum durch eine wohl eingerichtete Declinationem Etymologicam, Praxin Infinitivorum, Praxin Syntacticam, Vocabularium Etymologicum und Vocabularium Technicum Grammatices &c. zur lateiniſchen Sprache / ohne daß er viele Regeln auswendig lerne mit geringer Mühe und groſſen Nutzen führet. Elucubriret von J. J. Fichtelio. Bey Michael Laurelius. 1705. (1. Alphab. in 8vo.)

Nuper Hamburgo miſit Epiſtolam *Richardus* von der Hardt/ Oſnabrugo-Weſtphalus, ad *Johannem Peringſchiöldium*, Collegii Regii Antiquitatum Secretarium & Antiquarium, ac Polyhiſtorem Suecicum, Holmiæ magna cum laude florentem, in qua exhibuit *Johannis* Epiſcopi Aboenſis *Literas* verbum *Maskoth* explicantes, ut & *Bergeri* Suecorum Regis Mandatum ad *Nicolaum Anderſon*, Præfectum Finlandiæ, de Sylvarum & prædiorum cultura in Tavvaſtia non impedienda. Hæc ergò κειμήλια, Eruditis non ingrata, cum Notis, à diligentiſſimo *Hardtio* adjectis, Novis noſtris inſerenda eſſe duximus.

Univerſis præſentes literas inſpecturis (α) Johannes divina miſeracione Epiſcopus Aboenſis ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus per præſentes quod nos ſub anno Dni M CCC LXX tertio circa purificationem Mariæ per terram Nylandiæ in viſitationis officio transeuntes intelleximus, magnam fore difformitatem in diverſis parochiis ſuper & pro (β Maskoth minoribus decimis ac aliis exhibitionibus eccleſiaſticis exhibendis quæ in diverſis parochiis terræ Nylandenſis inæqualiter & difformiter hactenus ſolvebantur. Unde non modicus error clamor & contentio inter clerum & populum terræ Nylandenſis in grave animarum periculum fovebantur. Nos igitur, ut tenemur hujus-

(α) *Paulus Juſten in Chronico Epiſcop. Aboenſium MSto. D. JOHANNES cognomento Weſtfaal natione Aboenſis qui chorum & præbenda (Ligna & Sal quæ Parochi Legatis publice miſſis exhibere debebant) S. Catharinæ in Eccleſia Cathedrali fundavit. Obiit in* Nyteгårdh *Ao.* 1374. *& ſepultus jacet in Choro S. Catharinæ. Hujus tempore Caſtrum* Raßborg *exſtruitur.*

(β) *Quaſi* Matſkot *vid. Scheff. de Archiepiſcopis, Upſal. pag.* 228.

hujusmodi clamoribus, contentionibus & erroribus viam præcludere cupientes convocatis ad Karum clero & populo Nylandenſi ad præſentiam noſtram nec non nobilis viri Hennichini Dyme pro tunc advocati caſtri Viborgenſis ex communi utrarumque partium conſenſu voluntario ſtatuimus, ac ordinatione in perpetuum valitura declaramus, quod Maskaut, ſecundum literas prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc confectas, quarum tenores ſunt ſubſcripti in debitis & conſuetis terminis, ſub pœna trium marcharum integraliter exſolvantur. Cum pauperibus vero, qui tali modo ſolvere Maskaut ſuum non ſufficiunt, ad judicium bonorum Virorum Curatus conſcientioſe agat, prout eorum inſufficientia requirit & paupertas. Majores decimæ exhibeantur, ſicut prius eſt ſervatum (γ) *Minores* vero *decimæ*, quocunque nomine acuſentur, nullis penitus excluſis, prout etiam in litera venerabilis patris Domini Domini Birgeri Archiepiſcopi Upſalenſis lucidius exprimitur, devote & integraliter exſolvantur. Præterea diffinitum fuit, quod de (δ) *Sagenis* ſingulis caudam dictam Kalff (ε) habentibus detur Curato una pars, dicta Maskaut, cum piſce, qui capitio, meliori. De aliis vero piſcibus, quocunque modo DEO largiente capiuntur, & foca decimæ ſolvantur integrales, & ſimiliter (ζ) de eſperiolis, avibus, aliisque beſtiis ſilveſtribus quibuscunque. Item concordatum & ſtatutum fuit, quod viri dicti Malamen, habentes proprias domos & ſuppellectilia dicta Boskap, modicum tamen vel nihil ſeminantes benivole ſolvant loco Maskaut quinque ſolidos

(γ) *Quæ decimæ minores olim ſint vocatæ (Gall. menuës diſmes) apparet ex antiquo diplomate Moliſmenſi nec non alio Ialiſmondenſis, ubi mentio fit decimarum minorum* hoc eſt decimarum de lana, de lino, de canaba, de agnis, de porcellis, de vitulis. *Du Freſne Tom. 2. pag. 22.*

(δ) Sagena *navigii piſcatorii genus quod ſimul jure utitur intra certum ſpatium piſcandi du Freſne Tom. 3. p. & Schefferus de Archiepiſcop. Upſal. pag. 228. Lingua Weſtphalica* Die Säge iſt ein groſſes Fiſchgarn/ da man in tieffen Strömen mit fiſchet.

(ε) *Weſtphalice* Küt.

(ζ) *Ita plene exſtat vocabulum obſcurum. Celeberrimus Elias*

lidos Suenos Curato, eccleſiæ unum ſolidum & tantum Campanario. Alii vero Malamen non habentes domos proprias, ſed cum aliis habitantes ſolvant Curato unam (η) *orum* ſuenam, Eccleſiæ quatuor denarios Suenos & tantum Campanario, Mercenarius ſolvat Curato 1. ſolidum Suenum, mercenaria quoque ſolvat 6. denarios. Item (ϑ) *husquina* ſolvat Curato unum ſolidum, & duos denarios Campanario. Omnes & ſingulæ aliæ obventiones devote & integraliter exhibeantur, prout clare docent tenores infra ſcripti, quorum quidem originalia in eccleſia Kathedrali ſub ſalvis Sigillis impoſita conſervantur. In quarum ordinationum & diffinitionum majorem evidentiam ſigillum noſtrum, una cum ſigillis circumſpectorum virorum, videlicet Hennichini Dyme prædicti, Nicolai Pederſſon, Symonis Johannisſon pro tunc exactorum regii in Nylandia, Andreæ Suenſſon cum ſigillo terræ Nylandenſis eſt apenſum. Datum & actum aput Eccleſiam Karum eodem anno decima ſeptima die menſis Februarii. Appoſito tamen ſigillo terræ 4. die poſt. Data aput eccleſiam Tenalee in communi placito.

Brenner explicabit hæc alia in antiquitatibus ſuis Finlandicis & quidem in Commentario de Fennicæ Gentis origine, religione priſca, Regibus vel rectius Magnis principibus, Lingua ejusque cum Tartarica aliisque Aſiaticis convenientia, item de Fennorum converſione ad Chriſtianiſmum, additis inſuper figuris priſcorum hujus gentis nummorum aliisque monumentis vel ex antiquis manuſcriptis eruta vel ſub itinere ſuo juſſu Regio per Finlandiam inſtituto ibidem obſervatis.

(η) *De hac moneta Suecis propria prolixius quidem differit du Freſne Tom. 3. pag. 53. quæ valet 16. denarios. ſed Celeberrimus* E. Brenner *Relationem Hiſtoricam conſignavit de Monetæ Veteris Sueo-Gothicæ vero valore, juſſu commiſſionis a S. R. M. ad legam patriarum emendationem denominatæ.*

(ϑ) Huslgena *vel* Huſgenna *antiquiſſima vox Saxonica aliis proprie* patrem familias, *aliis* Catechumenum, *Somnero* communicantem *notare videtur vulgo ſumitur pro* parochianis *quemadmodum hoc loco a Gothis derivata nam* quina *fœmina* quin Volck *vocabulum generale ſexus fœminei*, quinkönet das Frauen-Zimmer *denotat.* Ber-

Bergerus DEI gratia Swenorum Gotorumque Rex discreto viro Dno Nicolao Andreſſon Præfecto Finlandiæ ſalutem in Domino ſempiternam. Accedentes ad nos præſentes exhibitores Michael de Lappafærd, Andar de Saſtamall & Tobbe de Tenka nobis ſua propoſitione de ſilvis in Tawaſtia queruloſa monſtrarunt, quod ſecundum quorundam prædiorum culturam de quibus ſilvis in Tawaſtia quas ex ſpeciali conceſſione & licentia Domini Haraldi quondam ibidem advocati noſtri hactenus excoluerant, nunc ut aſſerunt, moleſtantur & impetuntur nimis injuſte. Quare cum Fratri Kariſſimo Duci Waldemaro mage proficuum eſſe dinoſcitur quod terra ſua per homines diſcretos ydoneos excolatur & inhabitatur quam deſerta relinquitur, Volumus & mandamus itaque, quatenus ſuper præmiſſis homines prædictos a modo nullatenus moleſtare velitis ſed potius ipſos terram per eos cultam, pacifice & quiete de cetero ſicut hactenus habere permittatis, dummodo non obſtiterit aliquid, quod adhuc intelligere non potuimus de prædiis ſupradictis. Datum Stockholm Anno Dni M CCC III. Kalend. Junii.

UPSALIÆ.

Poſt obitum *Laurentii Normanni*, SS. Theol. Profeſſ. quem ſupra *p.* 145. indicavimus, prodiit *Oratio Parentalis*, in Memoriam Vitæ & Mortis *Erici Aurivillii*, Juris U. Lic. & Jur. Rom. in Acad. Upſalienſ. Prof. Ord. d. XXI. April. 1702. ab eo recitata. (Cum Progr. Danielis Diurberg / S. Theol. Prof. pl. 4½.)

Ex qua Aurivillii vitæ rationes cum L. B. communicabimus. Natus fuit A. 1643. d. 31. Julii in rure Knutbyenſi Patre M. *Olao Chriſtoph. Aurivillio*, Paſtore tunc Knutbyenſe, poſt Gevalienſe, & Præpoſito Geſtriciæ; Matre *Barbara* Petri *Caſſiopæa*, Paſtoris Skeptunenſis filia. Ao. 1653. Scholam Gevalienſem & Ao. 1656. d. 31. Jan. Acad. Upſalienſem ingreſſus eſt duce fratre *M. Petro Aurivillio*, & Viris ſummis *D. Mart. Brunnero* & *Joh. Scheffero* induſtriam probavit. Juris ſtudio quia ſe mancipaverat Ao. 1670. Diſputat. Juridicam ſub Præſidio *Olai Akermanni* de *Jactu* & *Naufragio*, & Anno ſequente d. 25. Nov. pro Gradu Doctoris Præſ. *Johanne Gartmanno* de *Actionibus bonæ fidei & ſtricti Juris* habuit.

A. 1678. d. 22. extraord. Juris, & A. 1684. d. 3. Oct. in locum Joh. Gartmanni, Juris Romani Prof. Ord. eſt conſtitutus. A. 1681. d. 11. Jan. ſocietatem conjugalem ſancivit cum *Anna Loccenia*, D. Joh. Loccenii filia, ex qua 4. ſuſcepit filias, quarum una fato jam functa eſt. Angina preſſus, vi hujus ægritudinis d. 5. Februar. A. 1702. æt. LVIII. menſ. VI. D. V. demum plane eſt oppreſſus.

Die XVIII. Febr. A. MDCCV. *D. Joh. Esbergius*, S. Theol. Prof. & Upſalienſ. Eccleſiæ Paſtor, Reſpondente *Georgio Zadlero*, Oſtrobothn. Diſputationem I. de *Articulis fidei*, publicè ventilandam exhibuit. (pl. 5. in 8vo.)

II. Capitibus abſolvitur, quorum I. de *Articulis fidei primariis* agit, quorum duos ordines facit, prioris ordinis ſunt Articulus de Chriſto vero DEO & vero homine, & Articulus de ejus obedientia activa & paſſiva, qua pro totius generis humani delictis abunde ſatisfecit, omniaque peccata delevit & expiavit; poſterioris ſunt Articulus de SS. Trinitate, Articulus de Gratia DEI, Articulus de Peccato, de Fide, de Juſtificatione, de Salute ſ. Vita æterna. Cap. II. de *Articulis fundamentalibus ſecundariis* inſcribitur, qui ſunt doctrina de Perſonarum divinarum proprietatibus Characteriſticis, in loco de Chriſto doctrina de unione naturarum, deque earum & proprietatum communicatione, articulis de peccato originis, de æterno electionis decreto, de juſtitia fidei excluſo bonorum operum merito.

Die XI. Martii ſub Præſidio *D. Jacobi Arrhenii*, Hiſtor. Prof. Reg. Diſſert. Hiſtoricam de *Monarchia Aſſyriorum Cteſiana* publicæ cenſuræ ſubjecit *Carolus* Enſtröm / O-Gothus. (pl. 4. in 8vo.)

Cap. I. agitur de hujus Monarchiæ fictis tempore & duratione, veraque ejus τοπογραφία. *C. II.* Summa traditur hiſtoriæ Cteſianæ de Aſſyriis: poſtea additur proſtheſis & paragoge Annii. *C. III.* De Pſeudo-Hiſtoricis, Cteſia Cnidio & Annio Viterbienſi dicitur. C. IV. De Ortu & ſucceſſu literarum, Olympiadibus, & cauſa quorundam populorum fictæ antiquitatis. Et tandem C. V. traditur Hiſtoria Aſſyriorum, & adducuntur argumenta ex ſacris & profanis, quibus Cteſiana refutatur.

Eod. Die Sub Præſidio *Joh. Arndii Bellmanni*, Eloqu. Prof. Ord. Diſſer-

Dissertationem Histor. Politicam de *Regno Westrogothorum in Hispania* ad publicum Examen detulit *Carolus Iserhielm.* (pl. 9. in 8vo.)

Constat Dissertatio *V. Capitibus*, ubi I. §. 1. varias Regni significationes & definitionem præmittit. §. 2. unde venerint Westro-Gothi. §. 3. Originem Westro-Gothici nominis tradit. §. 4. divisionem Imperii Romani in Occidentale & Orientale, ut & causas interitus exponit. §. 5. de familia Balthorum agit. C. II. §. 1. Initia Regni sub Ataulpho facta prosequitur. §. 2. Causas, cur in sedem Westro-Gothi Hispaniam Italiæ prætulerint. §. 3. Incrementa Regni sub Wallia, Theodoricis & Eurico, item amissionem Galliæ Gothicæ percenset. §. 4. Accessiones per Leovegildum & Sisebutum factas, seriemque Regum exhibet. §. 5. De Jure Imperii ex Jure belli Alarici cum Honorio & Ataulphi Barbaris, qui Hispaniam occupaverant, agit. §. 6. De Jure Regni Hispanici tam Alarici quam Ataulphi ex pactis & transactionibus cum Honorio. C. III. §. 1. Imperii formam persequitur. §. 2. Inaugurationis & ungendi ritum primò Gothicis Regibus usitatum exponit. §. 3. de Flavii Prænomine tradit. C. IV. §. 1. De Religione Westro-Gothorum agit. §. 2. Legum Gothicarum primordia sistit. §. 3. Circa progressum earum, & quidem celebre illud Forum Judicum versatur. §. 4. Originem earum & cum Jure Westro-Gothico patrio convenientiam expendit. §. 5 Opera Regum Gothicorum & extructas ab illis urbes recenset. C. V. §. 1. De Fine Regni Westro-Gothorum agit. §. 2. Excidii præsagia & causas explanat. §. 3. De Gothicæ stirpis per subsecutos Reges propagatione tractat. §. 4. Agit de nobilitate Hispano-Gothica & cum recensendis Gothorum in Hispanos meritis concludit.

Die XVII. Junii sub Moderamine ante dicti *Joh. Bellmanni Christianus Martin*, Holm. Exercitium Academicum de *Fisco Principis Romani* disquisitioni publicæ exposuit. (pl. 3¼. in 8vo.)

Autor Dissertationem in II. divisit Capita. I. Argumentum tale est: §. 1. Introitum. §. 2. Fisci Ὀνοματολογίαν. §. 3. differentiam fisci & ærarii. §. 4. Vectigalia nervos Reip. §. 5. Causas ditandi Ærarii Romani. §. 6. Triplex ærarium, & vectigalia atque Tributa ad publicum pertinentia. §. 7. Ærarii Militaris originem & augendi modum sistit. Cap. II. Summa huc redit, §. 1. Ærarium

privatum ſ. Fiſcum Principis. §. 1. Ejus incunabula. §. 3. & 4. diverſos ejus reditus & ditandi modos. §. 5. Erogationes fiſci. §. 6. Fiſci miniſtros, earumque nomina & officia. §. 7. Epilogum & votum exhibet.

Die I. Maji Auguſtiſſimus Sveciæ Rex CAROLUS XII. publico *Programmate* Juvenibus ſuæ ditionis, exteras terras ſtudiorum cauſa diſceſſuris manifeſtum fieri curavit, ut per annum in Academia Gryphiswaldenſi ſub ſpe *Regii* favoris commorarentur; quod in gratiam eorum, quorum intereſt, integrum apponere placet.

Rector & Senatus Academicus Studioſæ Juventuti S. D.

Inſtitutis per orbem civitatibus, ſemper iis curæ cordique fuit, ac hodienum eſt, qui rebus humanis præſident, ut ad immortalem reddendam Rempublicam, religione, pietate, omnibusque virtutum ornamentis ab incunabulis imbuantur ingenia, erectis hunc in finem bonarum artium domiciliis, unde, velut ex equo Trojano, olim prodeant & Cives morati, & miniſtri rebus toga & ſago gerendis idonei. In hanc rem ſumma incubuêre cura Svionici imperii Rectores, qui, non patrio tantum in ſolo, ſed & provinciis juſto marte occupatis, inluſtria Muſarum inſtituerunt delubra, ſatis gnari, ad perpetuitatem imperii, dignitatemque & ſplendorem gentis pertinere, ſi in pretio ſint camenæ, & literis ſuus conſtet honos. Hæc etiam *Regem noſtrum Auguſtiſſimum CAROLUM XII.* Divina ſollicitavit cura, qui paternæ avitæque gloriæ æmulus, nihil ſibi glorioſius, nihil antiquius, nihil boni ac moderati Principis officio convenientius duxit, ac ſi illhæc ſemel felicibus auſpiciis à ſuis glorioſiſſimæ memoriæ Prædeceſſoribus erecta lycea, vera illa Eccleſiæ & Reipublicæ ſeminaria, omnisque probitatis fontes, in perpetuo forent incremento. Hac mente, non Muſarum tantum palæſtras, quæ patrio in ſolo ſunt, ſed excitatas quoque in regionibus ſuæ ditioni adjectis maximis acceſſionibus ornavit & auxit. In his nunc præcipuè memoranda Regia illa, quæ *Grypsvaldæ* in Pomerania citerio-

citeriori eſt Academia, olim ab URATISLAO IX. Pomeranorum duce circa medium ſeculi quinti decimi inſtituta, &, binis ferè interjectis ſeculis, à BOGISLAO XIV. ornamentis decorata, demumque, reſtitutâ per Germanias pace Weſtphalica, cum iſthæc regio in victoriæ præmium Svedico ceſſiſſet ſceptro, reſtaurata, & nunc à *REGE* clementiſſimo maximis incrementis aucta. Etenim, ne quid deſit huic ad ſuum ſplendorem & celebritatem, mirum! inter ſudores etiam bellicos nuperrimè Ravitzii in Polonia pridie Nonarum Martii currentis anni, per literas ad Celſiſſimum Comitem ac Heroa, Senatorem Regium & Conſiliarium ſtatus Excellentiſſimum, atque Academiæ hujus Cancellarium Illuſtriſſimum, Dominum CAROLUM PIPER directas, decrevit & conſtituit, ut ingenui Juvenes, quibus, jactis in Principe hac Muſarum ſede feliciter ſtudiorum fundamentis, ad eorundem etiam culturam animus eſt exteras invisendi terras, primum ad dictam Regiam Academiam ſe conferant, ut ſtudiis probè litent per annum ſaltem ibi commoraturi. Eſt enim *Grypsvaldia* amœnitate loci ac fertilitate commendabilis, adhæc celeberrimis viris incluta, ut ita non victum modo levi ſuppetat pretio, ſed heic quoque locorum in omnibus diſciplinis pariteis eruditionis ſuæ edere poſſint profectus aſſidui literarum cultores, ac in aliis usquam per Germanias Athenæis. Hæc intuens Sereniſſimus *REX*, quamvis vi majeſtateque imperii, omnibus, quorum intereſt, injungere poſſet, ut demiſiſſime & ſubjectiſſime imperata facerent, ex innata tamen, qua eſt clementiâ, maluit Juvenes in exteras terras ſtudiorum gratia diſceſſuros, ejusque nutui obſequenteis, præmiis indulgenter allicere. Nimirum, ut transmarinam hanc petentes Academiam omneis hæc pulcerrima fovere poſſit ſpes, Regio tandem favore exceptos honoribus fore præ ceteris, qui aliò abeunt, mactandos, dummodo vitæ & eruditionis teſtimonio inde muniti redeant. Quæ igitur maximo *REGI* ita placuêre, & per hanc ſacram legem declarata ſunt, juſſu Illuſtriſſimi Excellentiſſimique Cancellarii ſecundum ſollemnem modum omnibus & ſingulis, ad ſtudia excolenda peregrè abituris, publico hoc propoſito programmate, manifeſta facimus, ut quantum *PATRI PATRIÆ* clementiſſimo rei literariæ incolumi-

tas curæ ſit, tantum ipſis cordi eſſe debeat obſequii gloriam unicè heic ſectari. Upſalis pridie Calend. Maji M DCC V. *Jonas Billovius.*

Die I. Junii Reverendis capitibus *Danielis* **Diurberg** / & *Johannis* **Palmrooth** / SS. Theol. Profeſſorum Ordinariorum Laurea Doctoralis imponebatur.

O. Celſius edidit *Archiepiſcoporum Upſalenſium Chronicon*, ex vetuſta membrana, quæ in Bibliotheca publica aſſervatur. Putat autem Autorem illius fuiſſe ex Clero Upſalenſis Eccleſiæ virum aliquem eruditum, & curioſum, qui circa Annum M CCC. tempore *Nicolai Allonis* floruit; ſubjecit huic Scripto Editor doctiſſimus *Obſervatiunculas & Conjecturas* de genuina eorum, quæ obſcuriora videbantur, lectione, veroque ſenſu. Titulus ſcripti hujus ſequentem in modum eſt conceptus:

Incerti Autoris Sveci *Chronicion primorum* in Eccleſia Upſalenſi *Archiepiſcoporum* ex veteri membrana editum & brevibus notis illuſtratum (1. plag. in 8vo.

HAFNIÆ.

Die XXIX. Maj. Vitus Bering, Regiæ Commun. Alumnus, Reſp. *Henrico Mulenio*, pro beneficio Menſe Regiæ Theſes Miſcellaneas in Audit. Coll. Regii Commilitonum disquiſitioni expoſuit. (pl. 4.)

Ex Typographéo Regio procurata eſt nova *Editio Conſpectus Præſtantiorum Auctorum Latinæ Linguæ in gratiam Juventutis Academicæ, compendio repræſentati ab Olao Borrichio; ſubſtrata unicuique ferè paginæ accuratâ meliorum editionum recenſione, & adjectis calci neceſſariis indicibus auctis.* 9. plag. (in 8vo.) Qua occaſione Lectori ſpem facimus, prodituras propediem eſſe ex eodem Typographéo omnes hactenus ineditas Beati *Borrichii Diſſertationes ac Orationes*, Soſiorum curâ evulgandas.

Ex HOLSATIA.

M. Johann Melchior **Krafft** / Wezlarienſis, in Ducatu Slesvicenſi Auſtro-Stapelenſium V. D. Miniſter, libellum Germanicum prælo ſubmiſit, hoc lemmate inſigniendum:

Hiſtoriſche Beſchreibung der Teutſchen Bibeln / ſowol deren / die im Pabſtthum vor der Reformation in groſſer Anzahl hervorkommen / als

als insonderheit / was anlanget die Bibliſche Dolmetſchung des ſeel. Lutheri, mit welcher Treue / Fleiß und Sorgfalt dieſelbe geſchehen. Zu welcher Zeit ein jedes Buch hervorkommen; Auch wenn eigentlich die Bibel *Lutheri* zum erſtenmahl in ein Corpus zuſammen gedruckt worden / und wie vielmahl dieſelbe bey Leb-Zeiten Lutheri zu Wittenberg reſpective verbeſſert und ſonſten im Druck ausgegeben worden. Imgleichen / wie die in derſelben hervorragende menſchliche Fehl-Tritte von denen Widerſachern dem ſeel. Mann zur Ungebühr jederzeit vorgerücket / von ſeinen treuen Nachfolgern aber wohlmeinend vertheidiget / und je zuweilen verbeſſert worden. Nebſt Anzeige / wie durch Anſtellung einer *Collation* der alten Bibeln *Lutheri* aus denenſelben noch vieles zu Verbeſſerung eines neuen Bibel-Drucks könne beygetragen werden. Wozu auch kommt / eine ſattſame Relation von der zu Worms 1529. gedruckten Bibel / ſo da von dem groſſen Schwärmer / Paulo Felgenhauern, vor Lutheri eintzige Echte und Rechte angegeben worden. It. Die aus ſolcher Bibel abgedruckte ſo genannte Epiſtel an die Laodiceer / und deren fernere Abhandlung; nebſt dem Beweiß / daß es biß dahero noch nicht völlig entſchieden / wann das herrliche Zeugnüß des Drey-Einigen Gottes / 1. Joh. V. 7. **Drey ſind die da zeugen** ꝛc. nach dem Tod Lutheri denen Wilebergiſchen Bibeln **zumerſtenmahl** einverleibet worden. Imgleichen / wie es mit ſolchem Spruch von Anfang der Dolmetſchung Lutheri zugangen / und wie der ſeel. Mann der Auslaſſung wegen angefeindet / aber auch von Freunden und Feinden entſchuldiget worden. Auff unterſchiedliche Veranlaſſung vorgeſtellet von M. Johann Melchior Krafft / Wetzlarienſi, des Süderſtapeliſchen Kirchſpiels in der Landſchafft Stapelholm Com-Paſtore.

LUBECÆ.

Die XXIII. Julii Georgius Henricus Gercken, Lubecenſis *D. Sebaſtiani Gerckenii*, JCti ac Senatoris Lubecenſis, filius natu major, Juvenis præclaræ ſpei, Sermonem Panegyricum, quo Glorioſiſſimi Imperatoris LEOPOLDI mortem piè deflevit, atque Auguſtiſſimo Cæſari, JOSEPHO I. de ſuſceptis Imperii faſcibus devo-

devote eſt gratulatus, in Auditorio Scholæ Lubecenſis, applaudente Virorum eruditorum Corona, habuit, quam Solennitatem *Enochus Svantenius*, Rector, peculiari Programmate, (1. pl. in fol.) pridie indixerat.

Dan. Georgi Morhofi de *Arguta Dictione Tractatus, quò artis argutè dicendi Scriptores tam veteres, quàm recentiores cum cenſura exhibentur, & de Argutiarum principiis, ſubſidiis atque objectis, inſperſis ubique exemplis, agitur, cum Indicibus neceſſariis. Editio ſecunda priori longè auctior. Lubecæ. Sumtibus Petri Böckmanni A.* 1705. (in 8vo. plag. 14.)

IV. Sectionibus abſolvitur. *Prolegomena* agunt de diſciplina argutæ Dictionis, ejus Auctoribus, *οἰκονομία* hujus Commentationis. *Sect. I.* de *Principiis argutæ dictionis* continet Cap. 1. de Argutiarum variis nominibus, earumque fundamento Metaphoræ p. 15. ſqq. C. 2. de Propoſitionibus argutis. p. 46. ſqq. C. 3. de Enthymematibus argutis, p. 49. ſqq. *Sectio II.* de *ſubſidiis arg. dictionis* complectitur Cap. 1. de verſione arguta, p. 70. ſqq C. 2. de variatione arguta, p. 76. ſqq. C. 3. de imitatione arguta, p. 86. ſqq. C. 4. de impetu naturæ ac ingenii facilitate in inventione acuminum. p. 101. ſqq. C. 5. de Locis Dialecticis, eorumque in indagandis Argutiis uſu. p. 104. ſqq. C. 6. de Indice Categorico. p. 108. ſqq. *Sect. III.* de *variis Argutiarum Objectis* & quidem 1) de Oratione ſoluta, agens, habet C. 1. de Epiſtola arguta p. 157. ſqq. C. 2. de Dialogo acuto, p. 160. ſqq. C. 3. de Apophthegmatibus p. 162. ſqq. C. 4. de Inſcriptionibus, p. 170. ſqq. C. 5. de Argutiis 2) ligatæ Orationis p. 186. ſqq. *Sectio IV.* de *Argutiis*, quæ *in imagine* & *factis* conſiſtunt, agit. Monet verò Editor hujus Tractatus, hanc, quam paravit, *Editionem* è *Prælectionibus Morhoſianis* fuiſſe deſumptam, atque à plurimis mendis, quibus prior editio ſcatet, fuiſſe liberatam.

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis NOVEMBR. A. M DCC V.

WISMARIÆ.

Die XIX. Julii Joachimus Henricus Gröning, J. U. D. & Summi R. M. Svec. Tribunalis, quod ibidem eſt, Procurator, DEO vitam reddidit, quam Wismariæ Ao. 1668. ipſis Cal. Octobris, Patre *Chriſtophoro Gröningio*, Senatore, acceperat. Literarum ſtudiis addictum in Lyceo Patrio *Urbanus Lehmannus*, Rector, in Gymnaſio Zittavienſi *Chriſtianus Weiſius*, Rector, in Academia Lipſienſi *D. Nicolaus Godofr. Ittigius*, *D. Chriſtianus Godofr. Franckenſteinius*, *D. Frid. Philippi*, & *Lic. Otto Menckenius*, in Roſtochienſi *D. Jac. Lembkenius*, & *D. Joh. Kleinius*, in Kilonienſi denique *D. Dan. Georg. Morhoſius* & *D. Nicolaus Martini*, maxime poliverunt. Decennio ſic in Academiis exacto, Roſtochium A. 1694. rediit, ac Inauguralem *de ſuſpecto Judice* diſputationem ſub Præſidio *D. Kleinii* habuit, ipſa vero Doctoris dignitate A. 1697. Menſe Junio demum ornatus, eodemque inter Procuratores Summi in patria Tribunalis receptus fuit. Conjugio junctam ſibi habuit *Gertrudem Krugeriam*, fatali ante biennium neceſſitate his terris ereptam. Ipſe vero poſt graves diuturnioris morbi dolores mortem lætus excepit.

Die VII. Auguſt. mundanis rebus vale dixit *Daniel Oldenburg*, Wismarienſis, & Scholæ Patriæ per multos annos Con-Rector, ac *Joachimi Pariſii*, Wismar. Reip. Conſulis Senioris, Gener.

ROSTOCHII.

Die XXIX. Julii Jo. Fechtii D. De *Liturgiis veteris Ecclesiæ, quoad Missas in honorem Sanctorum celebratas*, Disputatio Historico-Theologica, habita est, Respondente *Jacobo Christophoro Zandt*, Durlaco-Badensi. (plag. 7½.)

Propositio Disputationis est: *In Antiquissimis Liturgiis nihil omninò reperiri, quod Missas in honorem Sanctorum illo ævo celebratas esse arguat & adeò illas novis Cleri inventis meritò annumerari.* Postquam nempe octo antecedentibus capitibus de variis vetustissimæ Ecclesiæ vel ritibus vel loquendi formis actum est, quibus οἱ ἐξ ἑνὸς λιθος antiquitatem Missarum in honorem sanctorum olim celebratarum comprobare annituntur, in præsenti disputatione expenditur, an forte ex Missarum formis, apud veteres usitatis, honor ille, sanctis in Missis juxta Romanam Ecclesiam exhibendus, in more quondam fuisse constare possit? Cumque *Jo. Grancolarius*, Theologus Parisiensis, octo abhinc annis opus grandi titulo superbiens: *Les anciennes Liturgies, ou la maniere, donton a dit la sainte Messe dans chacque siecle, dans les Egliſes d'Orient & dans celles d'Occident, avec la recherche de toutes les praticques, prieres & ceremonies, qui s'observent dans le saint sacrifice. Par. M. J. Grancolas. Docteur en Theologie de la Faculté de Paris*; & tribus in formâ octavâ, eâque majore, Tomis constans, in publicum ediderit, sollicitè indagatur & excutitur, an in hoc tam operoso libro, post Durandum, Goarem, Allatium, Menardum, Bonam, Mabillonium, aliosque rerum Liturgicarum scriptores, quidquam allatum fuerit, ex quo vel vestigium aliquod vel indicium Missarum, sanctorum honori in purioribus illis primis seculis dedicatarum, possit deprehendi? uti explicatâ Liturgiæ voce & facto seculorum discrimine, quo tribus primis seculis ne memoratos quidem fuisse in Missis sanctos, quarto nominatos quidem, sed memoriâ tantum eorum ad imitationem superstitum actâ, donec quinto & sequentibus laudes etiam atque honores, immò invocatio illorum accesserit, statuitur, fusè atque datâ operâ ostenditur, in toto opere Grancolasiano plura argumenta pro recentiori Missarum in honorem sanctorum illo tempore celebrata-

bratarum ætate, quam pro earum antiquitate reperiri. Inde demonſtratur, ſanctorum factam non eſſe in primâ Domini cœnâ, mentionem, ubi ne quidem prolixæ preces fuerint recitatæ; quâ occaſione Chryſoſtomi quidam locus ex Homiliâ XXVII in priorem epiſtolam ad Corinthios vindicatur, §. VI. Nec mentionem eorum factam eſſe poſtea ab Apoſtolis, §. VII. Ubi inprimis ingenuus Grancolaſii animus laudatur, quod omnes Liturgias, Apoſtolis vulgò adſcriptas, vel ſuppoſititias eſſe vel ſequentibus ſeculis variè interpolatas, vel denique putidis fabellis annumerandas profiteatur. Inde deſcenditur ad Liturgiam Hieroſolymitanam, Conſtitutionibus vulgò ita dictis Apoſtolicis inſertam, Dionyſii item Areopagitæ & aliorum, tum ad Alexandrinas, ad Chryſoſtomi Liturgiam, & ut ſummatim dicamus, ad omnes eas, quas pro antiquis nonnulli falsò venditant & ipſius Grancolaſii ſuffragio nothas illas omnes eſſe oſtenditur. Tum verò diſcutitur, an omnium antiquiſſimi Patres, Tertullianus & Cyprianus, memoratos fuiſſe in ſacrificio ſanctos affirment? §. XII. ſ. An Origenes, cujus ex Lamento locus & alius ex libro ſecundo in totum, iterumque alius ex Homilia in Ezechielem §. XVII. conſideratur, omniaque hæc, Origeni attributa, ſcripta ſpuria eſſe, adverſus Huetium & Grancolaſium, partim ex aliorum Pontificiorum, etiam recentiſſimorum, teſtimoniis, partim ex argumentis aliis, iisque invictis demonſtratur. Cumque Pontificiorum partes pro librorum Origenis in Jobum ſinceritate recentiſſimè quoque amplectatur *Chriſtophorus*, *Chriſtophori F. Sandius*, in Nucleo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quia nempe Origenaſter ille invehitur in trionymam quandam ſectam, triumque Deorum hæreſin, quæ Patrem & Filium & Spiritum S. aliquando tanquam tres colat, nonnunquam ut unum adoret, quemadmodum Græcorum linguâ memoretur: Triada vel Homouſion, eamque ſectam comparet tribus cornibus, quæ feciſſe Diabolus in Ezechiele memoretur in typum atque figuram trionymæ illius hæreſeos & infidelitatis, itaque & contra hunc noviſſimum Arianum ex ipſius doctrinæ de perſonarum Trinitate & unitate eſſentiæ circumſtantiis demonſtratur, Arianum eſſe vel hujus lacinii, vel librorum illorum in Hiobum univerſim

ſim auctorem. Cœcum enim eſſe, qui non videat, non tantum perſonarum in DEO Trinitatem & homouſian ab iſthoc Pſeudo-Origene reprobari, ſed hæreſin etiam referri, eamque per univerſum terrarum orbem diſperſam, quæ Trinitatem illam & homouſian colat & adoret. Quo numero catholica doctrina Origenis ætate habita aut traducta non ſit. Nec igitur à Diabolo ad expugnandam Eccleſiam invectam dici potuiſſe. Relinqui ergo, Ariano ſeculo conſcriptum eſſe illum in Hiobum commentarium. Quibus è tribus prioribus ſeculis expeditis, quid in quarto, quintoque ſeculis Liturgiis acceſſerit & an atque quomodo in iis, Auguſtini præſertim ætate, ſancti memorati fuerint, disquiritur. §. XIX. ſ. Porrò deſcenditur ſpeciatim ad honorem, illâ Eccleſiæ antiquitate in ſacrificio S. Mariæ habitum, §. XXI. ſ. Quam parum eidem in ſacris N. T. ſive à Filio ſuo, Chriſto, ſive ab Apoſtolis ipſius honoris delatum fuerit, ut vulgariſſimis etiam hominibus vix par haberetur, nec ſalutatio etiam Angelica quicquam eidem prærogativæ tribuat, §. XXIV. diſſeritur. Probatur porrò, in omnibus Apoſtolorum ſcriptis ne nominari quidem, niſi communi mulieris vocabulo ſequentibus tribus ſeculis non comparere alia ejus elogia,, quam quod DEI Filium & mundi redemptorem genuerit. Disquiritur eâ occaſione, quomodo intelligendum ſit, quando Tertullianus ſcribit: *quod per muliebrem ſexum abierat in perditionem, id per eundem ſexum redactum eſſe ad ſalutem?* Quomodo illud Irenæi: *quod alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria ſolvit per fidem?* Itemque *ſicut Eva ſeducta eſt, ut effugeret DEum, ſic Maria ſuaſa eſt obedire DEO, ut virgini Evæ virgo Maria fieret advocata?* Ubi ad Jo. Dallæi, antiquarii incomparabilis, in dictis his exponendis ἀγχίνοιαν provocatur. Jam ad invocationem Mariæ proceditur, de quâ apud antiquos altum ſilentium. Nam quod ad Gregorii Nyſſeni è tertio ſeculo narrationem ſpectet, quod ipſi Maria apparuerit, tradideritque confeſſionem de Trinitate, ejus εὐθείαν productis plurimis argumentis demonſtraſſe Gerhardum, aliosque, cujus vindiciæ contra Natalem Alexandrum inſtituuntur. Denique Miſſas in honorem Mariæ celebratas eo tempore fuiſſe, ne uno quidem indicio, nedum teſtimonio comprobare Grancolaſium. Mirum verò

verò esse, quod Maria, quæ tamen inter sanctos caput super emineat omnes, longè post sanctos alios Missarum sacris fuerit illata; minorem quoque honorem esse, quem olim Collyridiani Mariæ detulerint, dum in ejus honorem placentulas nonnullas obtulerint, quam cum hodie Romana Ecclesia in honorem Mariæ ipsum sacratissimum corpus & sanguinem Christi offerat. Atqui ita quicquid usquam ex Grancolasio conquiri poterat, quod vel quacunque ratione Missis in honorem sanctorum celebratis patrocinari videretur, diluit Disputationis auctor.

Die V. Augusti Dissertationem Academicam *de Christo in nobis*, ad illustrationem plurimorum Scripturæ locorum, inprimis verò dicti Apostolici, *Col. I.* 27. Præside Jo. Fechtio, D. Auct. & Respondens Joannes Lüningius, Grubenhag. Meclenburgicus proposuit. (7½. plag.)

Laudat Præses in Epistolâ, Disputationi adjectâ, insitum auctori sciendi ardorem, perquirendi industriam, meditandi judicandique solertiam, eique conjunctum laborem indefessum. Non tamen diffitetur in Dedicatione auctor, manum Præsidis nonnunquam, quippe in difficili materiâ, accessisse. Dividitur tractatio in tria capita, quorum primum variarum sententiarum recensionem, earumque historiam proponit. Sententias verò ita partitur auctor, ut dicat, alios existimare, DEum atque Christum in nobis esse secundum substantiam suam, alios secundum accidentia tantum. Qui prius asserant, vel ante conversionem in nobis esse Christum, vel post conversionem, vel utroque etiam modo, ut nempe ante conversionem nos excitet & commoveat ad quodlibet bonum, in conversione adjuvet & bonum in nobis operetur, post conversionem in bono conservet & contra ea, quæ ex statu illo dimovere nos poterant, præmuniat & tueatur. Atque in eâ sententiâ esse præcipuè Quackeros & alios Fanaticos, Ezechielem Meth, Esajam Stiffelium, Hohburgium, Jac. Böhmium, aliosque; qui præterea hanc Christi in nobis inexistentiam cumulent aliis etiam deliramentis, utpote quod Christus in nobis verè proprièque nascatur, crescat, patiatur, crucifigatur, sepeliatur. Eâ occasione recensetur historia certa-

minis, quod octodecim abhinc annis ex unâ parte inter D. Rangonem, Fr. Cramerum & Fr. Fabricium; ex alterâ inter D. Pfulium, admodum nuper cœlitibus aſſociatum, veriori, quam qualem ei Fanatici tribuunt, ſenſu uſurpari poſſit? De quâ in Affirmantem pronunciarunt Theologi in Academiis, Lipſienſi, Roſtochienſi, Wittebergenſi, Kilonienſi, Gieſſenſi, Tubingenſi, Gryphiswaldenſi; ſubjungitur tamen judicium D. Schelguigii: *à quâ phraſi nunc cautiores facti, cum Scriptura nullibi ſic loquatur, ne de hæreticis opinionibus quomodocunque participare videamur, abſtinendum eſſe cenſemus.* Quoad accidentia verò Chriſtum in nobis eſſe dupliciter intelligi auctor ait, primò ut inter nos ſit doctrinâ ſuâ, nobis prædicatâ & in Chriſtianiſmo recepta; deinde ut in credentibus ſit per dona ſua, cum ſanctificantia, tum adminiſtrantia. Quâ in opinione ſint quidam inter Lutheranos & Calvin. Secundum caput loci præcipui, Col. I. 27. & reliquorum huc facientium conſiderationem complectitur. Ubi primò ſumma totius Epiſtolæ & connexio antecedentium & conſequentium cum loco præſente oſtenditur. Deinde ſingulæ voces exponuntur, tum verò duos præcipuè verborum: *in nobis*, ſenſus inter interpretes reperiri aſſeritur; primus ut *Chriſtus in vobis* idem ſit, ac inter vos prædicatus & fide receptus. Qui eo ſe tueatur, quod vox: ἐν, *in*, in immediatè antecedentibus verbis *notas fecit divitias hujus myſterii* ἐν ἔθνεσι, *inter gentes*, pariter *inter* ſignificet, deinde quod alibi Chriſtus diſertè dicatur prædicatus ἐν ἔθνεσι, *inter gentes*. Quamquam verò hac interpretatione elideretur omnes Fanaticorum de Chriſto in nobis conceptus, tamen diffitendum non eſſe, μυſικώτερον ἢ illâ loquendi ratione omninò indigitari, nempe Chriſtum etiam quoad ſubſtantiam ſuam in Coloſſenſibus habitare, inque eorum animis ſpem excitare æternæ gloriæ atque beatitudinis. Quo cum elegantiſſimè conferat D. Sebaſt. Schmidius locum 1. Cor. XIV. 24. Probatur hic ſenſus partim ex primo ipſius literæ intellectu, partim ex vocum in textu occurrentium conſideratione. Inprimis ex reliquarum Scripturarum conſenſu, quæ partim in literâ, partim in evidenti ſenſu ſubſtantialem illam Chriſti in nobis præſentiam exprimunt. Ubi & locus Petrinus II. Ep. I. 4. Ubi conſortium

tium tribuitur fidelibus Divinæ & ſpeciatim etiam Chriſti naturæ, diligenter excutitur. Cumque cum Chriſto in nobis formatio quoque Chriſti in nobis ipsâ Scripturæ phraſi connectatur, locus, qui hanc prædicat, Gal. IV. 19. tum quoad integram totius Epiſtolæ œconomiam, tum quoad ſingula verba expenditur, utpote quid ſit parturire, quid iterum, quid Chriſtum in nobis formari, quid formam acquirere? Oſtenditur autem in repræſentando loci ſenſu Theologos ſinceriores omnes convenire, quamquam aliâ aliâque ratione, quid per formam Chriſti intelligatur, enuncient. Caput tertium ultimumque uſum & abuſum inſtitutæ tractationis per certas quæſtiones ſubnectit. Utpote I. An Chriſtus peculiariori quoad ſubſtantiam ipſam approximatione ſit in ſanctis, quomodo non eſt in aliis? Affirmativa ex ipsâ Scripturæ literâ, remotis ſecus ſentientium impedimentis, ſtatuminatur. II. An & in V. T. Meſſias ἁγιότης ſeu ſanctis ſuis quoad divinam naturam præſentior fuerit, quam aliis? Quod affirmatur ex Levit. XXVI. 11. 12. collato cum II. Cor. VI. 16. & Eſai. LVII. 15. III. Qualem habitudinem ad ſalutem habeat notitia de ſubſtantiali Chriſti inexiſtentiâ in nobis & an iſtius doctrinæ complexus ad ſalutem ſit neceſſarius? Deciditur, pertinere illum ad reſpectum credendorum ad ſalutem ſecundarium, qui quia ad fidei ſemel receptæ conſervationem faciat, ita contemnendus non ſit, ut de doctrinâ problematicè in utramque partem diſputare ſit licitum, ſed animus potius ex S. Literis ſolidè ſit informandus, ut veritatem comprehendat, neque eandem poſt ſufficientem rei dilucidationem temerè & præfractè neget. IV. An nos de Chriſti inexiſtentiâ in nobis certi eſſe poſſimus? Affirmatur, quia hic potiſſimus finis ſit inexiſtentiæ Chriſti in nobis. V. An hæcce inexiſtentia Chriſti in nobis magno honori ſit hominibus ſanctis? Affirmatur ex allata ſpe gloriæ & ipſâ Chriſti in nobis inhabitatione. VI. An propter hanc Chriſti inexiſtentiam homo dicere poſſit: ego ſum Chriſtus, vel ego ſum Chriſtificatus? Negatur, quia nec propter inhabitationem Spiritus S. in nobis dicere poſſimus: ego ſum Spiritus S. VII. An homo fidelis eſſentialiter, corporaliter & perſonaliter unitus ſit Chriſto? Quamquam forte & bono ſenſu ita dici poſſit, ceu ita locuti

jam

jam fuerint veteres, quia tamen locutio in ſe ſit offendiculo obnoxia & in ipſorum Fanaticorum animis ſenſum generet verè Fanaticum, abſtinendum prorſus eſſe ab hac locutione. Quod adverſus exceptiones J. J. Zimmermanni vindicatur. IIX. An rectè diſtinguatur Chriſtus in internum & externum? Quamquam ſano ſenſu ita dici poſſit ex Apoc. III. 10. & Col. I. 27. tamen partim à chimæris, quas ſibi circa ejusmodi propoſitiones forment Fanatici, ſibi cavendum & loquendi hanc rationem, per ſe menti errorem imprimentem, vitandam eſſe. IX. An veriſſimè propriisſimeque prædicetur de Chriſto, quod in homine fideli incarnetur, concipiatur, formetur, generetur, vivat, infirmetur, patiatur, moriatur, reſurgat & ad cœlum aſcendat, i. e. omne id, quod in diebus carnis ſuæ fecit & paſſus eſt Chriſtus, idem verè propriiſſimeque in homine fideli agat & patiatur? Vocibus ab ambiguitate liberatis & in proprio ſenſu, ſicut jacent, acceptis, negatur. X. An Chriſtus externus nihil nobis proſit, ſed tantum internus? Potuiſſe & hanc locutionem bono ſenſu exaudiri, ſed cum Fanatici internum Chriſtum opponant externis ejus & meritoriis actionibus & paſſionibus, quas negant homini prodeſſe, ſi ad extra eidem imputentur, quæſtionem meritò negari. XI. An formetur Chriſtus in nobis per immediatam ſui ipſius operationem? Negatur, cum & Galatas ipſos formaverit per externam epiſtolam. XII. An quia Chriſtus in fidelibus generetur, fideles verè dici poſſint matres Chriſti? Dato uno abſurdo & alia ſequi oſtenditur. Quod verò Matth. XII. 49. matres Chriſti dicantur, qui voluntatem Patris ſui faciant, nihil aliud indigitari, quam quod tales tam chari ipſi ſint & intimè dilecti, ac ſi eſſent matres ipſius aut proximè cognati. XIII. An Chriſtus in nobis formatus & exiſtens, per illam ipſam eſſentialem nobiscum unionem initium & primus fons ſit ſalutis noſtræ, immò ipſa juſtificatio & fides noſtra? Negatur, quia initium ſalutis peccatorum remiſſio per imputatam Chriſti juſtitiam conſtituit, unio verò cum Chriſto cum omnibus aliis ſalutis noſtræ vel effectis vel momentis juſtitiam noſtram & fidem, quâ ſolâ juſti reddimur, inſequitur.

M. Joh. Wilh. Stricker, Rector Scholæ Neo-Brandenb. edidit

dit Refutationem Visionis, à quodam Asmô Hansen nuper jactitatæ, cui adjuncta legitur admonitio ejusdem Christiana, & D. Joh. Fechtii præfatio. Titulus integer ita se habet:

M. Joh. Wilh. Strickers / Rectoris der Schulen zu Neu-Brandenburg Schrifft-mässige Wiederlegung einer ungeistlichen / und altvetterischen Fabel / das ist / der von Asmus Hansen / Schäffer zu Strasen / in Mecklenburg belegen / fälschlich vorgegebenen Erscheinung Christi des Gekreutzigten / zusampt angehengter Christlichen Anmahnung / sich selbst nach der Vorschrifft Göttlichen Wortes an der Demuth und Gottseligkeit zu üben / nebst einer / Vorrede S. T. Hrn. Joh. Fechtii, der Heil. Schrifft Doctoris, und PP. des Hertzoglichen Consistorii Assessoris, und des Rostockischen Districts Superintendentis, unter Approbation der Theologischen Facultät zu Rostock / wobey zugleich die bereits an zweyen Orten in den Druck gegebene Relation, von der vorgegebenen Erscheinung zu finden. Rostock. 1705. (pl. 5½. in 4to.)

Tractatus hic, præmissa tum narratione historica visionis istius, quæ ternis ab ipso Christo vicibus ad retundendam præsertim hominum superbiam facta asseritur, tum præfatione *D. Joh. Fechtii*, quæ præter commendationem Autoris, de novis, quibus subinde orbem fallere satagit, Diaboli præstigiis agit, §. 1. à Paulino effato 1. Tim. IV. 7. quod inanes fabulas fugiendas præcipit, orditur, illud §. 2. his temporibus, ubi earum plena sint omnia, probè observandum esse dicit, & sepositis §. 3. exemplis aliis, §. 4. ad præsens institutum applicat, §. deinde sq. 5. Scripturam S. unicum in dogmatibus fidei fundamentum, ac normam adæquatam, ad quam exigere ea oporteat, constituit. hanc §. 6. divinam atque perfectam ad salutem, adeoque §. 7. 8. nullis extra se somniis humanis, fallis revelationibus, phantasiis, nugis aliis, velut additamentis indigere evincit, unde statim, quid de Visione nupera sit habendum, §. 9. facile posse liquere arguit: §. 10. specialius singula visionis momenta expendit, ubi explicatis, quæ in Scriptura §. 11. de Christi Satisfactione, §. 12. de ejus diversis Exinanitionis & Exaltationis statibus §. 13. de Ejus Officio Prophetico institutoque ab ipso in Ecclesia docendi Ministerio, §. 14. de ejus præsentia in his terris,

ris, & Reditu ad judicium habentur, §. 15. Visionem in unumquemque horum articulorum impingere concludit, nullum ei præsidium §. 16. vel ex prætensa Opinionis, cui ista obtigit, pietate, §. 17. vel ex DEI omnipotentia, aut Visionis cum Verbo DEI conformitate, §. 18. vel ex Sacerdotio spirituali, §. 19. vel ex Apparitionibus denique Christi aliis accedere ostendit, sed meritò rejiciendam, generali quodam Syllogismo, quem brevis tandem §. 20. paræneſis excipit, probat.

Prodiit quoque:

Antwort-Schreiben an einen guten Freund auff die von ihm begehrte zwey Frag-Puncten: Warumb 1. die Juden in ihrem Irrthum so beständig verharren / und so wenige jetziger Zeit von ihnen zu unserm Christlichen Glauben treten? und denn 2. ob nicht zu hoffen sey / wann unserer seits behörige Mittel / und besserer Fleiß / als bisher geschehen / zu der Juden Bekehrung angewendet würden / dieselbigen häuffiger könten gewonnen / und zum Christlichen Glauben gebracht werden? Wobey dann die Mittel / so darzu zu nehmen / mit angeführet sind. Ausgefertiget von einem der Juden Seligkeit von Hertzen wünschenden Christen. (pl. 2. in 4to.)

Cujus Autor, quem *Johann. Irideric. Ments* Conversum Judæum esse, etsi titulus scripti nomen non ostendat, accepimus, in eo potissimum versatur, ut per modum epistolæ, amico, causas indurationis Judæorum æque, ac promovendæ illorum conversionis sciscitanti, animi sui sensa aperiat, quidve in hoc negotio faciendum sibi videatur, utrinque paucis exponat. Scilicet eò tendunt rationes ejus omnes, ut, quantum priorem quæstionem attinet, 1) vitam Christianorum plerorumque pessimam obstare conversioni Judæorum, quam, si non universalem, singularem tamen, & maximè insignem ex Hos. III. 4. & ult. vult adhucdum sperare, arbitretur. pag. 4. 5. 2) Sabbathi imprimis inter Christianos profanationem impiam, impedimento ei esse dicat. p. 6. 3) nimiam Judæorum, & illimitatam prorsus quidlibet audendi licentiam, magis eos magisque deteriores facere asserat. p. eâd. sq. 4) summam hujus gentis, quâ apud ipsos etiam Magnates, aliosque in eminentiori gradu constitutos ple-

plerumque pollet, autoritatem, ex cauſis merè carnalibus tolerantiam, Judicii Civilis liberum exercitium, illorum converſioni remoram injicere haut exiguam exiſtimet. p. 7. 8. idemque & 5) de fœnore, quò Chriſtianos tantum non exſugunt, iniquiſſimo, p. 9. 6) de fœdô quorundam, quod Judæis lucri gratia, in ſuis præſertim Sacris præſtant, Chriſtianorum miniſterio, inſerviendique promptitudine p. 9. 10. 7) de contemtu, quô Judæi Religioni noſtræ protervè illudunt, dignis meritò modis vindicandô intellectum velit p. 11. Poſterior quæſtio, quæ genuinam Judæorum converſionis methodum præſcribit, quinque ejus explicat regulas, ad hunc finem obtinendum, judicio Autoris apprimè neceſſarias, adeoque probè obſervandas, quarum 1) arctius coërcendos Judæos. 2) ſpeciatim ad labores quosque honeſtos adſtringendos. 3) omni Chriſtianorum, ad cultum ipſorum publicum miniſterio atque operâ privandos. p. 11. ſq. 4) ad audiendas ſedulò in Eccleſiis noſtris conciones compellendos p. 12. & denique 5) præter alia, judiciis inter ſe mutuò Civilibus, cauſarum cognitionibus forenſibus, aliisque, quæ aliqualem adhuc apud ipſos Sceptri nondum ablati formam poſſe inſinuare jam antea monuerat, exuendos, annexis ad DEum precibus, laudatoque inſuper Potentiſſ. Boruſſiæ Regis hâc in parte egregiô inſtituto p. 13. 14. ſeriò ſvadet.

Die XII. Septemb. Diſſertatio Exegetica, illuſtrans ſenſum verborum *Jobi, Cap. XXIII.* 12. Præſide *Joach. Albert. de Krakevitz*, SS. Th. D. Catecheſ. Chriſtian. ac Hebrææ Linguæ PP. Ord. publicæ Eruditorum ventilationi eſt exhibita ab Autore, *Joh. Chriſtoph. Freſe*, Weſtenbrügga-Megapol. (pl. 6.)

Præfamen huic Diſputationi, quam Reſpondens Roſtochio jamjam diſceſſurus, ſuorum in hâc Academia profectuum quoddam velut ſpecimen voluit extare, præmiſſum, §. 1. generatim in Seculi noſtri Novatores invehitur, eos §. 2. meritò deteſtandos docet, antiquitatis contra Biblicæ ſtudium in hoc paſſu, §. 3. illuſtri libri Hiobi exemplo, omnes illos fidei articulos, qui in noſtra nunc Eccleſia creduntur, v. g. de Trinitate, DEI in eſſentia unitate, & perfectione, Chriſto, Spiritu S. Reſurrectione mortuorum, imagine Div. Providentia complectentis, com-

mendat, & §. 4. ſpeciatim ad præſentis dicti, quippe, quod Divinum Verbum, ejusque ſtudioſiſſimam Obſervationem inculcet, *exegeſin*, cum reliqua, qua Sectione II. de nonnullorum Novaturientium circa illud φανλάσμασι ſubjungere aliàs meditatus fuerat Autor) ob temporis penuriam non licuerit addere, tranſit. Hæc igitur iſto ordine procedit, ut adductis §. 1. variis loci hujus verſionibus præviâque §. 2. quæ in ejus tractatione attendi debeat, methodo, §. 3. verborum Textus primò nexum & συνάφειαν inquirat, §. deinde 4. ad 7. incluſ. ſingularum vocum, & quidem vocabuli: מחקי §. 5. צתנתי §. 6. אמרי פיו §. 7. Philologicam conſiderationem inſtituat, hinc §. 8. earum ſenſum indaget, tum §. 9. 10. Scripturæ analogiâ in ſubſidium vocatâ illuſtret, poſtmodum §. 11. aliorum Interpretum conſenſum oſtendat, porrò §. 12. nonnullas Exegetarum, hâc in parte diſſentientium, v. g. Seb. Schmidii, §. 13. Sal. Glaſſii, §. 14. Lutheri, §. 15. Verſionum LXX. viralis & Vulgatæ expoſitiones examinet, tandemque §. 16. rejectis in aliud tempus aliis, unicam quæſtionem, ad dicti Jobæi intelligentiam perutilem: An tempore Jobi Scriptura S. jam literis concredita, aut, ſi id nondum factum, quid per אמרי פיו intellectum velit? annectat, ad quam §. 17. præſuppoſitis quibusdam, ad Hiobi perſonam, librumque facientibus, & negata §. 8. librorum Adamo, Setho, Enocho, Noæ, Abrahamo ſuppoſitorum γνησιόλητα ita reſpondet, ut §. 19. (per typothetæ incuriam falſò eſt §. 30.) Jobi tempore verbum aliquod ſcriptum nondum extitiſſe, Jobum verò hæc אמרי פיו ex frequentiâ apparitionum externarum, §. 20. ex inſpiratione Spiritus S. internâ, quò §. 21. traditiones quoque Patriarcharum, cùm ſedulâ Parentum informatione refert, habuiſſe, §. 22. concludat. Sub finem hujus Diſſert. variæ D. Joh. Fecht. D. Joh. Petr. Grünenberg, & D. Joach. Alb. de Krakevitz, tanquam Præſidis votivæ leguntur ad Reſpondentem noſtrum acclamationes, quæ & de Studiis illius, ſolidaque eruditione teſtantur, & Patronis pariter eum, ſuo quodam meritò de meliori notâ commendant.

Die XVI. Ejusd. Præſide *M. Herm. Chriſtoph. Engelcken*, & Reſp. *David Buchholz*, Mecklenburg. ex Hiſtoria Literariâ ſecundâ vice

ce disputatum fuit de curioso ζητήματι: *An Pythagoras Proselytus factus, & consequenter salvatus sit*, cujus affirmativa modestè impugnatur. (pl. 6.)

Uti prioris de hoc argumento disputationis, quæ negativam tuebatur, contenta, mense jamdum *Julio* hujus anni *p. 197. sq.* exhibuimus, ita nec posterioris hujus quâ fidem suam liberare se voluisse dicit Autor, recensum paucis nunc instituere pigrabimur. Ea igitur absolvitur iterum tum præfamine, in quo generatim de quibusdam aliis præter Pythagoram Gentilium Philosophis, quibus juxta cum hoc, vel ipsa vera religio, vel ejus tamen quædam semina tribui vulgò solent, puta, Seneca, Aristotele, Platone, introductis loco disseritur, tùm tractatione, quæ §§. 17. (16.) inclusa, quicquid in hâc materiâ supererat, justâ commentatione complectitur. §. 1. oppositam suæ sententiæ sententiam Rabeneri, quæ Pythagoram, & Proselytum, & Ezechielis Prophetæ auditorem fuisse, argumentis à Convenientia ætatis, loci & doctrinæ &c. desumptis evincere conatur, autor recitat. Illam deinde quoad singula membra examinat & inquirit, ostendens, quam parum præsidii insit objectioni, vel §. 2. de Convenientia ætatis quæ speciatim ratione Pythagoræ Scriptores in diversum trahat, vel §. 4. de Convenientia loci, quæ utraque §. 5. evincere nondum satis possit, quod Pythagoras audiverit Ezechielem, vel etiam §. 6. de convenientia, in qua cardo totius probationis vertatur, doctrinæ, quam quoad quasdam scientiarum particulas, quas Pythagoras sive Hebræorum vivæ institutioni debeat, sive §. 7. plagio ex eorum scriptis, exemplo Platonis aliorumque abstulerit, largitur, quoad perfectam vero & exactam harmoniam negat & inficiatur. §. 8. occasione hujus similitudinis doctrinæ, quam Rabenerus Ezechielem inter & Pythagoram vult deprehendi, quæstionem inspergit Autor: quidnam Carmelitis, qui eum ordinis sui Antecessorem faciunt, cum Pythagora commercii intercedat, & posito, eundem Carmelitarum Coriphæum existere, quid suo id scopo officere queat? cui, postquam brevibus satisfecit, reliqua quoque Rabeneri leviora argumenta annectit, sigillatim §. 9. quæ de Circumcisione Pythagoræ, §. vero 10. quæ de DEI unitate, omnipræsentia, non

facienda imagine, mundi & hominum ad DEI imaginem creatione, Angelis item, inferorum suppliciis, immortalitate animæ &c. velut Pythagoræ dogmatibus affert. Omnia ista §. 11.-13. plenius paulò evolvit, nulliusque §. 14. cum Tetractus, seu quaternario numero Pythagoræ, §. 15. cum nomine filiæ Pythagoræ Judaico, Sarâ, ad ejus Proselytismum probandum ponderis esse, §. 16. demonstrat, sed §. 17. hunc Ethnicum ad extremum usque vitæ halitum fuisse, adeoque meritò æternæ damnationis reum factum, idoneis ad eam rem testimoniis, ultimò contendit.

Die XXVI. Sept. prodiit *Vindiciarum pro Veritate adversus Godofredi Arnoldi criminationes institutarum Tessaras*, Præside *Jo. Fechtio, D.* Respondente in circulari disputatione *Justo Henrico Rümckero*, Swerinensi. (6. plag.

Primum vindiciarum specimen de iis agit, qui in medio Papatu religionem Lutheranam fuerunt professi. Suggillat Arnoldus eorum institutum, qui vel Augustinum vel Chrysostomum vel Thomam Aquinatem vel Carolum V. Imp. veritatis in medio Papatu testes collaudant. Ostenditur, quod omni à Luthero usque Ecclesiæ nostræ ætate res summæ laudis existimata fuerit, ipsorum inimicorum religionis nostræ pro veritate doctrinæ nostræ, quam profitemur, testimonia, exemplo Flacii, qui primus catalogum testium veritatis consarcinavit, ex eorum scriptis collecta, Romanæ Ecclesiæ objectare. Id enim conforme esse exemplo Mosis, Deut. XXXII. 31. & Pauli, qui ad testimonia Arati, Menandri & Epimenidis provocaverit, ut proprio ipsos gladio jugularet, dicente Chrysostomo. Eundem morem secutos esse veteres Ecclesiæ patres, neque aliud agere ipsummet Arnoldum integris illis vastisque Historiæ Hæreticæ Tomis, quam ut ex hæreticorum & Fanaticorum testimoniis religioni suæ Indifferentisticæ robur assereret & auctoritatem. Arnoldi verò censuram, quam in hoc institutum vibret, quod absurdum sit, wann man Chrysostomum, Augustinum, Thomam Aquinatem und andere zu guten Lutheranern zu machen in grossen Büchern bey der handgreifflichen Mißhelligkeit sich bemühe/gesetzt daß man einige gleichstim-

migemige Bekäntniß auffweiſen könne/ fœda & Chriſtiano homine indigna criminatione niti, ac ſi quisquam eorum, qui ad adverſariorum Confeſſiones provocarunt, eosdem in bonos Lutheranos convertere voluerit, cum nec ex Arato Chriſtianum fecerit Paulus, quamquam eundem ceu veritatis teſtem, & quidem unicâ tantum in re, ipſis gentilibus oppoſuerit. Probatur id ex diſertâ aſſeveratione eorum, qui ejusmodi teſtes produxerunt, utpote Flacii, Pappi, Dorſchei, Mayeri & contra criminatoris exceptiones vindicatur. Inprimis verò Carolum V. Evangelicâ morte obiiſſe, quod peculiari oratione comprobavit celeberrimus D. Mayerus, productis ejus rei ex ipſo Papatu plurimis teſtimoniis, amplius roboratur, oſtenditurque, non aliâ ratione motum fuiſſe Arnoldum, ut Theologis illis, teſtimonia Lutheranæ veritatis ex ipſorum hoſtium confeſſione colligentibus, malediceret, quam quod Indifferentiſmi veneno ebrium malè habuerit, quod aliqua impenſa fuiſſet veritatis comprobandæ cura & quidem in controverſiis Theologicis, quibus carere ſine pietatis damno Eccleſia noſtra utique poſſet. Secundum vindiciarum ſpecimen circa Colloquium Emmendingenſe, à Jacobo Marchione Badenſi inſtitutum, occupatur. De quo cum nulla in publico extent documenta alia, quam quæ ex Archivo Durlacenſi ab Auctore præſentis diſputationis anno ſuperioris ſeculi XCIV. edita ſunt, ex illis verò juxta eundem ne Momus quidem ipſe, quod in Lutheranâ parte deſideret, quidquam deprehendere poſſit, Arnoldum tamen pro ſua cenſendi libidine ita judicare refert: Es ſeye ſehr confus zugegangen/ und hätten ſich die Affecten allerſeits hefftig geeuſſert / daß es auch einen ſo elenden Ausgang gewonnen/ daß die Papiſten nicht genug triumphiren und prahlen kunten. Deſiderat igitur diſputationis auctor in Arnoldo fidem hiſtoricam, eamque, quod requirat maximè ipſe, à partium ſtudio remotam, eundemque conſiderare jubet, utrum vel ſyllabam unam in univerſa de hoc colloquio narratione, ipſoque inprimis Protocollo, vel indicium etiam ullum aut veſtigium reperire liceat, è quo conſtet, vel affectibus unquam indulſiſſe Pappum, colloquentis Lutherani partes ſuſtinentem, vel quacunque ratione dediſſe occaſionem, cur collocutionem vel infelix fuerit ſecutus even-

eventus, vel Papistæ de re in colloquio probè & masculè gestâ jure meritoque triumphare potuerint. Id nisi liquidò certisque ex documentis ostenderit, malitiosi calumniatoris, cum contrarium ex omnibus paginis scire potuerit, & ne proximo suo fœdam & tam atrocem injuriam inferret, scire debuerit, notam effugiturum nunquam esse. Denuò igitur ex ipsis colloquii actis Lutheranorum innocentiam ostendit, è contra verò demonstrat, Arnoldum Colloquii Acta ne legisse quidem, cum Hænlinum faciat collocutorem ex Pontificiorum parte, qui tamen fuerit Zehenderus. Nempe tantâ cœcitate ex Divino judicio percuti eum, cujus unicus scopus sit, universas nostrorum Theologorum actiones atro dente arrodere & hostium Ecclesiæ quorumcunque vel excusare vel in cœlum vehere. Tertium vindiciarum specimen de Luthero agit & quibusdam ei vel objectis vel adscriptis. Non inficiatur Disputationis auctor, hominem fuisse Lutherum, à quo nihil humani fuerit alienum, non tamen ideo ait vel detectam Noæ pudendam à filiis aliorum risui exponendam esse, ut non detestari tantum piorum, beneque de Ecclesia & pietate meritorum vitia & defectus, sed contemnere quoque & parvi pendere id boni, quod ineffabilis DEI virtus per ipsos in hominum salutem operata est, discant, vel in vitiorum erratorumque numerum referenda ea esse, quæ recto Divini verbi judicio laudem potius prædicationemque mereantur, vel denique ipsos unâ cum instituto suo, ad DEI gloriam & Ecclesiæ salutem directo, prorsus de ponte præcipitandos atque pietatis doctrinam, ab ipsis masculè & omnium cum adplausu defensam, sub carnalis & Anti-Christianæ contentionis nomine traducendam esse. Eum verò unicum Arnoldi scopum esse, ut doctorum Ecclesiæ etiam optimè dicta atque facta elevet & sugillet, nævos verò non excusat, sed exaggeret & in trabales errores convertat, eos è contrario, qui pro hostibus veræ Ecclesiæ omnium judicio antea judicati sunt, excusat, laudet, in cœlum tollat, non aliam ob causam, quam quia de veritate doctrinarum fidei parum solliciti à controversiis omnibus alienum gesserunt animum, & soli morum pietati externâ se specie dederunt. Tum verò speciatim ad ea progreditur auctor, quæ vel Luthe-

Luthero vel Lutheri nimiis admiratoribus objectat Arnoldus. I. Quod Luthero in collegium docendi causâ venienti assurrexerint auditores. Quamquam verò hunc honorem, quippe sibi soli delatum, invitus admiserit Lutherus, iniquè tamen hic typhum, animo Lutheri per ritum illum impressum, quem & de cætero frequenter Luthero objiciat Arnoldus, eundem colligere adseverat. Sicut nec fastum arguat, quando Petrus Patiens Hartmannum vocaverat *unum ex veris Christi & Lutheri ipsius discipulis.* Cum hæc causæ principis & ministerialis conjunctio nec ipsi Scripturæ sit insveta. Utpote in illo: *hic gladius Domini & Gideonis.* Itemque: *visum est Spiritui S. & nobis.* II. Quod Lutherum sanctum & Divinum appellitaverit Bidenbachius. Ad quod regerit auctor, omnes fideles in fronte epistolarum Apostolicarum sanctorum titulo insigniri, omnemque vitam & virtutem, Divinæ regulæ conformem, in vernaculis nostris Bibliis Divinam vocari. II. Cor. I. 12. II. Petr. I. 3. I. Tim. V. 4. III. Quod infallibilitas adscripta fuerit Luthero ab eodem Bidembachio, qui ad Marbachium scripserit: *quem Divinus Lutherus commendavit, eum certè coram DEO & hominibus commendatum esse.* Ad quod respondet, majora longè encomia in sacris attributa esse hominibus mortalibus, sine ulla infallibilitatis adscriptione. Hiob. I. 8. II. Reg. XIIX. 5. s. Neque encomium Thomasianum, quo Historiam Arnoldi hæreticam omnibus post Apostolos scriptis, Arnoldo non, ut Lutherus fecerit, invito, prætulerit, Arnoldum in infallibilitatis thronum collocare. IV. Quòd Wolffg. Kœteritius Theologos ad imitandum Lutheri in scribendo contra adversarios intemperiem inflammaverit. Respondet auctor, ejusdem intemperiei accusandos esse Christum & Apostolos, qui veritatis hostes vocitaverint lupos, vulpes, serpentes, fures, latrones, sicarios, filios Diaboli, stultos, canes & vaniloquos. Nec ullum scelus & flagitium sub sole esse, quod Lutheranæ Ecclesiæ ministris ex Indifferentisticâ intemperie non impegerit Arnoldus. Quartum vindiciarum specimen versatur circa literaturam profanam, cum studio Theologico & veri Christianismi conjungendam. Præmittitur demonstratio, quod combinatio bonarum literarum, etiam ex gentilibus scriptoribus addiscendarum, cum

ſtudio Theologico, in ſcriptis publicis exercendo, ſtatim à primâ Eccleſiæ Chriſtianæ infantiâ approbari doctoribus ejus cœperit, quippe qui etiam in tribus primis ſeculis, tanquam ipſius Arnoldi conceſſione purioribus, ſcripta ſua Theologica verbis & ſententiis gentilium exornare non erubuerint. Quin & ſcripſerit Auguſtinus, *Philoſophi, qui vocantur, ſi quâ forte vera & fidei noſtræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed & ab eisdem, tanquam injuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum vindicanda.* Unde factum ſit, ut cum ex barbarie ſuperiorum ſeculorum eluctati noſtri elegantiorem literaturam tantâ voluptate comprehenderent & deperirent, ut venuſtatibus illis nobiliſſimam omnium & diviniſſimam diſciplinam, Theologiam exornari potius, quam proſtitui fuerint perſuaſi. Nec deſtitutos illos fuiſſe auctoritate ipſius Pauli, qui Poëtarum gentilium carmina ſuis ſcriptis inſerere non dubitarit. Quod ſi ſingulari æſtimatione mentis humanæ opera venuſta, egregia, admiranda proſequamur, eaque laudemus, immò in cœlum efferamus artium mechanicarum effectus, quantumlibet à gentilibus, Turcis aut Judæis profectos, ſi oculis noſtris blandiantur, & quotidianis neceſſitatibus noſtris uſum concilient, aut ſaltem commoditatem, cur contemnere debeamus elegantias literaturæ & doctrinarum rationis, ſi illæ ſeveriori Chriſtianorum diſciplinæ non ſint adverſæ? Quem in finem & memorabilem Nicephori Calliſti locum adducit. Tum verò ad criminationem Arnoldi progreditur auctor, quâ in conjunctionem illam ſacræ & profanæ literaturæ invehi ipſi dicitur & de quâ ita judicet: Diß ſeyen freylich die Früchten davon / daß man ſich in die Heydniſchen Scribenten ſo ſehr verliebe / nemlich Hoffart und thörichte Einbildungen der Gelehrſamkeit / wann man etwa einen Griechiſchen Vers aus einem alten Poeten vorbringen / und die Orationes, Briefe / Predigen / Abdanckungen und Schrifften damit zieren und ſchmücken könte. Welches man in denen Büchern des vorigen Seculi und auch guten Theils des jetzigen / ehe dieſe Pedanterie ſo abgeſchmackt worden / mit Verwunderung ſehe. Ait verò, cumprimis ipſum perſtringere Dav. Chytræum, Theologum quondam ſuæ Academiæ, de quo præclarius nemo unquam meritus ſit, quem adeo infeſto

pro-

proſequatur odio, ut de Theologiâ ipſius ſcribat: es ſeye eine Platoniſche Lehre / darinnen nichts geiſtliches / ſondern nur etliche Philoſophiſche floſculi und Redens-Arten und Sentenzen der Heyden und Poeten vorgeleget werden. Und wann man noch Chriſti und ſeiner Lehre gedencket / dannoch kein Geiſt / Leben und Krafft darinnen verſpühret werde. Mentis verò elationem, quam Arnoldus literaturæ profanæ amori adſcribat, in ſuimet animi impotentiâ quærendam eſſe affirmat Diſputationis auctor, quum cum omnium aliorum inſtituta, quamquam totius mundi judicio ſalutaria & laudabilia, non pro nihilo tantum, ſed & pro pernicioſo putet, ſui verò unius cerebri ſpectrum iisdem præferat & aliis ad adorandum proponat. Aut arrogantem illam de ſe perſvaſionem ex ipſâ gentilium Poëtarum lectione & æſtimatione per ſe profluere, & ejusdem intumeſcentiæ reum agi actum Divino Spiritu Paulum & plerosque in puriore ſeculorum ordine patres, aut ex abuſu tantum ejus moris originem trahere, dum qui illo uſi ſunt, vel allegatorum copiâ exceſſerint, vel Poetarum amorem atque æſtimationem Diviniori verbo prætulerint. Atque ita uſum ipſum in ſe proſcribendum non fuiſſe, & qui in eodem exceſſerunt nominandos atque à cæteris, qui laudem utique meruerint, diſcernendos fuiſſe. Hos inter quum Victorinus Strigelius numerandus fuerit, meritò de eodem ſcribere Jacobum Andreæ: *ex alto omnes deſpicit ſuperbus Grammaticus, qui felicius in ſuo Pindaro nugaretur, quam in ſacris profanandis*; & immeritò ideò perſtringi Jacobum. Quod denique Arnoldus bonarum literarum cum Theologiâ connexionem inſipidi Pedantiſmi titulo conſpurcet, ad id hunc in modum reſpondet auctor: *Quod ſi inſipidus Pedantiſmus eſt, elegantibus ingenioſisque gentilium ſententiis, quaſi Divinæ auræ, in creatione hominis intellectui inditæ & ratione probè excultæ, particulis res ſacras quaſi condire & velut ornamentis quibusdam diſtinguere, quo probri nomine digna fuerit ea conſuetudo, quâ rerum ſacrarum majeſtatem & ſanctitatem fumosâ ſulphureâque, Jacobi Böhmii literaturâ, quâ impensè & unicè delectatur Arnoldus, in quâ tamen neque ſalis quicquam eſt, nec venuſtatis, & cujus ſenſus nec ab Oedipo plerumque poſſit divinari, contaminemus? Qui hodie aliis tam promptè Pedantiſmum obquamcunque ſcribendi rationem,*

ab ipſorum ingenio aut inſtitutis alienam objiciant, aliorumque eo dicterio ignorantiam, cum arrogante de ſe perſuaſione conjunctam, caſtigent, videre debere, ne verius illud de iis dicatur: Platonis faſtum calcas, ſed faſtu majore. Bonarum literarum æſtimationem & cum Theologico ſcribendi genere conjunctionem inſipidam ſub Pedantiſmi crimine factam nec hodie eſſe, niſi iis, qui tenebricoſis Böhmiſticæ Theologiæ ineptiis effaſcinati ad ea etiam nauſeare delirâ ſe mentis imaginatione adſvefecerint, quæ ſaniore guſtu præditis, poſt S. Literarum amorem, quiâ à venuſtatis omnis & gratiæ fonte proveniant, in pretio ſint & deliciis. De cætero utrumque ſcribendi genus pro donorum Divinorum, in miniſtros ſuos largâ copiâ collatorum, diverſitate laudem promereri, & quod ab omni externo ſplendore & adſcititio ornatu remotum eſt & quod ornamenta quoque & orationis florem, qualem in ſcriptis ſuis, qui rationem excoluerunt, ſectati ſunt, adhibeat. Quam in rem memorabilis planè ſententia ex Theodoreto allegatur. Sub finem promittit auctor diſputationis, ſe, ubi occaſio ipſi obtigerit, & reliquas criminationes, in Theologos, Epiſtolarum ad Marbachios exaratarum ſcriptores conjectas, pari ſe ratione examinaturum eſſe.

Die XXIX. Ejusd. Solemni quippe Archangeli Michaelis Feſto in faſtis dicatâ, Rector Academiæ Roſtochienſ. *Johannes Erneſtus Schaperus*, Medicinæ Doct. Ejusd. Profeſſ. Ordin. Facult. ſuæ Senior, ac Decan. & Sereniſſ. atque Potentiſſ. Ducis Mecklenburg. Regentis Archiater, publicô nomine *Programma*, quô ad beatiſſimam Domini per Archangelum, & Sanctos Angelos in Eccleſia & Academia conſtitutam tranquillationem, debitâ cum devotione recolendam omnes & ſingulos Reipublicæ hujus literariæ cives invitat, ſimulque ad intermittendam, planè infeliciſſimam illam in Civitate & Academia bombardarum exploſionibus excitatam perturbationem Studioſos hortatur, ſcripſit. (pl. 1.)

Die X. Octobr. Diſſertatio Juridica de *Periculosâ conceptione Inſtrumenti*, ſub Præſidio *Joh. Joach. Schæpferi*, J. U. D. & P. P. Comit. Palat. Cæſ. & Conſiſt. Megapol. Aſſeſſor, publico Eruditorum examini eſt ſubmiſſa à *J. Jürgenſen.* Tund. Holſat. (pl. 6.)

Quid

Quid in præſenti, quam ſiſtimus Diſput. ſit præſtitum, ſingulorum Capitum inſcriptiones & tituli lectorem docent, quos huc transferre non gravabimur. Cap. igitur I. probat periculoſum eſſe Inſtrumentum ſcribere in actu inter Vivos. Cap. II. oſtendit, periculoſum eſſe, inſtrumentum ſcribere in ultima voluntate, & Cap. III. idem, quoad delicta, evincit.

GRYPHISWALDIÆ.

Menſe Auguſto ex Jure Publico *de Commodis ex Pace Ryswicenſi in Imperium Romano-Germanicum redundantibus* Diſputationem ſub Præſidio *D. Johann. Schackii*, Prof. Publ. Ordin. & h. t. Decani habuit *Chriſtianus Knütel*, Langwedela Bremenſ. (pl. 5½)

Diſputatio iſta, quæ præter varias Pacis Ryswicenſis circumſtantias decem ejus emolumenta ſiſtit, §§. 16. includitur, & 18. præterea Corollaria annexa habet.

Die XII. Auguſti Poſitionum Juris Communis cum Lubecenſi collatarum Syllogen ſecundam, (prima enim ſuprà jamdum menſ. Julio hujus anni p. 206. à nobis fuit exhibita) Præſide *L. Georg. Adolph. Carocio*, Facult. Jurid. Adjunct. defendit *Chriſtian. Nicolaus Helwig.* (pl. 1½.)

Sylloge hæc à poſitione XI. quæ nuper diſputationem priorem clauſerat, pergit, & alias XIV. denuò adjungit.

Die XV. Auguſti De nova atque abominandâ Pietiſtarum Trinitate ſub Præſidio *Joh. Frider. Mayer.* D. PP. Prim. &c. h. t. Dec. Diſp. eſt exhibita à *Joach. Willers*, Stralſund. cui accedit diſſertatio: *Utrum ſperanda ſit Spiritus S. incarnatio?* (pl. 3.)

In *priori* diſſ. poſt exhibitum Edictalis Citationis, quâ Fanaticorum quidam Criminis læſæ violatæque SS. Trinitatis, (in quam ſe ipſos temerè transmutaverant) rei, in judicio Celliſſ. Comitis Sayn. &c. &c. Laasphenſi comparere, rerumque ſuarum rationem reddere jubentur, exemplum p. 3. - 6. juſtæ leguntur invectivæ in Pietiſticam impietatem & Fanaticismum, quem ſub ipſis jamdum hujus Sectæ initiis, Eccleſiæ fines eſſe occupaturum, dudum præviderint præſtantiſſimi quique Theologi. p. 7. Hujus Patronos præ cæteris ſubinde Divinas apparitiones & Colloquia crepare, exemplis Peterſenii, & cujusdam Jo. Geo. Roſenbachii, quorum hic cum Veritatis revelatæ, & LL. SS. damno, à celeberrimo quodam Eccleſiæ purioris Doctore, Academiæque

Altorfinæ ornamento, (cujus tamen nomini parcere velit Autor) fuerit defensus, à Storrio verò & Edzard. in viam revocatus, asseritur. p. 8. 9. sq. & quam injurii illi semper in Sacro-sanctam speciatim Trinitatem fuerint, tum præsenti, tum aliis in subsidium vocatis testimoniis, subjunctisque piis precibus p. 10. - 12. evincitur.

In *posteriori* præmittitur de Incarnatione JEsu Christi, quæ sub finem anni 1696. iterato contigerit, commentum: Violari etiam ad eundem modum articulum de Spiritu S. dicitur: quæstio, quare nec hic, nec Pater, sed λόγος fuerit incarnatus? attingitur, & sic ad tractationem ipsam instituitur transitio. p. 2. Illa tum variis Simonis Magi, Montani, Manetis, Mahumedis (quibus sententiæ de Seculo Spiritus S. breve examen insertum extat) Guilelminæ Boëmæ, Johannæ Venetæ, Martini Steinbachii, qui se blasphemè Spiritum S. incarnatum esse venditarunt, cum affinibus Hieracis, Melchisedecianorum aliorumque exemplis, p. 3. - 9. tum argumentis huic errori oppositis, desumtis, partim à scopo ac fine unico incarnationis, partim à numero duorum Testamentorum, & Novi fœderis perfectione, partim à facta jam Spiritus S. statim post ascensionem Christi missione p. 9. - 12. constat.

Die XIIX. Ejusd. Jobum liberos suos sanctificantem ad C. I. v. 5. Job. dissertatione Theologica, Moderatore *D. Joh. Frid. Mayer.* PP. Præside *M. Laurent. David. Bollhagen*, Eruditorum examini submisit *Matthæus Wollitsch.* Treptow-Pom. (pl. 3.)

§. hujus Disp. I. quædam de ætate & Persona Hiobi habet. §. 2. ejus fidem, & verum DEI Cultum, quò sacrificia quoque referuntur, exponit. §. 3. præter ipsum Jobi oraculum, cum quibusdam illius versionibus adductum, Sanctificationis in eo descriptæ & quidem primò externæ actum explicat. §. 4. in Sacris peragendis frequentem fuisse ostendit, §. 5. cum lege Mosis confert §. 6. ratione modi evolvit, §. 7. 8. ad Jobum ejusque liberos juxta ductum reliquorum Textus verborum applicat, §. 9. internam quoque sanctificationem considerat, & §. denique 10. (falsò IX.) occasione precum, quas Jobus liberos suos sanctificans, ad DEum pro iis fuderit, quæstionem: Quantum prosit alteri fides aliena? ad illustrandum thema addit.

Die

Die XIX. Ejusd. Ex *loco de Imagine DEI*, quæstionum recentiorum, imprimis Pietisticarum Pentadem, Præside *M. Justo Wessel Rumpæo*, SS. Theol. Baccal. Facult. Theol. Adjunct. & Ecclesiast. ad D. Jacob. Sabbath. ventilavit *Daniel Harder*. Gryphisw. Pom. (plag. 2½.)

Quæstiones in ista Disp. exhibitæ sequenti se ordine excipiunt. I. est: An imago DEI in eô consistat, quod anima hominis immortalis & immaterialis sit, intellectum, voluntatem & memoriam habens; ad quam factâ §. 1. 2. distinctione inter acceptionem imaginis Div. Ecclesiasticam, s. impropriam, & propriam, s. Biblicam, adductaque §. 3. quorundam Patrum Scholasticorum, Pontificiorum, Calvinianorum &c. Præcipuè Pietistarum affirmativâ, §. 4. negativè respondetur. II. est: An imago DEI sit particula essentiæ Divinæ? sive: an sit Virium Divinarum affluentia? vel: an sit communicatio Virtutis Divinæ, & idiomatum Divinorum? quæ, citatis §. 1. & 2. qui hanc fovent sententiam, Fanatis, §. 3. pariter negatur. III. est: An imago Divina sit lumen? cujus, postquam allati sunt §. 1. opinionis Patroni, præmissusque §. 2. controversiæ status, negativa defenditur. IV. est: An Imago Dei in primis hominibus constiterit in Dominio Spiritus? quæ uti §. 2. a Christ. Thomasio asseritur, ita §. 2. erronea esse probatur. V. & ult. est. An imaginis Div. ratio præcisè in eô consistat, ut homo imaginem Dei referat tanquam in personis Trin.? sive: an imago Div. primi hominis fuerit speculum SS. Trinitatis? quæ §. 1. contra Græcos & Novatores alios §. 2. ita deciditur, ut qualiscunque similitudo hîc admittatur, verum autem Trinitatis speculum Imagini Divinæ abjudicetur.

D. XXIII. Ejusd. Præside *D. Joh. Frid. Mayer*. SS. Theol. PP. Prim. & p. t. Dec. *de Flagellatione Spontanea* disseruit *Francisc. Jäde*. Gryph. Pom. (pl. 1.)

Summa paucis huc redit, & θέσ. 1. quantum in hoc argumento editis scriptis laboraverit Jac. Gretlerus, vel suo ipsius judicio, ostendatur. θέσ. 2. Conrad. Vetteri blasphema & mendax Litania, quâ nostræ Ecclesiæ doctrinam falsè ridet, huicque opposita verissima Matthiæ Hoë parodia allegetur. θέσ 3. Spontanea hæc Papæorum flagellatio impingere in S. Scripturam evincatur, & θέσ. 4. ejus iniquitas ex ipso saniorum Pontificiorum, interque illos Abbatis, Boileau suffragio probetur.

Die

Die II. Septembr. Præside L. G. A. Carocio, Fac. Phil. Adjuncto, *Positionum Syllogen tertiam* ventilavit *Bernhard. Christian. Droysen.* Usedom. Pom. (pl. 1½.)

Absolvitur ea XII. iterum positionibus, quas proximè insequentur aliæ.

Die V. Ejusd. Theses Juridicas ex Compendio Lauterbachiano desumptas sub præsidio *D. Joh. Schackii*, Prof. Publ. Ord. & Facult. Jurid. h. t. Decani defendit *Henric. de Hammarberg.* Nobilis Svecus. (plag. 1.)

Est hæc dissertatio, thesium supra à nobis *mens. Jul. ad d. XXIII. Maji p.* 206. memoratarum, de Appellatione, quam juxta potiora quædam adjuncta examinat, continuatio.

Die XVI. Ejusd. Præside *D. J. F. Mayero*, *de Sacerdotum salutandi formula: Dominus Vobiscum*, Dissertationem Historico-Theologicam publico examini submisit *M. Andreas* Ritter / *Lubec.* Philosoph. Facult. Adjunct. (2½. plag.)

Autor, postquam §. 1. Cantus Sacros maximam inter alia quoque cultus publici partem constituere, Veteris Ecclesiæ exemplo, à qua introducti primùm, & ad nostra deinde tempora propagati sint, contendit, & §. 2. ejus quædam genera, Invitatorium, Hymnos, Antiphonas, Hallelujа, Psalmos, Cantica, Versus, Responsoria, Collectas paucis attigit, §. 3. ad hujus speciatim formulæ, quam in Scriptura S. fundari ostendit, *originem* progreditur. Eam §. 4. recitatis variis variorum, præcipuè Pontificiorum, qui nimiam illius antiquitatem, ex Autoribus tamen potissimùm suspectis propugnant, sententiis, & monstratâ §. 5. aliquali à Græcorum formula: εἰρήνη ὑμῖν differentia, §. 6. vel incertam, vel ultra ea tempora, quibus Antiphonæ in Ecclesia cœperint, de quarum inventione pariter disquirit, non extendendam putat. Hinc §. 7. *Sensum* sibi formulæ enucleandum sumit, quod ita facit, ut tùm aliorum de eâ Scriptorum meditationes afferat, tum suam quoque ipsius mentem §. 8. exponat, quâ alium illam erga impios, alium erga pios respectum habere, imprimis autem §. 9. unionem fidelium cum DEO mysticam insinuare observat. Ultimo loco *Usum* formulæ istius, in Ecclesia præsertim Rom. brevibus persequitur, quem §. 10. à

sub-

ſubjecto, aut perſona utente, §. 11. à numero, & crebrâ repetitione, §. 12. à notabilioribus quibusquè circumſtantiis, §. 13. ab objecto, ſ. aſtante populo deſcribit, & §. 14. rectè etiam apud nos aſſervari, rejectis Canticorum Sacrorum hoſtibus, annexôque pio voto aſſerit.

Die X. Octobr. Eôd. Præſide Apologia Pontificum Romanorum, Doctorumque Pontificiorum pro Archi-Epiſcopis atque Epiſcopis Regni Poloniæ adverſus cenſuram Clementis XI. P. R. ſententiarum collationi eſt expoſita à *M. Mich. Irid. Quadio.* (pl. 4.)

Quæ hujus Diſp. ſint contenta, more noſtrô ſolitô jam exponemus. Autor, juſtam & legitimam, Veteri Rege remoto, Regis noviter coronati eſſe Electionem contra Brutum Papæ Rom. fulmen probaturus, θέσ. 1. occaſionem ſumit, ab inani Pauli V. Papæ R. in Rempublicam olim Venetam vibrata Excommunicatione, quam tùm ratione reliquarum circumſtantiarum, tum & præſertim ratione plurimorum, qui de iſto argumento extant, Autorum fuſius deſcribit. Ejus θέσ. 2. parallelum quoddam hoc pariter Seculo & anno exemplum in Clementis XI. P. R. cujus Breve integrum inſeritur, excommunicatione, qua Archiepiſcopos, Epiſcoposque omnes Poloniæ, qui Coronationem perfecerint, ferire fuerit conatus, dari oſtendit; quas illi cauſas habeant, Clementinum faſtum, vanitatemque reprimendi, θέσ. 3. explicat, Cenſuræ vocem θέσ. 4. quoad ſignificationem & diviſiones evolvit, θέσ. 5. ad præſentem Papæ cenſuram applicat, injuſtamque eam eſſe, quia 1) non ex manifeſta & juſta oriatur cauſa. 2) à judice incompetente feratur. 3) turbet alterius jurisdictionem, & in præjudicium tertii vergat. 4) intolerabiles errores teneat, evincit, & θέσ. 6. pro iſtâc cauſa, aliorum etiam Pontificum R. qui Archi-Epiſcopos & Epiſcopos hos ab omni pœnâ abſolvant, teſtimonia longo numero in medium producit.

GEDANI.

Jo. Christoph. Gottvaldi, Med. D. & Pr. Ged.

De

Infante recens nato cum Corde extra Thoracem posito,

Observatio:

Fœtum in Utero materno non morbis tantum à turbata Sanguinis mixtione oriundis, sed & aliis, vulneribus sc. ab extra Corpori alias infligendis, obnoxium esse, præter alia multa hoc inprimis Exemplum, quod inter rariora oppidò numerandum, nos docet.

Uxor Sub-Centurionis Castra polonica sequentis à septem mensibus proprio effatu gravida, cum circa Vesperam maximis cogeretur Ventris doloribus, fœtum fortè exitum moliri opportunè subsentit: accitata jam Obstetrice, Lucinam quoque invocat, & post breves labores, magno adstantium stupore partum quidem masculum feliciter edit, vivum, membris alioquin omnibus perfectum, sed Corde cum utraque Auricula extra Thoracem, illic ubi Cartilago ensiformis sterno jungitur, pendulo. (Fig. I.)

Advocatur Medicus Urbis nostræ Celebris & Physicus Dn. God. Stüve simul meritissimus; hic etsi confestim adesset, miseroque nato opem ferre meditaretur, conclamatam tamen rem fore adpositè judicat; dictum factum, post sextam à partu horam, infans maturè sanè fatis destinatus, exspirat. Postero die cum præsentibus modò dicto Dno. Medico, Me, Chirurgoque dexterrimo Cadaver Cultro anatomico subjiceretur, sequentia notavimus: Corporis partes externè consideratæ optimè erant conformatæ, præter scrotum quod tumescebat, & cor quod à situ suo naturali remotum foris conspiciebatur. Abdomine primum aperto, integumenta quæ junctim sumpta digitum ferè minorem crassa, adiposa s. mucosa potius existebant; intestina v. cum reliquis Visceribus sana in limpida aqua ei simili quæ per Thoracis foramen sponte fluebat, natabant, certo Argumento, duplici hydrope Abdominis pariter & Thoracis laborasse fœtum. In Thorace itidem, qui eâ, quam effundebat, lymphâ abundabat, nihil singulare inve-

invenimus ; Pulmones cum cæteris partibus ſine noxa & Subſtantia & colore naturales. Solum Cor deforme erat, cum apice in globoſum corpus prolongata, circuloque qſ. circumſcripta, hyperſarcoſin mentiebatur, ſed ab extenſa Ventriculi dextri muſculoſa ſubſtantia illud proveniebat, compreſſione Labiorum Vulneris ut credimus ſenſim dilatatum & in iſtam figuram degeneratum, unde ſtylus m. per dextram auriculam admiſſus, adimum usque fundum hujus ſacculi (eam n. figuram repræſentabat ſicut ex effigie Fig. II. depict. apparet,) penetrabat. Peri-

FIG. I.

FIG. II.

cardium nullum visum; Auriculæ è contra integræ, inter quas foramen ovale cum Tubulo arterioso manifestè patebant: Funiculi umbilicalis Vasa cum suis insertionibus investigavimus & naturæ lege omnia salva deprehendimus; nec negleximus denuò inspicere Thoracis jam dissecti limbos qui aperturam faciebant, sed ne vestigium quidem Membranulæ invenimus quæ hanc occlusisset, qualem tamen Dominus Regis Medicus Mospelienſis suo tempore in binis Catulis pari casu à reliquis distinctis observavit (Journ. ds Sçavans l' an 1681. f. 14. p. m. 178.) indeque conclusit, quod hoc medio respiratio conservata fuerit, cujus contrarium nostra evincit Observatio. Denique cum quævis probè perspecta habuissemus, ratio adhuc defuit; qui factum sit, quod Infans in Utero hanc plagam acceperit: fassa autem est Mater, se primis à Conceptione diebus ex lapsu in glacie Epilepsiam, aliosque minus molestos affectus passam esse; circa medium Graviditatis tempus vitam percepisse Infantis; post aliquas hinc septimanas iterum è curru delapsam concussionibus validis agitatam fuisse; Quare calculum adjecimus fœtum fortè per lapsum ultimum, contra pubis ossa vi protrusum, & sauciatum huic periculosissimo accidenti succubuisse; sed in Abditis ejusmodi uti & in aliis ratio Experientiæ cedere cogitur.

REGIOMONTI

Godofredus Wegnerus, SS. Th. Doct. Prof. Publ. Ordin. Eccleſiaſt. Aulic. Reg. Secundar. nuper *Programma* aliquod Academicum, ad Theologiæ Studiosos ibidem degentes directum proposuit, quod, utut paulò prolixius, breviter tamen hîc inferere, & quoad potiora momenta perlustrare animus est. (pl. 6.)

Scopus in illo omnis eo collineat, ut *Magistris Philosophiæ, & cæteris S. Ministerii Candidatis, Scrutinium Sacrarum Literarum à Christo Joh. V. 39. seriò mandatum*, ad hujus præscriptum enixè *commendet* Autor, cujus etiam rei ergo ab ipsius statim dicti, sigillatim vocabuli in eo notabilioris, ἐρευνᾶτε, quod alii Indicativum, alii rectius Imperativum malint esse, explicatione §. 1. incipit, modum scrutinii à Christo præcepti, ex emphasi vocis istius eruit §. 2. objectum scrutinii Scripturam S. esse, exclusis traditionibus Judaicis ac Pontificiis, libris que Apocryphis, inclusa vero Scriptura

ptura N. T. oſtendit §. 3. ſubjectum ſcrutinii non ſolum Phariſæos & ſcribas, ſed populum univerſim judaicum §. 4. conſtituit, & poſtremò effectum Scrutinii, duplicem eum quidem, tum vitæ æternæ collationem §. 5. tum de Chriſto vitæ datore teſtificationem §. 6. allegat. §. 7. à genere, quibusvis hominibus, quorum cura præcipua debeat eſſe frequens Scripturæ lectio, argumentatur ad ſpeciem, SS. Theologiæ ſtudioſos, Miniſteriique Candidatos, quibus vel tantò magis iſtud Scrutinium incumbat, quantò magis illi ad alios aliquando Verbum DEI docendos, & de Salute æt. informandos paulatim ſint præparandi. §. 8. quædam Scrutinii iſtius adminicula, cognitionem linguarum, artium & ſcientiarum, Analogiam fidei, Philoſophiam, cæteraque media recenſet; illis §. 9. plurimos adeò, qui tamen ad SS. Miniſterium hodiè adſpirent deſtitui conqueritur, melius verò ſe §. 10. de Auditoribus ſuis, quippe quibus longè alia in his ſtudiis mens ſit, quibusque adeò §. 11. vel eò majus, ſcriptô hôc calcar addere voluerit, ſperare, adducto §. 12. hunc in finem prolixo B. Dorſchei teſtimonio, dicit. §. 13. pergit in iſtâ adhuc ad SS. Theol. Candidatos admonitione, quos inſuper §. 14. præter dictum Chriſti ſupra breviter enucleatum, præter tot rationes & cauſas impulſivas, exemplis excitat Virorum celeberrimorum, qui eandem viam ingreſſi ſunt, tum in Academiis viventium, & inter hos Zeidleri, Bernh à Sanden, Calovii §. 15. Wilh. Lyſeri, J. A. Quenſtedii, Conſt. Ziegræ, Luc. Bacmeiſteri, Joh. Fr. Königii, Chriſt. Bieleſeld. §. 16. Bernh. Derſchovii, aliorumque, præcipuè §. 17. Joh. Fechtii, J. F. Königii, Henr. Mülleri, Quiſtorpiorum, Cothmanni, Paul. Tarnovii, Affelmanni, §. 18. Mentzerorum, Petr. Haberkornii, Juſt. Feuerbornii, Finckii, Diterici, Thummii §. 19. Burch. Harbarti, Vinc. Schmuckii, Höpfneri, Joh. Höpneri, Joh. Ben. Carpzovii, utriusque Langii, Kromayeri, Schertzeri, Hulſemanni, §. 20. Förſteri, Balth. Meisneri, Wilh. Lyſeri, Æg Strauchii, §. 21. Behmiorum, Lev. Pouchenii Cæl. Myslentæ, §. 22. Gerhardi, Alb. Graweri, Chriſt. Chemnitii, Joh. Muſæi, §. 23. Joh. Schmidii, Joh. Ge. Dorſchei, Joh. Conr. Dannhaueri, §. 24. Geo. Königii, Chriſt. Crineſii, §. 25. Geo. Calixti, Conr. Horneji, Gerh. Titii, tum §. 26. extra

Academias viventium Joh. Schröderi, Conr. Diterici, Andr. Kesleri, Joh. Maukiſchii, Bernh. Waldſchmidii, Chriſt. Groſſii, quid? quod ex Veteribus Hieronymi, quorum Theologorum omnium numerum, augeri admodum ex Wittenio, aliisque biographis poſſe affirmat, ſimulque novam ad Auditores ſuos applicationem §. 27. annectit. §. tandem 28. digreditur ad varios labores Sacros, in quibus induſtriam ſuam exercere, ſummo Eccleſiæ bono, Candidatos Theologiæ, in omnibus diſciplinis verſatos, poſſe, cum ſibi id ſoli per graviores Occupationes non liceat, Autor judicat. Horum aliquos, Theologiam ſcil. Moralem, Supplementa Diterici, Differentias Theologorum, memoriale omnium theſium, vel quæſtionum controverſarum, Epitomen Centuriarum Magdeburgenſ. Theologiam Patriſticam, Lexica Sacra, Libros, & tractatus renovandos (quorum exempla & hic, & poſtea in addendis adducit) nominat, ſingulos adhuc magis magisque excolendos, augendos, perficiendos. Simile Studium §. 29. in Biblicis præſertim Commentariis, v. 9. Continuatione Commentarii Gerhardi in Devteronomium, Explicatione Elenchtica Evangeliorum Dominicalium, Vindiciis Synopticis præcipuorum Locorum Geneſeos à Bellarmino in IV. Controverſ. Tomis depravatorum Frœreiſenii, Examine Juris Canonici in allegatione locorum S. Scripturæ, Vindiciis Prücknerianis, Harmonia Althoferiana, Paraphraſibus Chaldaicis, Dubiis Vexatis Pfeifferianis, ſpeciatim etiam §. 30. in Scriptis à ſe vel adornari cœptis, vel adornandis, Epitome Bibliorum, Theologiam fidei ex Scripturis exhibente, Theologia Apodictica, Poriſmatibus Biblicis, Epiſtolis Dominicalibus & Feſtalibus, Bibliis Numeratis Patriſticis, Commentariis in Acta Apoſtolica, Verſionibus Lutheri prioribus & poſterioribus collatis, deſiderat, ſicque paræneſi, totique Programmati finem imponit.

Die XXV. Auguſti M. Michaël Hoynovius, Scholæ Palæopol. Rector, Exercitationem Philologicam *Tertiam* publicè ventilavit *de Nomine JESU*, Reſp. *Bartholom. Andrea*, S. Miniſter. Candid. Scholæque Gerdav. Rectore. ($3\frac{1}{2}$. plag.)

Die XXVIII. Ejusd. ſub Præſidio *M. Georgii Thegen*, Phil. Pract. Prof.

Prof. Publ. Ord. Facult. Philoſ. Senioris, Diſſertatione Academica publica exhibuit *Electorem ſui ipſius in Magiſtratum*, Autor & Reſp. *Daniel Hoffmann.* Reg. Pruſſ. (3½. plag.)

Die XXXI. Ejusd. M. Michaël Schreiber, Eloqu. & Hiſtor. P. P. Ord. Bibliothec. Wallenrod. *de genuino & domeſtico Rhetorices Auditore* diſputavit Reſp. *Iriderico Boltz.* Reg. Pruſſ. (pl. 2.)

Die I. Septembr. Joh. Stein, U. J. D. & P. Ordin. Tert. Reſp. *Chriſtoph.* Bolß / Reg. *Diſp. IX. Theſes è lectionibus Lauterb.* ad libr. 5. ff. Tit. 23. exhibentem continuavit.

Die II. Ejusd. M. Chriſtian. Maſecovius, Regior. Alumnor. & Commun. Convict. Inſpect. Secund. Diſſertationem *primam* habuit, *de Limitibus Philoſophiæ*, exhibentem Sectionis I. Cap. I. *de DEI Exiſtentia*, Reſp. *Joh. Frideric. Bulbeck*, Lasdenâ Ragnet.

Die III Ejusd. Theodor. Bolß / U. J. Candid. cujus nuper facta mentio Diſput. Inauguralem, *de Conſiſtorio Primario*, horis ante & pomeridianis habuit, in qua diſp. generalibus ad Conſiſtorii materiam ſpectantibus, præmiſſis, de definitione nominali & reali, §. 1. ſqq. Hiſtoriam Conſiſtorii Sambienſis, quod in Pruſſia eſt, recenſet, §. 6. Perſonas ad hoc judicium pertinentes, tàm Principales, quàm minus Principales conſiderat, Judicem, qui & officialis dicitur, ejusque qualitates & habilitatem §. 7. ſqq. Autorem §. 16. reum §. 17. Perſonas minus principales, vel Judici, ut Aſſeſſores, & Notarium §. 18. 19. vel partibus litigantibus inſervientes, v. g. Advocatos, Procuratores §. 20. & Teſtes §. 21. & ultimò harum perſonarum juramenta remiſſivè recenſet §. 22. (Diſp. conſtat 5½. pl.)

Die VIII. Ejusd. prior: *Die XI. Ejusd.* poſterior Diſp. *de Teſtamentis ad pias cauſas* ſub Præſid. *Zach. Heſſen*, J. U. D. & PP. Reſp. *Reinhold. Pawlowſki* R. P. habita eſt. In priori Diſp. generalia ad iſtam materiam pertinentia pertractantur, & Teſtamentum definitur, expenditurque, cujus ſit juris? §. 1. apud Hebræos & Saxones non fuiſſe uſitatum §. 2. Chriſtiano tamen licitum eſſe cum diſtinct. aſſeritur. §. 3. Vox Pietatis expenditur, & notatur diſtinctio Clericorum, & Laicorum §. 4. ſqq. Privilegiorum piarum cauſarum origo ad ſuperſtitionem Laicorum & avaritiam ambitionemque Clericorum refertur §. 7. 8. ſqq. cujus ſuperſtitionis

tionis vestigia & reliquiæ etiam apud Protestantes supereſſe dicuntur §. 11. 12. 13. Quonam ex jure lites circa testamenta ad pias causas sint dirimenda? §. 13.

In posteriori examinantur quæstiones: Quid sit Testamentum ad pias causas? An impuber filius fam. surdus & mutus, hæreticus, sagæ, ad mortem vel ob carmen famosum condemnatus, usurarius manifestus ad pias causas testari possint? §. 15. An mortuus, an incertæ personæ ad pias causas hæredes institui possint? §. 16. An hæredis institutio ad pias causas verbis communibus enunciativis possit, & expressis fieri debeat? §. 17. asseriturque, quod Voluntas Testatoris ad pias causas debeat esse perfecta §. 18. quod testatum, & intestatum, quem posse decedere ad pias causas sit magis privilegium testantium, quàm piæ causæ. §. 19. quod hæredis institutio ad pias causas in arbitrium alterius conferri possit §. 20. quod Pater filio impuberi piam causam pupillariter substituens matri legitimam relinquere teneatur §. 21. quod pia causa pluribus substituta post mortem unius non admittatur, & directa substitutio ad pias causas post aditam hæreditatem exspiret §. 22. quod conditio sine liberis, etiam in fidei commisso universali ad pias causas subintelligatur §. 23. quod de fidei commisso universali ad pias causas Trebellianica nequeat deduci, & quod fidei commissum ad pias causas non exspiret, si hæres moriatur, vivo Testatore, eoque suente & non mutante testamentum §. 24. quod pia causa hæreditatem adiens sine inventario ultra vires hæreditarias non teneatur §. 25. quod testamentum ad pias causas valeat sine hæredis institutione §. 26. non tamen valeat, si liberis legitima titulo institutionis non sit relicta. Ultimò subjicitur, qua ratione Testamentum hujusmodi per aliud posterius infirmetur §. 28. (Utraque disp. constat 4. pl.)

Die X. Ejusd. Joh. Stein, J. U. D. & P. O. T. Resp. *Ernesto Wilh.* Bielfeld / Reg. *Diss. X.* ad Lib. VI. ff. Tit. 123. & *Die XVIII.* Ejusd. Resp. *Joh. Georg. Nicolai Diss. XI.* ad Lib. VII. ff. & *Die XXII.* Ejusd. Resp. *Daniel Nicolai Diss. XII.* ad Lib. VIII. ff. continuavit.

(o)

NOVA LITERARIA MARIS BALTHICI ET SEPTENTRIONIS,

Edita Calendis DECEMBR. A. M DCC V.

ROSTOCHII.

QUem ſupra in Novis noſtris, *Menſ. Martio anni huj. p. 67. ſqq.* brevi proditurum ſignificavimus *Caroli Arndii*, Prof. P. Roſt. *Apparatum Hiſtorico-Literarium, ad Politicam atq; Heraldicam*, eodem nunc ordine, & methodô, quô loco jam dum cit. à nobis inſertus legitur, ſed immutatô hoc paululum titulo, prælo exiit:

Caroli Arndii, Prof. Acad. Roſtoch. Publ. *Bibliotheca Politico-Heraldica ſelecta*, h. e. recenſus Scriptorum ad Politicam atque Heraldicam pertinentium ſelectus, ex præſtantiſſimis præſtantiſſimorum Scriptorum monumentis conquiſitus, rarioribus ex Hiſtoria Literaria obſervationibus illuſtratus, & accuratioribus Eruditorum judiciis conſtipatus, cum *præfatione*, de *ſelectiſſimis Bibliothecarum, Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, & Philoſophicæ Collectoribus.* (Roſtochii & Lipſiæ, Sumtibus Joh. Henr. Ruswormii, Bibliopol. Roſt. 1705. 1. Alph. plag. 12. in 8vo.)

Idem denuo parat Opus, de Rebus Aulico-Politicis, hôc inſigniendum titulo:

Caroli Arndii Filii, Prof. Acad. Roſtoch. Publ. *Bibliotheca Aulico-Politica eaque ſelecta*, h. e. Scriptorum de Miniſtris Aulicis & Aulica vita ſelectiſſimus ex rariori Hiſtoria Literaria cenſus, atque recenſus præmiſſo diſcurſu præliminari de formando ritè, rectèque ſtudiorum Politicorum curſu, ejusdemque adminiculi

neceſſarii debito ac juſto ſelectu : unà cum *Joſuæ Arndii*, Parentis, Concionatoris quondam Aulæ Guſtrovienſis Primarii, & Conſilii Ejusdem Eccleſiaſtici fidelis Conſiliarii, *Miniſtro Aulæ Probato, & Improbato*, exemplo Joabi Davidici propoſito, & ad Sereniſſimum Ducem Mechelburgenſem, *Guſtavum Adolphum*, Principem quondam, & Heroa Summum, Incomparabilem, Politicè Philologicèque perſcripto, nunc primùm ê MSCto edito.

Die IX. Octobr. Memoria Dionyſii in faſtis Sacra, *M. Jacobus Burgmannus* Profeſſ. Græc. Lingv. & Eccleſiaſt. ad ædem D. Nicol. Novus Academiæ Roſtochienſis *Rector* conſtitutus, *oratione* Inaugurali *de Natalibus Literarum Græcarum* diſſeruit.

Die XXXI. Ejusd. Diſſertatione Theologica Miniſteriali ex ipſis S. Literis, *DEI Miniſter impius*, adverſus Miniſterii ejus fruſtra negati cenſuram à Præſide *Johanne Petro Grünenberg*, SS. Theol. D. & PP. O. Conſiſt. Ducal. Aſſeſſ. & Diſtrict. Meclenburg. Superintend. & Reſpond. *Helmuth. Chriſt. Schützen*, Palæo-Garzenſ. Meclenb. modeſtè eſt propoſitus. (pl. 7.)

Diſputationis hujus occaſionem quod attinet, notamus, eam fuiſſe diſputationem quandam aliam, ſed eôdem de argumento, eôdem etiam Præſide anno jamdum 1699. (Vid. *Nova noſtr. Lit. M. B. Jun. p.* 161.) habitam, quam, cum Reſpondens t. t. *Caſparus Eberh.* zur Löven / Roſtochio ad capeſſendum in Patria Paſtoratum diſceſſurus, hic præſenti, quam denuò fiſtimus, exercitatione continuare ſe voluiſſe dicit. Ipſa tractatio; ut in compendio eam exhibeamus, quæ 54. aliàs §§. incluſa extat, §. 1. - 4. quædam ad thematis conſiderationem facientia præmittit, §. 5. Statum controverſiæ contra Thomaſium denuò confirmat, improbum etiam Paſtorem, quamdiu ſcil. toleratur, non obſtante improbitate morum Miniſtrum Chriſti ex officio & eſſe poſſe, & revera eſſe. §. 6. ejus rei varia exempla tum V. T. üsque ad §. 20. tum N. T. usque ad §. 28. affert. §. 29. - 40. ex natura Miniſtrorum probat. 40. - 46. ex conceſſione DEI malignos Eccleſiaſtas tolerantis, ex miſſione expreſſa illorum, qui vel jam mali ſunt, vel mali, præſciente DEO, certiſſimè futuri ſunt, nec non ex effectu, qui divinitus ipſorum miniſte-

miniſterium eſt conſecutus, evincit. §. 47. - 53. è Sacri Textus expreſſa litera demonſtrat, & §. 54. pio voto concludit.

Die VI. Novembr. Præſide ſuprà laudato, *de Peccatis Heroum fidei eminentibus*, Diſputationem Theologicam ventilavit *Georg. de Sallern.* Apenrada Holſat. (plag. 9.)

Verſatur in eo totus Autor, ut §. 1. terminos primùm quosdam ad meliorem rei cognoſcendæ præparationem prælibandos, & inter hos §. 2. - 8. vocem Herois quoad Onomatologiam & conjugata, nec non §. 9. 10. vocem peccati, quoad varias acceptiones evolvat. §. dein 11. Peccata Heroum fidei juxta naturam ſuam, ſenſumque Scripturæ deſcribat, eorumque §. 12. - 20. & poſſibilitatem & exiſtentiam, non obſtante Renatorum perfectione oſtendat, mox §. 21. - 32. exempla varia Scripturæ S. in medium producat, & ultimò §. 33. - 37. quædam, quæ uſui Theologico hâc in re eſſe queunt, ſubjungat. Annexa ſunt diſputationi quædam ejusdem Autoris *Reſpondentis* Corollaria, quibus habitam nuper à Fratre ſuo, *Friderico à Sallern*, Halæ d. 1. Auguſt. huj. anni ſub *Juſt. Henning. Böhmeri* Præſidio *de Jure precum publicarum*, von öffentlichen Kirchen-Gebethern diſputationem, illiusque Corollaria, in Statum Clericalem paulò iniquiora, ad examen revocat, & expendit.

Die XI. Ejusd. Eôdem iterum *Præſide* de *DEI Miniſtro Impio*, & quæ contra ejus Miniſterium extra Scripturarum veritatem proferuntur, diſputavit idem, qui ante, die XXXI. Octobr. Reſpondens, *Helmuth Chriſt. Schütz.* Palæo-Garzenſ. Meclenburg. (plag. 3.)

Pergit in iſta diſſert. circa reſolutionem variarum objectionum occupatâ poſt factum ejus §. 1. novum acceſſum, Autor §. 2. denuò perluſtrare argumenta theſi ſuæ deſtruendæ à plurimis oppoſita, quæ inter ponderoſiores dicit eſſe *Obſervationes Theologicas* de *notis Candidatorum Miniſterii Eccl.* Præſide D. *J. J. Breithaupt*, & Reſpondente *H. Brüknero* 1697. propoſitas. Harum ille *Secundam*, nam *Primam* non æque attendit, §. 3. - 9. fuſius paulò eruit, & quoad potiora momenta conſiderat: inde §. 10. - 14. *Tertiam* ſecundùm ſingulas §§. examinandam ſumit: tum §. 14. *Quartam*, quidque ſibi in iſtâ contrarium eſſe poſſit, inquirit

quirit, tandemque §. 15. in *Quintâ*, cui §. 16. generalis veræ sententiæ ἀνακεφαλαίωσις subjungitur, desinit.

Die XII. Ejusd. Natalem Academiæ Rostochiensis diem, pridie Idus Novembr. recurrentem *Oratione* solemni de *Prudentia ex Convictu* in Auditorio Majori celebravit, simulquè Summorum Nutritiorum beneficia singulis Civibus in memoriam revocavit *David Henric Kœpkenius*, Philos. & Theol. Doct. illiusque & Historiar. Prof Ducal. Publ. quô nomine Programma aliquod proposuit, & quosvis Studiorum Fautores Patronosque, dicturo sibi benevolè adfuturos exoravit. (plag. 1. Patent.)

Mense Novembr. Jo. Breveri, Islebiensis, D. Dissertatio Theologica, De Testamentis Divinis ad illustrandum oraculum Propheticum *Jerem. c. XXXI. 31.* s. Præside *D. Jo. Fechtio*, Respondente Breveri Nepote, *Georgio Caspari*, Rigâ Livono, denuò in lucem protracta & ad disputandum proposita est. (10. plag.)

In Epimetro Disputationi adjecto significat Præses, laude omninò dignam esse pietatem Respondentis, quâ avum suum, meritis in Ecclesiam Scholamque patriam celeberrimum, Johannem Breverum, non immeritò prosequatur, dum repertam inter Paternas chartas, conscriptam ab ipso quondam & sub præsidio magni, dum viveret, Theologi, Jac. Martini; in Acad. Wittebergensi defensam disputationem, exquisitam equidem jam tum rerum Theologicarum eruditionem spirantem, eum in finem recudi curaverit, ut Avi, de se quoque optimè meriti, memoriam eò pacto recolat & Academiæ simul huic suum proficiendi in studio sacro ardorem, dum eandem iteratâ vice ad collationem doctorum publicam proponat, comprobet. Disputatio ipsa certis assertionibus, quæ ex textu in quibusdam versionibus præmisso educuntur, constat. Assertio prima est: Totius V. T. abrogatio non est facta ipsiusmet, sed transgressorum vitio. Secunda: Novum Testamentum tempore veteris per prophetas est prænunciatum; post dies impletos per Christum consummatum, per Apostolos solenniter promulgatum. Tertia: Eadem est & non est in utroque Testamento spiritualis promissio,

missio, ideoque eadem est & non est utrobique federalis conventio. Quarta: Novum T. pertinet ad Israëlitas, quoad primam propositionem & annunciationem; ad omnes homines quoad solennem promulgationem & oblationem. Quinta: Conversio hominis irregeniti non est opus naturalium virium, sed Divinum N. T. beneficium. Sexta: Gratia N. T. hoc loco indigitata notat seriam DEI in nobis operantis benevolentiam, non irresistibilem physicam vim, aut talem illius potentiam. Septima: Novi T. conditio nec tollit mysteriorum Divinorum scriptionem, nec abolet ministerii Ecclesiastici administrationem. Octava: Remissio peccatorum non consistit in omnimodâ eorum eradicatione, sed propitia DEI non recordatione. Nona: Peccatum in omni conversione cum tollatur secundum omne suum meritum, non manebit ad satisfactionem secundum temporale personæ conversæ supplicium. Decima & ultima: Inscriptio legis in corda renatorum infert quidem mentis nostræ ac voluntatis reformationem, non verò probat perfectam legis Divinæ impletionem. In Epimetri Prælidis §. 1. verba Rom. IX. 18. *miseretur DEUS, quorum vult & indurat, quos vult*, ex contextu ita exponuntur: quod DEUS beneficia sua extraordinaria ex mero suo beneplacito, non verò ob merita hominum dispensset, ex Pharaonis exemplo patet, quem DEUS excitaverat ut demonstraret in ipso virtutem & potentiam suam ad eundem convertendum per plurima miracula, eum quidem in finem, ut gloria nominis ipsius hoc pacto prædicaretur in universâ terrâ; quo tamen beneficio eundem DEUS, quamquam præter intentionem suam & per accidens, induravit potius, quam ad bonum flexit. Adeò verum est, quod DEUS extra ordinem misereatur, quorum vult, (quod antea exemplo Isaaci & Jacobi, qui multa extraordinaria à DEO beneficia acceperunt, ostensum est) & induret beneficiis suis extraordinariis, quos vult, ut docuit exemplum Pharaonis. Laudat auctorem hujus interpretationis B. Jo. Winckleruм. Paragrapho IV. ex D. Strimesio narrat, *Augustum Prussiæ Regem improbasse utique & cathedris Theologicis & suggestibus sacris particularissimum penitus prohibuisse.* Laudare hoc jure meritoque D. S. Scultetum, optare tamen, ut & in cæ-

teris, quæ universalitatem istam minus sinceram reddunt, ad nos accedant Universalistæ Reformati. Quale est illud ipsius Strimesii: *universi mortales in usu verbi Spiritui S. malitiosè resistunt, usque ad momentum immutabilis determinationis, per quam QUIDAM auditores indeclinabili modo redduntur eutacti.* Quibus subjicit Disputationis auctor: *Hæcne est universalis, eaque seria & efficax DEI voluntas, quæ QUOSDAM tantum ad conversionem determinat, sine quâ tamen determinatione nemo à malitiosâ resistentiâ desistere potest?* Paragrapho ultimo quatuordecim sententiæ recensentur, quibus locus ille difficillimus, Jerem. XXXI. 34. *non docebit unusquisque proximum suum, omnes enim cognoscent me*; qui repetitur Hebr. IIX. 11, quique crucem omnibus interpretibus fixit, eum in finem, ut accuratiori circa eundem meditationi occasio præbeatur.

GRYPHISWALDIÆ.

Mense Septembr. Postremam partem, (primam enim jam supra *p.* 265. memoravimus) Exercitationis Philosophicæ de *Jure Principis dispensandi circa leges præcipuè pœnales*, occasione illustris controversiæ Anglicanæ, sub Præsidio *Joh. Philipp. Palthenii*, Historiar. & Moral. Prof. Reg. Ord. publicæ disquisitioni submisit *Jacob. Bernhard. Frobœsius*, G. P. (pl. 4.)

Ipso *Michaëlis Festo*, Rector Academiæ, *Caspar. March*, Medic. Doct. & Prof. Facultatisque suæ Decanus, publico *Programmate* Civibus Academicis ἰσαγγελίαν commendavit. (pl. 1.)

Die XIX. Septembr. ex *Compendio Lauterbachiano*, & quidem ex Tit. I. lib. XLIX. desumtas *Theses Juridicas*, Præside D. *Johan. Schackio*, Prof. Publ. Ord. & h. t. Decan. ventilavit *Ericus Paulus Behrens*, Loiza-Pomer. (pl. 1.)

Continuaturus Autor theses nuper propositas à XXXVI. denuò incipit & in L. subsistit.

Die III. Octobr. Sub *Ejusd.* præsidio *theses quasdam Juridicas* ex *Compendio Lauterbach.* & quidem ex Tit. I. & XIV. lib. XLIX. desumtas, defendit *Petrus Gangius*, Svecus. (pl. 1.)

Tit. I. à thesi LI. iterum progreditur ad thes. usque LXII, quem Tit. XIV. qui est de Jure fisci, VI. thesibus inclusus, postmodum insequitur.

Eôd.

Eod. Die Jacobus Droyſen, Gryph. Pom. Præſide *L. Georg. Adolph. Carocio*, Facult. Jurid. Adjunct. *Syllogen quartam Poſitionum Juris Communis cum Lubecenſi collatarum* juxta ſeriem tit. π. ad diſputandum propoſuit. (pl. 2.)

Complectitur hæc, poſitiones 14. à XXXVIII. ad LI.

Die X. Ejusd. de *Deformitate Hieroſolymæ inferioris*, *Zephan. III.* 1. - 4. deſcripta, disquiſitionem, cui ſubjunctæ *Vindiciæ Loc. Mich. v.* 1. *Hagg. II.* 10. *R. Iſaaci Ben Abraham*, *Muniminis fidei Capitibus XXX. XXXIV.* oppoſitæ, ſub Præſidio *Brandani Henric. Gebhardi*, D. & PP. placido Eruditorum examini ſubmiſit *Martinus Gabriel Kuhnhardt.* Oberndorff. Bremenſ. (pl. 4.)

GEDANI.

Die XIII. Auguſti, Actum quendam Græcum, diviſis inter ſe operis inſtituerunt *Georg. Daniel Seiler*, Spirenſ. qui de grato in Patriam animo, *Benjamin Griffel*, Gedan. qui de præcipuò Patriæ ornamento, bono videl. Principe, *Daniel Jacobſen*, Gedan. qui de Veris Reipublicæ divitiis, *Nathanaël Langwald*, Dirſav. qui de mediocri juſtè viventium ſorte, & *Joh. Andr. Habel*, Gedan. qui de optimo Homeri verſu diſſeruit. Ejus ergo rei nomine *M. Daniel Gradius*, Græc. & Hebr. Lingv. PP. *Programma* aliquod propoſuit, Patronorumque, & aliorum AA. LL. Cultorum præſentiam, atque in audiendis hisce juvenibus favorem exoravit. (pl. 1.)

Die XXVII. Ejusd. in Acroaterio Athenæi hujus maximo, *Horatius Sororicida*, ad dicendam cauſam, novô denuò Actu Oratorio à 5. Juvenibus, *Georg. Daniel Seiler*, Spirenſi, *Michaël. Schwantes*, *Joh. Jac. Maskau*, *Jacob Bukky*, & *Petr. Carmichel*, Gedanenſib. fuit repræſentatus, ad quem benevolè audiendum, bonarum literarum Patronos, ac Fautores, *Programmate* quodam (pl. ½.) conſtante invitavit *M. Johann. Sartorius*, Eloqu. & Poëſ. PP.

Die XVII. Septembr. Præſide *M. Gabriel. Groddeck*, Philoſ. Prim. & Pract. PP. ac Reip. Bibliothecar. Exercitationem Politicam de *Moderatione Victoris*, valedictionis loco publicè tuitus eſt *Carolus Benjamin Gottwald*, Gedan. (pl. 4.)

Summam Diſſertationis, quibus in frontiſpicio illius con-

cepta

cepta legitur verbis, hic ſiſtimus? §. 1. Juſtitia bellorum, §. 2. & victoriarum. Media Pacem reparandi Victoria, Pacificatio, Induciæ. §. 3. Victoria alia belli, §. 4. alia unius prælii, §. 5. alia per expugnationem munimentorum. Victoria ineruenta, quæ conſiliis & ſtratagematibus paratur, præferenda. §. 6. Cauſa Victoriarum principalis DEUS eſt. §. 7. Cauſæ miniſteriales ſunt Duces bellici & milites. Jus & fructus Victoriæ ad Imperantem pertinet, §. 8. qui imprimis Victoris titulo gaudet. Privati & Subditi rebelles, Victores dici nequeunt, §. 9. nec invaſores injuſti alieni Imperii §. 10. Quis moderatus Victor dici debeat? §. 11. Moderatio Victori glorioſa, utilis, & neceſſaria eſt, eaque tum ante, tum poſt victoriam attendenda. §. 12. Moderatio ante Victoriam ſe exſerit: 1) quando quis, etiam ob juſtam cauſam non ſtatim ad arma concurrit. §. 13. 2) quando in ipſo bellorum curſu pacem Victoriis præfert. §. 14. etiam tum, quando jam ad conflictum ventum eſt, & de Victoria amplius dubitari nequit. §. 15. 3) quando incruentam magis, quam cruentam Victoriam reportare ſtudet. §. 16. 4) quando non nimium ſibi, viribusque ſuis confidit, nec ante Victoriam triumphum agit. §. 17. Moderatio poſt Victoriam vel ipſum Victorem concernit, vel hoſtes victos §. 18. Ad ipſum Victorem ſpectat victoriâ dextrè, prudenter, & ſeriò ubi, §. 19. & non efferri felicitate, aut inſoleſcere. §. 20. Signa Victoris inſolentis, & moderati. §. 21. Moderatio adverſus devictos exercenda generatim conſiſtit in clementia & lenitate, §. 22. ſpeciatim in temperamento jurium, ratione tum perſonarum, tum rerum devictarum. §. 23. Quænam jura Victoris ſint in ordine ad perſonas? §. 24. moderatio circa jus interficiendi ratione 1) eorum, qui arma non tractant, §. 25. 2) eorum, qui ab armis deſiſtunt, & ſupplices fiunt, §. 26. 3) eorum, qui victricibus armis capiuntur. §. 26. Moderatio circa jus imperii particularis in perſonas. §. 28. Imperium Univerſale quot modis acquiratur? §. 29. Moderatio circa jus Imperii univerſalis. §. 30. Moderatio circa jus dominii in res & bona devictorum, ubi moderatio ſe exerit (1) circa vaſtationem, ac deſtructionem ædificiorum, pecorum, aliarumque rerum, quæ Victori uſui eſſe poſſunt. §. 31. (2) Rerum ſacrarum & religio-

ligiosarum. §. 32. (3) circa ornamenta captarum urbium in patriam transportata. §. 33. (4) circa res ac bona nec non debita & chirographa devictorum.

Die XI. Octobr. Paulus Pater Mathem. Prof. Publ. Extraord. *Programmate* quôdam, quô *Geographiæ Sacræ* pariter *& Secularis* insignis utilitas exponitur, *Athenæi Gedanensis Civibus & Candidatis*, *Cornelii Taciti Germaniam*, per trimestre hoc, ad complementum anni, à se explicandam, quam præcedet de *Causis Mathematicæ pereuntis*, dissertatio brevis, sequentur vero singulis hebdomadibus, singulæ sub titulo *Recensionis Geographicæ admirandorum Europæ*, initio à Portugallia facto, disputationes, intimavit. (pl. 1.)

REGIOMONTI.

Jacobus Herden, pietatem suam erga Prussiæ Regem, nec non Electorem Brandeburg. *Fridericum* declaraturus, laudes hujus Principis Scripto quodam vernaculo illustrare est aggressus, cujus sequens est titulus:

Der Aller-Durchläuchtigste Staats-Weise **Friederich** / erster König in Preussen / und dritter Chur-Fürst zu Brandenburg dieses Nahmens / geprieſen von Ihro Königl. Majestät fußfälligen Knecht **Jacob Herden.** (constat pl. 6. in fol.)

Serius ad nos pervenit libellus elegantissimus, 1703. Sumptibus Typographiæ Georgianæ editus, cui titulus:

FLORA PRUSSICA, *sive Plantæ in Regno Prussiæ sponte nascentes*, quarum Catalogum & Nomina *Johannes Læselius* Phil. & Med. Doct. & P. P. Ordinar. olim disseruit, nunc additis nitidissimis iconibus rariorum, partim ab aliis nondum delineatarum plerarumque Prussiæ propriarum & inquilinarum Plantarum, earundemque accuratâ descriptione, nec non adjectis Synonymiis Veterum Botanicorum, interspersisque Observationibus Historico-Philologico-Criticis, & Medico-Practicis noviter efflorescentes, curante *Johanne Gottsched*, Phil. & Med. D. hujusque Extraord. Phys. Ord. P. P. Regiæ Scientiarum Societatis Brandenburgicæ Membro. (const. 2. Alph. $2\frac{1}{2}$ pl. & 84. tabb. ær. incisis in 4to.)

Titulus hic integram operis continet tractationem, ut non

habeamus, quod addamus. Ex Præfatione autem notari meretur, Cl. Autorem animo habuiſſe, totius Pruſſiæ Hiſtoriam naturalem literis conſignare; ideoque primam ejus partem de Plantis hoc volumine præmiſiſſe; ſecundam v. de Animalibus, & tertiam de Mineralibus, ſubnexâ aut præfixâ parte Meteorologicâ, impoſterum edenda promiſiſſe. Quia autem, ut annô præcedente p. 184. indicavimus, interim fatis ceſſit, optamus, ut manuſcripta ejus debitum nanciſcantur æſtimatorem, qui ut Gottſchedius ex Schedis Lœſelianis hanc floram, ita ille ex fragmentis Gottſchedianis hiſtoriam Pruſſiæ naturalem integrè reſtitutam publico largiatur.

Die XV. Septembr. Præſide *Bernhardo* von Sanden / SS. Theolog. Doct. & Prof. Ord. Paſt. Lœbnic. & Conſiſt. Samb. Aſſeſſ. *Decadem XXVI. Theſium Controverſarum ex Loco de Pœnitentia* Selectarum publicè ventilandam propoſuit *Georg. Wilhelm. Freyhub.* Reg. Pruſſ. Pl. ($3\frac{1}{2}$.)

Die XXIV. Ejusd. Præſide *Paul. Pomian. Peſarovio*, SS. Theol. Doct. &c. p. t. Decano, *Georg. Conrad. Romp.* Reg. Pruſſ. Autor & Reſp. *Diſſertationem* Theologicam *ex infallibilibus veræ Eccleſiæ notis Auguſtanæ Religionis unicam veritatem demonſtrantem*, publicè ventilavit, cujus breviter hæc ſunt contenta: Proœmium de neceſſitate Doctrinæ de Eccleſia agit. In ipſa vero Diſputatione à §. 1. usque ad 5. vocis Eccleſiæ Etymologia, Synonymia, & Homonymia enucleatur, à §. 5. - 9. veræ & infallibiles Eccleſiæ notæ inveſtigantur, nim. pura verbi prædicatio, & legitima Sacramentorum adminiſtratio; quæ, quod tales ſint, quinque argumentis à § 9. - 14. demonſtratur tandemque exinde §. 14. infertur, Eccleſiam Lutheranam eſſe veram, atque Orthodoxam. (pl. $3\frac{1}{2}$.)

Eod. *Præſide* diſtributa eſt diſſertatio Theologica, de *Satisfactione Salvatoris pro peccatis noſtris*, contra Socinianos, Autore & Reſp. *Michaël. Sartorio*, Con-Rect. Schol. Provinc. Lyccenſ. (plag. $1\frac{1}{2}$.)

Die XXV. Ejusd. Sub Præſidio *Heinr.* Hoyer / U. J. L. & PP. Reſp. *Georg. Chriſtian Golz*, Carb. Pruſſ. Diſſert. Juridicam de *varia habuit materia*: Utrum, qui ab alio vitiatam ducit, infamis ſit,

sit, & à Collegio opificum arceri possit? Thes. 1. Utrum matrimonium, ad quod quis coactus est, dissolvi possit? Thes. 2. Utrum is, qui jus legitimandi habet; proprios liberos naturales legitimare possit? Thes. 3. Utrum à tutela delata excusandi ratio ob inimicitiam conveniat Christiano? Thes. 4. Ad quodnam peculium munera baptismalia sint referenda? Thes. 5. Utrum Testamentum in itinere coram duobus vel tribus testibus conditum valeat? Thes. 6. Quare non æque filius ac filia ob scortationem exhæredari possit? Thes. 7. Utrum commodatarius tempore incendii, res proprias pretiosiores præferens commodatis, harum æstimationem præstare teneatur? Thes. 8. Utrum rei immobilis depositum contrahi possit? Thes. 9. Utrum exceptio non numeratæ pecuniæ etiam post biennium opponi possit? Thes. 10. Utrum obligatio ad pœnam sit ex consensu delinquentis? Thes. 11. Utrum fure suspenso condictio furtiva contra ejus hæredes institui possit? Thes. 12. (Disp. constat 2½. pl.)

Die XXVI. Ejusd. Exercitationem Politicam de quæstione: *An satius sit, ab optima Lege, an ab optimo Rege gubernari?* habuit M. *Fridericus* Stadtlender / R. P. Resp. *Joachimo Hermann. Neresio*, Golding. Curon. Phil. & SS. Theol. Stud.

Die XIII. Octobris Bernhardus von Sanden / S. Theol. D. & Prof. Ordin. Pastor Lœbnicens. *Decadem XXVII. Thesium Controversarum* ex *Loco* de *bonis operibus* selectarum, publicè ventilandam proposuit, Respondente *Sam. Bergau*, Heliopol. Pruss. (3½. pl.)

HOLMIÆ.

Die XVI. Septembr. Joh. Jac. Leibnütz, Noribergensis, SS. Theol. Doctor, & Pastor Ecclesiæ Teutonicæ S. Gertrud. atque Consistorii Metropol. Assessor, rebus humanis valedixit. Natus est Noribergæ, Anno 1653. d. 29. Maji, atque in Patria ab Anno 1679. ad Annum usque 1689. Ecclesiæ Christi inservire studuit, administrataque Ephoria Eslingensi, A. 1694. Holmiam vocatus fuit, ibidemque placide exspiravit. Scripta ejus consignata leguntur in *Holmia Literata p. 60. sq.*

HAFNIÆ.

Vacantem jamdudum ab exceſſu Illuſtriſſ. *Wilhelmi Wormii* (cujus mortem ſupra nunciavimus) Profeſſionem Eloquentiæ, poſtquam filius *Olaus Worm* ab ea in locum Parentis, Facultatem nempe Medicam aſcenderat, capeſſivit *JOHANNES TRELLUND*, Hafnia-Danus, qui poſt peregrinationem Germanicam, Belgicam, & Anglicam, A. 1699. Lectoratum Theologiæ in Norvegia Chriſtianienſem obtinuit, indequè ab A. 1700. Excellentiſſimo, nunc in cœlis Beato Com. *Guldenlovio* à ſacris conſtitutus, ipſum & copias Danicas S. Cæſ. Majeſtati in Italia militantes ut Paſtor & Præpoſitus Caſtrenſis ſecutus eſt, donec munere hoc ſacro per quadriennium defunctus, ad Profeſſoriam dignitatem (cui ab A. 1695. fuerat deſignatus) domum revocaretur. Scripta ab illo edita ſequentia nobis innotuerunt:

(1.) *Brevis repetitio veritatis de γυναικοβαπτισμῷ, ſive de baptiſmo per mulieres in caſu neceſſitatis adminiſtrato, legitimo & valido*, ſub Præſidio, *D. H. G. Maſii.* 1689.

(2.) *Triga Quæſtionum Miſcellanearum in Collegio Medicèo ventilata* 1691.

(3.) *Exercitatio de Abſoluto Decreto Theologo Marpurgenſi* (*Samuelis Andreæ*) *oppoſita.* 1692. in 4to.

(4.) *Exercitatio Hiſtorico-Theologica de Felicis Urgelitani & Elipandi Toletani Hæreſi, quæ vulgò Adoptiana dicitur*, Reſp. *Mag. Severino Wintherò*, *Pro Loco. A.* 1699.

Quum in ſuperioribus menſibus tam hujus quàm proximè præterlapſi annorum *Mag. Chriſtophori Friderici Læmmelii*, celebris *operum Wellerianorum* Collectoris mentionem fecerimus, non poſſumus jam nobis temperare, quin pauca ad vitæ ejus συναγραφὴν ſpectantia hîc inſeramus: Natus eſt Franchenhuſæ in Misnia, & in Gymnaſio primùm Misnicorum Altenburgenſi ſub Profeſſoribus Celeberr. *Paulo Mart. Sagittario*, *Chriſtoph. Graefio*, *Joh. Wahllio*, *Jac. Dan. Erneſti*, *Jo. Ge. Schmalzio*, & *Tobia Heinikio* Muſis ſanctioribus initiatus, donec A. 1682. in Academiam Leucoream conceſſit, ibique audivit in Philoſophicis diſciplinis *Hier. Boeſium*, *J. G. Neumannum* G. *C. Kirchmaierum*, *Chr. Rohrenſee*, *C. S. Schurz-*

C. S. Schurzfleisch, Donati, Dassovium, Calovium, Quenstedium, Deutschmannum, Bebelium, Casp. Læscherum, J. F. Mayerum & Mich. Waltherum; accepto ibi virtutum præmio, Magistri honore: & declarata eruditione per specimen in Theologia publicum, *Disputationem* de *S. Scripturæ potestate tum interpretandi, tum normandi*, Præside *Joh. Deutschmanno*, delatus in Philyream, A. 1689. ad Theologos *Ge. Lehmannum, Joh. B. Carpzov, Val. Alberti, Joh. Olearium, Adam. Rechenberg, Thom. Ittig, Tilem. Andr. Rivinum*, & *Gottlob Frider.* Seligmann / animum adjecit, ibique legati Henriciani cibum cepit. *Operum Wellerianorum* gratia, ex quo pium in illa studium publico declarare cæpit, evolvit Archiva quædam Saxoniæ Principum, & Bibliothecas Regias, Principales, publicas & privatas plusquam 50. præter Musea & librarias officinas ejus commodo evestigatas cumprimis à Celeberr. *Crenio, Ephr. Prætorio, Mich. Thymio*, & *Maur. Endtero*. Demum in Septentrionem iter instituit, Havniæque Danorum ultra biennium commoratus, mensibus aliquot exceptis, quibus in Sveciam, ejusdem instituti causa, excurrit, ob insignem pietatis & boni publici amorem, cui operam suam in edendis divinis operibus consecravit, bonorum omnium favorem & commendationem meruit. Scripta, quæ hactenus in lucem edidit, sunt sequentia:

(1.) *Prodromus Wellerianus, sive Judicia & Encomia Celeberrimorum Virorum, ac Theologorum de Heroico Theologo B. Doct. HIERONYMO WELLERO à MOLSDORF, ejusque scriptis veræ pietatis & solidæ consolationis plenissimis. Lipsiæ apud Hæredes Lanckisianos.* 1698. in 4to.

(2.) *Historia Welleriana, sive Relatio Historica de Nobili Familia Molsdorfiorum, aliàs Wellerorum nominata, cum vita & effigie HIERONYMI, item JACOBI WELLERORUM à MOLSDORF, Lipsiæ apud eosdem* 1700. in 4to.

Germanicè scripta.

(3.) Der Hochangefochtenen Seelen-Paradiß / worinnen von der wunderbarlichen Errettung GOttes aus schweren Creutz und hohen geistlichen Anfechtungen / sonderbahre Trost-Exempel zu finden. Leipzig / bey Andreas Zeidlern. 1701. in 8vo.

(4.) *OPERA WELLERIANA, Tomis duobus digesta; quôrum unô Latina, alterô Germanica continentur, Lipsiæ apud Phil. Wilh. Stockium, & Christianum Emmerichium.* 1702. in fol.

Monitos hîc Lectores hac occasione volumus, quod in supra memorato

S. R. M. Privilegio *opera Velleriana* distrahendi, laudato *M. Lammelio* communicato, omissa sit, nescio quâ incuriâ, Ducatuum *Slesvici & Holsatiæ* mentio, omninò ex Diplomate Regio in dictum locum restituenda.

Die VI. Junii Disputationem Historicam de Differentia, inter Tutelas & signa in navibus veterum publicè ventilavit in Collegio Medicèo *Justus Fridericus Hammerich*, Resp. *Georgio Dolmaro.* Summa Disputationis hæc est: §. 1. Describit *Parasemon* & *tutelam*, probatque ejusmodi signis luxuriasse naves veterum iisque vel pictis vel sculptis. §. 2. Puppes ornatas fuisse tutela, proras verò parasemo ostendit, quod expeditum reddit ex eo, quòd semper Deorum simulacra in puppibus visa. Tutelarum quoque proprium locum indicat. §. 3. Interdum nullam differentiam tutelam inter & parasemon, respectu picturæ fuisse asserit. Διοσκόρους Act. XXVIII. 11. descriptos, DEOS nautarum fuisse demonstrat, & quod hujus navis Alexandrinæ fuerint tutela & signum concludit. §. 4. Rationem duplicem positionis signi in prora ante oculos sistit, Prima, quæ signa militibus & nautis propriæ navis notam exhibuisse, secunda, quæ signa navibus nomina imposuisse asserit. §. 5. Unius DEI tutelæ integram classem commissam fuisse probat. §. 6. Tutelas adoratas, expiatas, & puppibus coronatis honoratas fuisse evincit. (2. plag. in 4to.)

Die X. Jun. Dietericus Seckmann Disputationem alteram de *Illustri Veterum Militia*, sub titulo *Militis glorioſi*, in Auditorio Colleg. Medicéi, Resp. *Johanne Christophoro Canuti fil.* publicè ventilandam exhibuit; Ubi Cap. 3. membr. 2. Promotorem *Militis* considerat, qui primis temporibus non nisi persona Politica, Imperator scilicet, Rex, Princeps eorumve vicarius esse solebat, postea Clericus aut Laicus alterius ordinis, Deinde ritus in solemni militum creatione adhibitos strictè percurrit, eosque tam

apud

apud exteros, quàm in Dania hac noſtra & Septentrione reliquo uſurpatos. Cap. 4. officia *Militum* deſcribit, quæ pro vario eorum genere etiam diverſa memorantur. Et denique Cap. 5. dignitatem *Militum*, quô ſcil. in loco à Majoribus habiti fuerint, tam religioſi quàm ſeculares milites exponit. (2½. plag. in 4to.)

Die XIX. Jun. Diſputationem Medicam de *legitimo uſu Repellentium* in Collegio Medicèo habuit *Johannes Gerhardus Grubbe*, Reſp. *Manderupio Henrici Schurmann.* Dividitur illa in 2. Capita; *Prius Repellentia*, quid ſint, & eorum varia genera conſiderat, nullum autem dari poſſe *Repellens calidum* notat, genuinum quoque uſum & cautelas circa ea adhibendas ſiſtit. *Poſterius* abuſus eorum, unde eventus infelices, cum *Waldſchmidio* perſtringit, ſed ita, ut ſua tamen ipſis maneat dignitas, & media via eligatur, in uſu ſcilicet eorum temperatiore. Non omnia tamen illa in *Repellentium* claſſem relata repellendo, ſed ſæpius vitioſum acidum abſorbendo & corrigendo agere annotat. (1. plag. in 4to.)

Die XXII. Junii, In Auditorio Collegii Medicèi *Johannes Höjer Diſſertationem Hiſtorico-Criticam poſteriorem* de *Legione Fulminatrice contra Laroquanum*, Reſpondente *Paulo Curtz*, publicæ disquiſitioni ſubmiſit. In qua ſtudioſè id agit (cum *Prior Diſſertatio* affirmativæ ſententiæ argumenta vindicaverit) ut *Laroquani*, qui miraculi hujus fidem, ad *Apollinarem*, *Dionem* atque *Euſebium* provocando convellere ſtuduit, argumenta negantia atque objectiones infringat. Primò quidem illud, quod petitur à ſilentio *Tertulliani*, nullam habere vim putat, cùm alii ſcriptores rei veritatem aſſertam iverint. (2.) *Dionem* miraculum Arnupho Mago ſaltem ex mente vulgi erronea affinxiſſe non ſeriò, memorat, & Magorum deliria nihil hîc effeciſſe evincit. (3) Dubia, quæ *Laroquano* in Apollinaris teſtimonio ſcrupulum faciunt, ſolvit. (4.) *Legionem Fulminatricem* dictam eſſe *Melitinam*, ab urbe Armeniæ in Aſia minori, non ab inſula *Melita*, contra eundem aliosque obſervat. (5.) *Capitolinum* magnum rei geſtæ teſtem fruſtra rejici oſtendit. (6.) Argumenta à diſcrepantia *Columnæ Sixti V.* ævo repertæ petita refutat (7.) *Greg. Nyſſenum*, & contra ejus teſtimonium Laroquani momenta examinat. (8.) pluviam omninò fuiſſe miraculoſam, contra eundem demonſtrat; & (9.) *Marci Impera-*

Imperatoris literas de ea re revera exſtitiſſe; denique fruſtra Athenagoræ obverti ſilentium, indicat. (4. plag. in 4to.)

Notandum hîc eandem materiam de *Legione* ſcil. *Fulminatrice* non ita pridem à *Mag. Johanne Frich*, in Academia Lipſienſi *Diſputatione* publica ventilatam eſſe, 1696. & Argentorati, per Ulr. Obrecht Reſp. Joh. Nic. Hardtſchmidt. 1677.

Die XXVII. Theſes quasdam Miſcellaneas, pro Menſa Regia, publicæ ventilationi ſubjecit *Andreas Flygge*, Reſpondente *Petro Knöppero*, in Auditorio Collegii Walckendorphiani. (½. pl. in 4to.)

Ex Typographeo Regiæ Maj. & Univerſit. prodierunt hac menſe *Doctrinæ Moralis, ſeu Ethices Præcepta, juſſu Regio reviſa & recognita, pro tyronibus ſcholarum Daniæ & Norvegiæ.* (2. pl. in 8vo.)

AALBURGI IN CIMBRIA.

Die 4. *Martii* anni currentis, vitam cum morte commutavit Vir Clariſſ. & plur. Rev. *M. JACOBUS LONGOBECHIUS*, Cleri Aalburgenſis Præpoſitus, ad D. *Virginis* Paſtor Primarius, & annexarum Parœciarum Sönder- og Större-Tranders Eccleſiaſtes. Natus is erat in inſulæ Sælandiæ parœcia quadam Kallehauge dicta, A. 1637. d. 9. Dec. Parentibus *M. Andrea Longobechio*, loci Paſtore, & *Eliſabetha Parslich*, ex veteri nobilitate oriunda. Poſt impenſos primis intra privatos parietes rudimentis annos pueriles, primò in Scholam Orthunganam in Sælandia traditus eſt, deinde in Neoburgenſem in Fionia, donec ex hac ultima A. 1654. à Rectore *Chriſtophoro Chriſtophori* (poſtea Reg. Maj. Conſiliario in Holſatia Provinciali) ad Univerſitatem Havnienſem dimiſſus ſtudioſorum Albo inſcriberetur. Biennio Academico in Alma Havn. abſoluto, Paſtoribus nonnullis Diœceſeos Sælandicæ conciones ſacras habendo operam locavit ſuam, ut & ipſe eidem Miniſterio per frequentia exercitia meliùs præpararetur. A. 1662. Collegæ officium in ſchola Slagloſiana inſulæ Patriæ obtinuit, annoque ſequente ad Eccleſiarum Krogſtrup & Kyndby in eadem Diœceſi Sælandica curam admiſſus eſt, Miniſterio ſacro per Archiepiſcopum Svaningium initiatus. A. 1684. Præpoſitus Nomarchiæ Hornanæ eſt conſtitutus. A. 1688. ad Eccleſiæ

siæ D. Virginis annexarumque Parœciarum Pastoratum Aalburgum Cimbriæ vocatus est. A. 1692. Gradum Magisterii obtinuit. An. autem 1699. Præpositus Cleri Aalburgensis ab Episcopo est renunciatus. Paucorum dierum morbo conflictatus, d. 4. Martii 1705. piè & placidè exspiravit, æt. 68. Viro religiosissimo, neque eruditione minùs piâ, quàm mansvetudine & probitate conspicuo Concione funebri, ex 1. Tim. V. 17. *D. Joannes Bircherodius* Episc. Aalburg. d. 13. Martii parentavit.

Successit ipsi cùm in Pastoratu Ecclesiæ D. Virginis & annexarum, tum in Præpositura *Mag. Sixtus Aspach*, Havniæ d. 2. Dec. An. 1672. susceptus, Ministerioque Ecclesiastico Tistadiensi 1698. admotus, Præpositi quoque Hunneburgensis dignitate ibidem auctus, jam verò Regiæ Maj. vocatione Aalburgum translatus. Schediasmata, quæ studiosus edidit, numerantur sequentia: (1) *Disputatio* de *motu terræ*, sub Præsidio *Gudmanni Poscholani* (2.) *Dissert.* de *signo Caini*, Resp. *Erico Bredalino* (3.) de *Diana Ephesia Dissert.* Resp. *Petro Falch.* 1694. (4.) de *Nicodemo*, Resp. *Petro Dossenio*, 1696. (5.) de *superstitionibus variis*, Resp. *Hieron. Bornemann*, 1697. (6.) *De miris quorundam defectuum in corpore humano supplementis.* Resp. *Henrico Boye.* (7.) *De Epistolis Pauli & Senecæ.* Resp. *Joh. Alberto Syling.* Præterea disputavit Respondens (1.) sub *Severino Gludio*, de *Homero à Marone superato.* (2.) sub *D. Wandalino*, de *Statu Animarum post excessum è corporibus.*

KILONII.

Sumptibus Sebastiani Richelii prodiit:

Kurtze Beschreibung derer ALOEN insgemein / insonderheit aber derer Americanischen / durch Veranlassung zweyer in dem Hochfürstlichen Lust-Garten zu Gottorff bald blühenden Americanischen Aloen / verfertiget / und nebst einem vor vielen Jahren von eben dieser Materie heraus gegebenem Tractat, ans Licht gestellet durch Doct. Wilhelm Ulrich Waldschmiedt &c.

i. e.

Brevis ac perspicua descriptio *Aloës* in genere, in specie autem *Americanæ*, occasione duarum ejusmodi plantarum, in Horto

Ducali Gottorpienſi flores promittentium, concinnata, & unà cum alio ſimilis materiæ tractatu, à multis jam annis elaborato, in lucem edita à *Wilh. Hulder. Waldſchmidio*, Med. D. & P. P. ut & Acad. Cæſ. Leopold. Socio. (5½. pl. in 4to.)

Poſtquam Cl. Autor in limine rationem hujus ſcripti dedit, pag. 2. occaſione nominis Aloës, agit de Agallocho ſ. Ligno Aloës vulgaris, & albi, Lignum Nerolæ quoque dicti, p. 4. de Succo ex foliis Aloës Aſiaticæ ſ. Græcæ expreſſo, ejusque uſu in Medicina, & p. 5. balſamatione cadaverum; ac p. 7. de Aloë foſſili Plinii. Deinde tres ſpecies Succi Aloës officinarum examinat, an ſc. puritate ſolùm à ſe invicem differant, vel ex diverſis colligantur plantis? p. 9. Plantæ ipſi ſe accingit, & Aloës vulgaris ſ. Græcæ ſpecies, atque locum natalem, formam externam, & internam delineat. A vulgari ulteriùs progreditur ad Americanam, ejusque p. 10. patriam atque inventores, p. 14. diverſas ſpecies ab Hernander, Muntingio & Commelino deſcriptas, in genere recenſet; in ſpecie verò p. 19. Aloës mucronato folio, ſ. ſpinoſæ Americanæ, vel Aloës Americanæ muricatæ l. Bauh. p. 20. radicem; folia; p. 21. ſuccum; p. 23. tempus atque modum florendi; p. 25. caulis protruſionem; (Ubi inſimul Aloës hexacaulis Groninganæ, & tricaulis Cizenſis mentionem facit) p. 30. flores; p. 32. Semen; p. 33. Uſum medicum, atque Oeconomicum conſiderat. Quibus tandem p. 35. & 36. adjungit Aloës Gottorpienſis majoris & minoris ſecundùm omnes ejus partes breviſſimam deſcriptionem, quæque hactenus indies obſervata fuerint incrementa. Tractatus adjecti titulus hic eſt: Americaniſche / und bey dem Hoch-Fürſtl. Schloß Gottorff im Monat Auguſt. und Septembr. 1668 blühende Aloë; i. e. Americana, & in Viridario Arcis Gottorpienſis menſe Auguſt. & Sept 1668, florens Aloë, in gratiam Botanophilorum breviter delineata, à *Joh. Dan. Maiore*, Med. D. & P. P. Kilon. ut & Ser. Duc. Holſat. Archiatro. (4½. plag. in 4to.)

Die XXVI. Aug. Præſide *Georgio Paſchio*, Artis rationis, Philoſ. Primæ ac Moralis Profeſſore Ordinario de *Philoſophia Characteriſtica & Paranetica*, publicè diſſeruit *Paulus Iriderius Opitius*, Kilonienſ. Liberal. Art. Cult. (3½. plag.)

In

In §. I. Monet Auctor certas esse ingeniorum formas, certosque characteres; dantur enim ingenia excitata & agilia, è prompta imaginatione exorta, dantur & tarda ingenia, quæ quidem non comprehendunt celeriter, pertinaci cura tamen rebus immorantur, qua assiduitate sua aliorum celeritati sæpe antevertunt: quin dantur etiam ingenia ex utraque illa forma mista, quæ temperata vocare solent, quo de argumento Huartus *in Scrutinio ingeniorum*, Edo Neuhusius *in Theatro ingenii humani*, auctor Anglus in libello *of the different Wits of mer*, i. e. *De diversis hominum ingeniis* aliique scriptores legi possunt. Hinc pergit commemorando, Veteres neminem recepisse in disciplinam suam, nisi ejus ingenium antea exploravissent, quod exemplo Platonis, Xenocratis, ipsiusque Aristotelis, qui Scholam aperuit non publicam (neque enim ulli Philosopho munus docendi ab Athenienſibus erat impositum, aut constitutum præmium ex ærario) sed privatam, cujus leges ipse ferre suo posset arbitratu, comprobat. Mox adducuntur scriptores Characterum virtutum & vitiorum, inter quos eminent Theophrastus *in Characteribus Ethicis*, *sive Notationibus Morum*, qui libellus opera de la Bruyere in gallicam linguam sub hoc titulo translatus: *Les Caracteres de Theophraste*: extatque eadem lingua descriptus *le Theophraste moderne*, *ou nouveaux Caracteres des mœurs*; Ludovicus Molinæus *in Exemplari Morum seu Characteribus*, Carolus Paschalius *in Characteribus virtutum & vitiorum*, Josephus Hallus in ejusdem argumenti libro, Joachimus Pastorius *in Characteribus virtutum*: quam scribendi rationem haud male imitatus est notissimus de la Chambre in opere cui titulum fecit: *Les Characteres des Passions*, ubi tanquam medicus in physicam affectuum considerationem simul diffunditur. D. Christiani Thomasii *nova*, quam profitetur, *scientia cognoscendi aliorum hominum animos* ante omnium oculos versatur. *In §. II.* Dicit Theophrastum Eresium genus tractandæ morum disciplinæ χαρακτηριστικὸν primum ut videtur, invenisse. Hinc adducit Theophrasti laudes & encomia. *In §. III.* Inquiritur, num memoratus Theophrastus Eresius verus sit auctor egregii περὶ χαρακτήρων ἠθικῶν libelli? proferturque contrarium sentientium dubium, ad quod

mox respondetur. *In §. IV.* Theophrastus inter longævos numeratur, quippe qui expletis centum & septem annis mortuus ostenditque auctor præsentis dissertationis, *Characterum Ethicorum* Theophrasti aliquas tantum reliquias ad nos pervenisse. *In §. V.* Adducuntur Ludovici Molinæi Characteres, docte & eleganter scripti. Vox *Character* quid significet, indicatur, simulque monetur esse qui Homerum hujusmodi morum descriptionum primum auctorem faciunt: quin inter Græcos etiam Satyrus, & postea apud Romanos doctissimus Varro libros non dissimilis, ut videtur, argumenti consignarunt. *In §. VI.* Progreditur auctor ad παραίνεσιν docetque quid sit Philosophia Paranetica, de qua Guilielmus Mechovius peculiarem librum conscripsit. Scilicet quemadmodum *Dogmatica* tractatio ad scholam, ita *Paranetica* seu *Præceptiva philosophia* ad vitam magis accommodata est. Quis nescit enim utiles & simplices sententias mollire etiam durissima ingenia, & flectere ad æquitatem? Ipsa veritas, ut Plutarchus censet, sine ratione ducit, & paucis comprehensa brevitas multarum sæpe rerum expeditionem habet. *In §. VII.* Ostenditur quomodo Veteres in certis & argutis gnomis prolixam doctrinam includere consueverint, hinc de Laconica brevitate sermo instituitur. Certe nummi aurei, qui in exigua mole multum habent ponderis, optimi sunt: est & oratio optima, quæ paucis verbis plurima comprehendit. apud principes viros eo nomine commendat, qui hoc uti proverbio solent: *Courte Messe, & long diné.* Et possunt Oratores Laconici non inepte comparari cum vespis, quæ non edunt quidem magnum murmur, sed acerrime tamen pungunt. *In §. VIII.* differit auctor de ratione docendi gnomologica & præceptiva, quæ in Sacris observatur. Apparet illa in *Salomonis Proverbiis*, quod opus divinum & canonicum Moralis Philosophiæ compendium, fontemque prudentiæ recte appellaveris, in quo systema quoddam Ethices sacræ contineri Sam. Bohlius docuit. Id quod & *de Ecclesiaste, libro Sapientiæ & Siracide* indicandum, utpote in quibus meditationibus invenire possunt omnium ordinum ac ætatum homines, quæ discant, & ab erroribus quam plurimis eosdem liberent. Laudantur insuper Jac. Benigni Bossueti *Notæ ad Proverbia, Ecclesiastem,*

ſiaſtem, *Sapientiam & Eccleſiaſticum*, afferturque cauſa, quamobrem Salomoni viſum de morum diſciplina non ordine quodam ac longa oratione diſſerere, ſed brevia tantum decreta figere? *In §. IX.* Recenſentur Gnomographi Hebræi, Arabes, Græci. Epicteti *Enchiridion* laudatur, cujus ſumma duobus his continetur: ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id eſt ſuſtine & abſtine, quorum ſenſus hic eſt: *Suſtine* in malis per Fortitudinem. *Abſtine* in bonis per Temperantiam. Adducuntur item Gnomæ virorum ſanctorum, ipſiusque Chriſti. Inter Gnomographos Latinos veteres refertur Dionyſius Cato, de cujus *Diſtichis Moralibus* eruditorum ſententiæ variant. Publii mimographi mimi lepidiſſimi merentur etiam laudem, de quibus Caſſius Severus apud M. Ann. Senecam, Rhetorem, *in Controverſiis* judicavit, quam apud quenquam Comicum Tragicumque, aut Romanum, aut Græcum. Nec minus L. Ann. Senecam, Philoſophum, inter ſcriptores paræneticos numerare fas eſt. *In §. X.* Gnomographorum memorantur duo genera. Quidam docuerunt Ethicam per gnomas: alii vero non concinnarunt quidem ipſi regulas & ſententias, ſed ab aliis vel poëtis, vel oratoribus, vel hiſtoricis ſparſim traditas gnomas, ex illorum ſcriptis magno ſtudio collegerunt, in ordinemque redegerunt, & ad memoriam propagarunt. Ipſorum collectorum nomina Diſſertatio ſiſtit, quæ ſimul obſervat, omnes fere moratiorum gentium ſcholas primos annos juventutis Sententiis inſtruxiſſe. Hinc convertit ſe auctor ad varia ſcripta recentiorum, inter quæ & Jo. Berſandii liber, cui titulus: *Venatio hominum*, *& Genius mundi*, Deſ. Eraſmi *de Civilitate morum libellus*, Frid. Dedekindi *Grobianus & Grobiana*, *id eſt de morum ſimplicitate* liber, Joh. de Gerſon *Donatus moralizatus &c. In §. XI.* Adducitur Joh. Caſæ *Galateus*, quem Nathan. Chytræus ex Italico in latinum ſermonem transtulit, notisque doctiſſimis illuſtravit. Qui ſcriptor quanquam non debeat deſtitui laude, obſervandum tamen, eſſe eum aliquando nimis rigidum morum cenſorem, imitatuque difficillima hæc ejus decori tenaciſſima præcepta, cum vix reperias hominem, licet ſtudioſiſſimum decori, quin aliqua ex parte τὸ πρέπον negligat. Hinc (quemadmodum Trajanus Boccalinus *in Relationibus ex Parnaſſo Centur. II. Relat.*

XXVIII. p. m. 375. seq. satyrico modo fingit) cum Apollo in Parnasso publico edicto jussisset, ut *Galateus* à genere humano reciperetur, variæ nationes leguntur sese opposuisse. Coronidis loco tria sequentia ἐπίμετρα ipsi Dissertationi adjecta videas, quorum *I. Utrum filiæ quædam sint natæ ante matres?* Resp. affirm. *II. An homo mortuus sit prius quam viveret?* Resp. affirm. *III. Num detur universale aliquod remedium?* Resp. affirm.

Silentio non possumus præterire, quod nos nuperrime docuit amicus de scripto quod *Sebastianus Kortholtus*, Poës. Professor Ordinarius & Acad. Kilon. Bibliothecarius prælo nuper subjici curavit. Nempe post *Adrianum Bailletum* Polyhistorem Gallum qui de Pueris doctis librum contexuit, publicat nunc tractatum de eodem argumento, quem jam tum pollicitus est in *dissertatione de ἀψιμαθία*, & in alia *disquisitione de poëtriis in tenerrima ætate eruditis*: Ubi aliquot centurias puerorum doctorum à Bailleto omissorum promisit. Stare his promissis non potuit quod occupationum multitudo non sivit pertexere telam quam dudum exortus est. Jam vero *trecentos* Pueros doctos à se collectos post Bailletum luci publicæ exponit. Quibus adjunget dissertationes jam publicatas, quarum jamjam injecimus mentionem.

Sumptibus *Serenissimi Principis* recusum est *Poëma Heroicum*, quod constat 6. plag. in fol. & ita inscribitur:

D. M. Serenissimi Principis ac Domini, Domini *Friderici IV.* Hæredis Norvagiæ, Ducis quondam Regnantis Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ, & Dithmarsiæ, Comitis in Oldenburg & Delmenhorst, Sacræ Regiæ Svedicæ Majestatis Provinciarum Germanicarum Gubernatoris, Exercituumque Præfecti Generalissimi, & cætera, Principis ac Domini sui Clementissimi, XIIII. Kal. Sept. M DC II. in pugna prope Cracoviam fortissimè occumbentis, quum XIX. Kal. Januar. Ejusdem Anni Mausoleo Majorum Reliquiæ Slesvici inferrentur, Epicedium hoc, ultimum Pietatis devotissimæ monumentum humillimè consecrabant *Professores Academiæ Kilonienſis*, Interprete *Sebastiano Kortholto*, Poës. Profess. Ordin.

Ex hoc poëmate, ut indicemus, quantam numeri Poëtæ Latini

Latini præ Germanicis rationem habere posſint, pauca hæc placet excerpere:

Et nos tot lacrimis lacrimas, quod poſſumus unum,
Jungimus, & clamorem ad ſidera tollimus ingentem
Omnes ſolliciti, ſtupefactis vultibus omnes. &c.

Ubi infortunium deſcribit Principis occiſi, ita canit:

Princeps ſacrilego ſua pervia corpora telo
(O furor! O nimium trucis inclementia glandis!)
Sentit, & ingenteis in tergo vulnerum hiatus.
Et corpus fruſtra lacerum erexiſſe laborat
Solo animo, membrorum arcta compage ſolutum. &c.

Et mox:

Raucus bacchantum fremitus, clamorque furentum
Bellicus audiri toto æthere, & ocyus Ingri
Fulminibusque ſuis, levibusque volare ſagittis.
Haud aliter pecoris generoſi pullus inire
Sponte viam, & greſſus gaudet glomerare citatos;
Si vero domitor fodiat calcaribus armos,
Ante notos, Zephyrosque per invia & avia fertur
Præpetibus plantis, & adaugent vulnera curſus. &c.
At miles Gothicus per funerum & hoſtium acervos
Ingruit, ut torrens ripis effundere iniquis
Captivos geſtit fluctus, & vortice moles
Spumanti oppoſitas vincit, ſpatioque vagatur
Liberiore, & ovanti involvit gurgite campos. &c.

Paulo poſt

Dixit & eluctantem animam ſimul exſpiravit
- - Turbatus memorant veniſſe Sorores
Principis extincti, lacrimisque genas tumuiſſe
Formoſas - - - - voces
Quas ſingultus impediunt, & lacrima obortæ.
Quis numerum poſſit lacrimarum iniiſſe profuſarum
Iſta morte ſuper.

Denique, ubi de pompa funebri verba facit:

Quanta Majeſtate ferunt ſe gloria cœtus
Solemnis Princeps! qua vultus, quantaque greſſus

Eſt

Est gravitas! ut procedunt tarde CHRISTIANUS
AUGUSTUS, Frater Ducis exstincti, Patruusque
AUGUSTUS FREDERICUS, Episcopus Uthinensis.
Plurima post illos pedetentim turba sequuntur,
Sed volat, & ruit ad spectacula tristia vulgus. &c. &c.

Sed, ut videamus, quid valeat quoque Auctor in Poësi Germanica, non omittemus hîc mentionem *Poëmatis* Germanici, quod nuper publicatum constat binis plagulis in fol. & hôc titulo gaudet:

Die bey der Nessel blühende Rose / als die Durchläuchtigste Fürstin / und Frau / Frau Albertina Friederica / gebohrne Marggräfin zu Baden und Hochberg / Landgräfin zu Sausenberg / Gräfin zu Spanheim und Eberstein / Frau zu Röteln / Badenweiler / Lahr / und Mühlberg ꝛc. vermählte Hertzogin zu Schleßwig-Holstein / Stormarn / und der Dittmarschen / Gräfin zu Oldenburg / und Delmenhorst / ꝛc. Seine Gnädigste Hertzogin und Frau / mit einer jungen Princeßin am 9ten Wein-Monat des 1705ten Jahres erfreuet ward / in unterthänigster Gehorsamkeit vorgestellet von Sebastian Kortholten / Poës. Profess. Ordin. der Hoch-Fürstl. Universität zum Kiel.

Nimirum die IX. Octobr. nata Gotorpii est Serenissima Princeps *Hedwigis Sophia Augusta*, cujus Natalem celebraturus Seb. Kortholtus, quàm benè juncta *Urtica Rosæ* florum Reginæ vigeat, floreatque, alludendo ad Ducum Cimbricorum & Badensium insignia declaravit. Nos ex carmine illo pauca delibabimus:

N. 2.) Wie ihr bekröhntes Haupt auffs prächtigst auffgeführet/
Und mit beblümten Stiel gestiegen in die Höh
Der Kräuter Königin die schöne Aloe/
Die unser Fürsten-Sitz mit seltner Blüte zieret;
So blüht der hohe Stamm / des sie ein Vorbild war /
Und Seine Blüte macht die Vorbedeutung klar.

N. 3. Ein

N. 3.) Ein umgepflantzter Baum kan reichre Früchte tragen /
Wenn er nicht mehr den Safft des ersten Grundes trinckt;
Und wenn ein **Rosen-Stock** in frembder Erde sinckt
Wird sein bedornter Strauch die Wurtzeln tiefter schlagen.
Die **Rose** / so vordem der nahe Rhein benetzt /
Ist zur beglückten Stund an unsre Schley versetzt. ꝛc.

N. 6.) Wie wenn die **Ros'** aus Scham sich gleichsam noch versteckt /
Und kaum den Knosp entschließt / am angenehmsten reucht /
Wann ihr die Sonne noch die ersten Strahlen zeigt /
Und sie ihr heisser Brand noch nicht gantz auffgewecket:
Und wie der **Nessel-Strauch** / wenn Unvollkommenheit
Die Blätter noch verhällt / schon brennet vor der Zeit; *

* Es heißt das bekante Sprichwort:

Urit mature, quod vult URTICA manere,
Et ROSA mature se probat esse ROSAM.

N. 7.) So blickt **Dir** / **schönstes Kind** / der Mutter seltne Tugend
Und ihrer Schönheit Glantz / wie **Deines Vaters** Geist /
Der sich nur selber gleicht / und auch am besten preist /
Aus Stirn und Aug hervor in **Deiner** zartsten Jugend
Die noch nicht triegen kan: in **Dir** hat / wie es scheint /
Das Wapen Cimbriens / und Baadens ** sich vereint. ꝛc.

** Ein **Nessel-Blat** / und eine **Rose**.

N. 10.) Aus Meeres Zwiebeln kan der Rosen-Pracht nicht keumen / *
Aus tapffrer **Löwen** ** Grufft entsteht kein bleckend Thier /
Und aus dem **Schwanen** *** Nest kömt keine Taub herfür;
So sprießt ein schöner Ast auch nur aus schönen Bäumen.
Denn ist die Wurtzel gut / so trägt sie gute Frucht /
Und wie der theure Stamm / so ist die junge Zucht. ꝛc.

* *Theognis: Οὐδὲ γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φυέται,*

Non etenim è squilla ROSA nascitur.

** Es führen beydes **Holstein** und **Baaden** einen **Löwen** in Wapen.

*** Ein **Schwan** befindet sich im **Holsteinischen** Wapen.

N. 17.) Man ſieht durch Trähnen zwar die Falbe Traur-Cypreſſen
Bey Holſteins Neſſel ſtehn: es ſtellen Dornen ſich
Bey Deinen Roſen ein: Fürſt Auguſt Friederich
Iſt / da er kaum erblaſt / bey Dir noch unvergeſſen.
Doch den verhülten Tag entwölckt ein frohes Licht /
Und macht / daß meine Hand Dir Freuden-Kräntze flicht. ꝛc.

N. 21.) So lang ein Roſen-Strauch die Gärten wird bekräntzen /
(Des Zierde ſich verkreucht / doch nimmer gantz vergeht /
Weil mit erneutem Schoß ſie jährlich aufferſteht.)
So lang ein Neſſel-Strauch die Roſe wird umgräntzen /
So lange dieſer brennt / ſo lange jener ſticht /
Bekleibt Dein hoher Stam / und wird verblühen nicht.

Omittimus nunc Principes *Pulcheriam*, *Seymuriam*, *Eliſabetham*, *Louyſam Amœnam*, *Chriſtinam*, *Janam Gmjam*, quas in tenerrima ætate litteratas jam fuiſſe hoc carmine affirmat, probatque Ducis Holſatiæ Johannis filiam *Sabinam* teſte Oleario, prudentem & eruditam fuiſſe anno ætatis octavo. Nam Autor pluribus id propediem probabit, in libro, quem recudi curat, *de Puellis in tenerrima ætate litteratis.*

Excuſa quoque eſt literis *Bartholdi Reutheri Gratulatio* ad Sereniſſimum Principem ac Dominum, Dn. *Fridericum*, Hæredem Norvagiæ, Regentem quondam Ducatuum Slesvicenſis & Holſatiæ Ducem, Stormariæ item & Ditmarſiæ, Comitem in Oldenburg & Delmenhorſt &c. *ob Pacem Cimbriæ reſtitutam*, nomine *Univerſitatis Kilonienſis*, ante quinquennium ipſo die Principis Natali XVIII. Octobr. Ann. M DCC. ſolenniter facta, interprete *Jo. Burchardo Majo*, Eloqu. & Hiſt. Prof. Ord. (pl. 9. fol.)

LUBECÆ.

In Bibliopolio *Johannis Wiedemayeri* conſpicitur Liber Medicus *Georgii Baglivi*, in Linguam Germanicam translatus, & hoc rubro conſpicuus:

Des vortrefflichen Herrn Georgii Baglivi, Medicinæ Doctoris, Anatomiæ Profeſſoris und höchſtberühmten jetzt lebenden Practici in Rom / zwey Bücher / de Praxi Medica, wie ſolche in klugen

gen obſerviren / wiederum auff den alten Fuß unſerer fleiſſigen Vorfahren / möge geſtellet werden. Worinnen ein jeder nicht nur die Theoriam der edlen Medicinæ ſtudiren / ſondern auch nebſt vielen ſchönen Experimentis, die herrlichſten Artzney-Mittel finden / und welches das vornehmſte / einen Medicum unſterblich zu machen / ſich in prognoſi dergeſtalt perfectioniren kan / daß er den Ruhm eines klugen und erfahrnen Medici davon tragen wird. Und weil ſonderlich bisher viel Fehler in Curirung der Gemühts-Kranckheiten vorgegangen / als wird eine neue gantz leichte und kluge Manier gewieſen / ſolche citò, tutò & jucundè zu heben. Sammt einigen gantz neuen Diſſertationibus. Dieſer Tractat iſt wegen Abgang der Exemplarien zum fünfften mahl gedruckt / jetzo aber aus dem Lateiniſchen ins Deutſche überſetzet durch F. N. Lübeck und Franckfurth. 1705. (2. Alph. in 8vo.)

Lubet præcipua duntaxat ejus capita indicare. Libri itaque I. *Cap. I.* ſiſtit maximam obſervationum in Re Medica neceſſitatem, C. 2. Originem, progreſſum, & quicquid ineſt certi Medicinæ, Obſervationibus magna ex parte vindicatum. C. 3. Impedimenta, quæ Medicorum in obſervando diligentiam huc uſque retardarunt. C. 4 Impedimentum 1. deriſionem veterum Medicorum. C. 5. Imped. 2. falſa Medicorum idola, ſ. opiniones falſe præconceptas, C. 6. 3. Imped. falſum genus analogiarum, ſ. falſas ſimilitudines. C. 7. Imped. 4. præpoſteram librorum lectionem. C. 8. Imped. 5. præpoſteram librorum interpretationem, efficiendorumque Syſtematum Cacoëthen. C. 9. Imped. 6. intermiſſum ſtudium tractandi de morbis aphoriſticè. C. 10. Varias Medicinæ ætates, ejusdemque progreſſus. C. 11. fontes theoriæ & praxeos. C. 12. methodum ad Tyrones de morborum hypotheſi rectè conſtruenda. C. 13. quanti interſit, præcepta, ſive certas, conſtantesque regulas ſtabilire, ad quas judicia ſita dirigere queat, in ambiguis morborum eventis hærens, perplexusque Medicus. C. 14. Medendos animi morbos, & inſtituendam eorundem hiſtoriam. C. 15. Paræneſin ad Medicos de inveſtiganda & ſtabilienda medendi methodo Popularibus ſuis cæteris accommodata. Ubi obiter de natura aëris Romani, curandiſque Romanorum morbis. Libri II. Cap. 1. Prolegomena

exhibet ad librum præsentem. C. 2. manifestat causas nonnullas præcipuas, quæ morborum historiam, s. Medicinam primam hucusque retardarunt. C. 3. tradit regulas instituendi & promovendi historiam morborum, ab eademque deducendi aphorismos curativos. C. 4. Erigendas Academias promovendæ Praxeos gratia. C. 5. Solvit argumenta, quæ objici possent. C. 6. Specimen historiæ primæ in describenda podagra, ejusque aphorismis practicis breviter expressum. §. Unicus proponit aphorismos practicos ab historia prima podagræ eductos. C. 7. Schedulam monitoriam de iis, quæ desiderantur adhuc in arte medica. C. 8. Signa morborum diagnostica, & fontes eorundem. C. 9. Causas morborum. 10. Indicationes rectè instituendas. C. 11. remedia specifica, eorumque historiam. Cap. 12. Centaurum, s. Parodoxa recentium Medicorum in derisione Crisium, Dierum criticorum, &c. Addimus & Indicem adjectarum Dissertationum & Capitum de Anatome, Morsu & Effectibus Tarantulæ. C. 1. Ostendit Etymon nominis & differentiæ Tarantularum. C. 2. Naturam & situm regionum, in quibus nascitur Tarantula. C. 3. Anatomen Tarantulæ. C. 4. Vasa seminalia, ovum, & generationem tarantulæ exponit, ubi obiter de ovis ostrearum, & de semine in genere. C. 5. Agit de morsu tarantulæ. C. 6. morbos, & symptomata morsum consequentia describit. C. 7. cætera symptomata ulterius expendit, & quam cum aliis morbis analogiam habeant, demonstrat. C. 8. curationem morsus tarantulæ, & effectuum ab eo provenientium insinuat. C. 9. Choream & Musicam præcipuum hujus veneni antidotum affert, obiterque modum saltandi Apuliæ familiaris describit. C. 10. nonnulla alia circa choream breviter expendit. C. 11. varias ægrorum historias proponit. C. 12. nonnulla dubitativè proponit circa hujus veneni genuinam naturam. C. 13. quid agat Musica in Tarantulis & in aliis morbis breviter examinat. Dissertationis II. de *Usu & Abusu Vesicantium*. C. 1. nonnulla proponit experimenta circa effectus Cantharidum. C. 2. de incommodis C. 3. de commodis ab usu Vesicantium agit. C. 4. Vesicantium naturam evidenter demonstrat ex mechanica stimulorum doctrina. Dissertatio denique III. exponit experimenta anatomica & practi-

practica varii argumenti, circulationem ſanguinis in Rana, hiſtoriam morbi, & ſectionem Cadaveris Marcelli Malpighii, item Apoplexias nuperas in urbe, & per Italiam obſervatas, &c.

Teſtamentum antiquum curioſum,

ab

Hermanno Hoſe, Presbytero Lubecenſi,

Anno M CCCL conditum,

è Muſeo M. Jacobi à Melle, Archid. Lubec.

In nomine Domini, Amen. Ego *Hermannus Hoſe*, ex inſtitucione divina Presbiter, compos corporis, mentis, & mee racionis, ſi morte preventus fuero, ſic meum ordino teſtamentum. Primo ſciendum, quod fratribus Predicatoribus do meam Bibliam, in duobus fruſtis, Scolaſticam Hyſtoriam in duobus fruſtis, & Pſalterium gloſatum in tribus fruſtis exiſtencia. Item eis do Gloſam Nycolai de Lyra cum textu IIII. Ewangeliorum, quod pariter dicitur Puſtilla. Item eis do ſuper Cantica Canticorum Bernardum in Meditacionibus, Capitulum de Virtutibus, Rychardum de Contemplacione, Auguſtinum de Spiritu & Anima, Hugonem de S. Victore & Meditaciones Ancelmi. Iſti omnes libri in uno exiſtunt volumine. Volens utique, quod libri ligati eis non preſententur, niſi prius libros non ligatos faciunt ligari, videlicet Pſalterium gloſatum & Puſtillam, cum aliis libris. Item eis do unam Zonam, dictam borde, pro cujus redemcione mihi erant exhibiti III. marcarum redditus, quem debent locare ſuper perfectam caſulam ſericeam novam & bonam, alias ipſis non preſentabitur. Item eis do meum Hochtides gherwe blaveum, meum Vireldaghes gherwe purpureum, & meum Werkeldaghes gherwe. Eciam ſi Proviſores mei hoc perceperint, quod ipſi aliquos predictorum librorum vendiderint aut expoſuerint, extunc omne donum in libris eis datum nullam vim debet habere, ſed tales libri revolvi debent in poteſtatem meorum Proviſorum. Ipſis vero de medio ſublatis, cedere debent Dominis Conſulibus Lubicenſibus, qui eosdem libros convertant in uſus civitatis, ubi eis placebit

cebit. Item do ad fratres ibidem meam tunicam meliorem cum Cappucio ruffi coloris, ad unum antipendium, & Marquardo Hoſen, meo fratri, aſſingno XVIII. aureos in debitis, cum quibus dictum antipendium honeſte perficere faciat & preparari, quo peracto, quod de eisdem XVIII. aureis reſiduum fuerit, illud ei miniſtro. Item ibidem do meam pallam, & mea cappa debet dari uni pauperi fratri. Item mea duo ſuperplicia do ibidem ad armarium, in DEI culturam. Item habeo unam ſedem, que poteſt claudi, quam do ſuper cameram, ad uſum lectorum. Item fratri meo Marquardo antedicto do meum Viaticum, quod ſi vendiderit, minus non dabit, niſi pro XV. marcis denariorum. Eciam ei do meum Paſſionale, quod minus dare non debet; quam pro X. marcis denariorum. Si autem eos minus dare vellet, tunc ab eo ſuper fratres Predicatores debent revolvi. Item ſi procedere voluerit ad ſacros ordines, extunc ei do meum calicem meliorem. Si non, extunc ipſum do Dominis in Reynevelde, ut pro eo memores ſint anime mee. Item ipſi Marquardo do meum lectum lingneum, II. dunkuſſene, unam culcitram yrenſem ruffam, & mea nova veſtimenta, quorum adhuc non fruebar; ad hoc ei do meam majorem ciſtam. Item Dn. Bernardo Pleſcowe do Thomam de Aquino de perfectione ſpiritualis vite & Pſalterium cum ruffo coopertorio, habentem plures oraciones in fine. Eciam ei do unum librum, qui vocatur Profectus Religioſorum. Ad hoc ei do meam parvam ciſtam, in qua jacent mei libri, ad imponendum ſua arma. Item Dn. Hinrico Plescowe do Actus Apoſtolorum, Summam Regimundi, Viridarium Conſolacionis vel Speculum penitentie, Teſtamentum XII. Patriarcharum, & plures libros in eodem libro ſequentes. Item Goscalco de Attendorn do librum de Miraculis, qui incipit: Fuit quidam miles amplectens religionem, & alium librum dictum Stella Clericorum. Item omnes illos libros inſimul ligatos do meis Proviſoribus inter ſe equaliter dividendos. Item mea gloſa ſuper agendam dari debet pauperi Eccleſie in villa. Item librum ſex principiorum, librum Ethicorum, Expoſitorem tractatuum, & alios meos libros pueriles, mei Proviſores dabunt pauperi Scolari, aliquid volenti proficere. Item Jutten de Colo-

Colonia do meum lectum, I. pulvinar capitale, II. cuſſinos, I. culcitram de panno, I. coclear argenteum, & I. annulum aureum. Item fratribus Minoribus do II. marcas denariorum, anime mee pro ſalute. Item S. Johanni Monialium do II. mercas denariorum, anime mee pro ſalute. Item leproſis exulibus ſuper ſemitam S. Georgii do VIII ſolidos denariorum. Item pauperibus hominibus do VIII. ſolidos denariorum, anime mee pro ſalute. Item meam parvam Bibliam manualem do Hartwico Abbenborch, civi in Luneborch. Omnia alia bona mea reſidua, qualiacunque fuerint exiſtencia, do Marquardo fratri meo, & de eis anime mee ſic faciat, ſicut ei confido. Proviſores meos eligo Marquardum Donſtorp, Alvinum Keleling, & Marquardum Holen, fratrem meum. Hec omnia premiſſa rata atque ſtabilia ſervabo, donec eis contradicam manifeſte. Datum anno Domini M CCC. quinquageſimo, in die Nativitatis beate Marie. Teſtes ſunt Domini Bernardus Plescowe & Hinricus Plescowe, Conſules Lubicenſes.

Aliquot abhinc ſeptimanis prodiit promiſſa ſub finem præcedentis anni in *Novis Maris noſtri Balth. Liter. Decemb. p. 367. ſq. Joh. Bothvidi de quæſtione: Utrum Moſcovitæ ſint Chriſtiani?* diſputatio, quam dudum hactenus fruſtrà deſideratam, denuò *Caſpar. Henric. Starckius, Lubecenſ.* è MSCto imprimi fecit, & quadam ad Lectorem præfatione, quæ novæ editionis cauſam exponit, Joh. Bothvidi Vitam & Scripta remiſſivè recenſet, aliorum de eodem argumento Scriptorum farraginem indicat, & hujus tandem Diſputationis commendationem, ex plurium Doctorum elogiis petitam inſtituit, auxit. Lipſiæ (plag. 3.)

Chriſtophorus Schacht, Lubecenſis, cujus in *Nov. Liter. Anni ſuper. p. 157. ſq.* mentionem fecimus, in Academia Jenenſi, *d. XXIX. Junii*, Magnæ Boruſſorum Reginæ, atque Electricis Brandenburgicæ, *Sophiæ Charlottæ*, Memoriam *Panegyrico Iunetri* recoluit, qui poſtea ibidem *Literis Niſianis* prodiit hâc inſcriptione inſignitus, *Oratio divæ Memoriæ & ſempiternæ Gloriæ Auguſtiſſimæ maximæque Sophiæ Charlottæ, Reginæ Boruſſorum Marchionis Electricis Brandenburgicæ, Natæ ex potenſiſſima Electorali Domo Brunſvico-Luneburgenſi, ſupremo jure Principis Arauſionenſis, Ducis Magdeburgi, Cliviæ,*

viæ, Juliaci, Montium Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum Vinidorum, & in Silesia Crosnæ, Burgraviæ, Norimbergensis, Principis Halberstadii Mindæ & Camini, Comitis Hohenzolleræ, Rupini, Marcæ, Ravensbergæ, Hohensteini Lingæ, Meursæ, Buræ & Leerdami, Marchionis Vehræ & Ulissingæ, Dominæ Ravensteini, Lavenburgi, Butou, Arlay, Bredæ reliqua, Reginæ ac Dominæ olim Suæ longè Clementissimæ in Academia Jenensi altero post Regales Exequias Die III. Kalend. Julias M DCC V. devotissimè habita à Christophoro Schacht, Lubecensi. (pl. 7½. in fol.)

Typis *Samuelis Strukii* Homilia funebris in Ducatu Meclenburgico habita, emissa est in lucem publicam, hunc in modum inscripta:

GOttes beständige/ wunderbahre und würckende Liebe/ bey Christ-Adelicher/ Hochansehnlicher Leich-Begängniß/ des weiland Wolgebohrnen Herrn/ Herrn Cuno Joachims von Buchwalten/ Seiner Königl. Majestät zu Dennemarck/ Norwegen/ ꝛc. Hochbestalten Cammer-Junckers/ und Erb-Herrn auff Johannesdorff/ als derselbe/ nach seinem im 39. Jahr seines Alters/ den 20. Martii, dieses 1705ten Jahres/ in der Nacht zwischen 12. und 1. Uhr/ auff seinem Hoch-Adelichen Erb-Gut Johannsdorff sanfft-selig genommenen Abscheid von dieser Welt/ den 28. Maji, am Abend rühmlichst mit Christ-Adelichen Ceremonien in der Kirchen allhier zu Dassau/ in seinem Erb-Begräbniß beygesetzet ward/ aus denen zum Text auffgegebenen/ und Jer. XXXI. 3. enthaltenen Worten/ in einer gehaltenen/ und auff Begehren itzo zum Druck beforderten Leich-Predigt zu betrachten vorgezeiget von Jacobo Severo, Pastore zu Dassau. (plag. 1½. in fol.)

Die V. Novembr. Christophorus Wendius, Ecclesiastes Cathedralis, ad Pastoratum istius Ecclesiæ capessendum eligebatur, atque *die VIII.* Novembr. *s. Dom. XXII. p. Trin.* more consueto toti cœtui præsentabatur.

Typis *Samuelis Struckii* prodiit lingua vernacula *Edictum Amplissimi Magistratus*, Statum *Scholæ Lubecensis*, quâ pietatem, Lectiones ac Disciplinam, concernens, adjectâ *Nova Oeconomia, s. Distributione Lectionum & Exercitiorum, quæ in Schola Lubecensi proponuntur, secundum horas & dies per Classes singulas.* (pl. 1½. in 8vo.)

(o)